Epistolæ
[illegible]
10. 4to

Lettre de Phil. Melancht.
à divers.

Clarissimo Viro eruditione & uir-
tute præstanti Dauidi Chytræo
docenti Ecclesiæ doctrinam in Acca-
demia inclyta Rostochiana
amico suo.

Edita inter epistolas Chytræi.

.1. [illegible]

S. D. Cariss: Dauid. Meministi dictum de gubernatione docentium in Ecclesia: Sedet ad dextram æterni patris filius, dans dona hominibus, ποιμένας καὶ διδασκάλους. In id agmen cum te quoque uocarit, oro eum, ut te regat. Tibi uero gratiam habeo, quod ad me scripsisti, ac peto, ut sæpe scribas, & coniunctionem nostram tuearis. Minus deformis est certa, donec hæ uicinæ κυρμαχίαι doctrinarum sunt concordes. Hyperborei oratoris καιροφωνίας euoluet tempus. Ego hoc bona conscientia affirmo, me cum esset magna opinionum diuersitas & confusio, ueritatem studiose quæsiuisse, et annixum esse, ut extaret explicata, cum ille interea nec me, nec alios in his Ecclesijs quidquam monuit. Exhibebit tibi Doctor Antonius libellum, a meo genero missum, teque oro, ut nobis scribas. Lælius Italus heri iter ingressus

Osiand.

ingressus est, profecturus Viennam. Sed iam apud nos est Nicolaus magister Academiae Heidelbergensis, cuius et eruditione et candore valde delector.

Cisnerg.

Scribit mihi meus frater, ut narrat, idem Nicolaus, moliri quosdam in aula Palatini principis quarundam praelectionum novarum institutionem. Sed opinor id consilium impedituros esse eos, qui vere tra te Deo adversantur, qui etiamsi non valent autoritate, tamen factionibus pugnant.

Et habemus adiunctos vicinos Amphicthyonas. In tota ditione Wirtebergensi iam Ecclesiae pie instaurantur. Brentius Stutgardiae docet publice, Frechtus Tubingae est. De Synodo et rebus Italicis scripsi D. Doctori Aurifabro. Bene vale et rescribe. Die Johannis Baptistae. 1551.

Philippus Melanthon.

Clariss: Viro eruditione et virtute praestanti Davidi Chytraeo in Academia inclyta Rostochiana amico suo cariss:

S. D. Cariss. David. De sacerdote inope, cui epistolam ad vos dederam, vobis gratiam habeo.

edita inter eplas Chytraei p. 1225.

Scis illud: Χεῖρα πεσόντι διδοὺν ὁσίων οὐκ ἄκω:

ἀποφίσατον ἄνδρα, Et oro ut adhuc ei iudicium
quaeratis. De magna quaestione scio te uidere,
quid statuendum sit. Etiamsi semper aliquis coe-
tus fuit exiguus, qui fuit uera Ecclesia, tamen
ministerii pars magna fuit saepè apud impios, ut
tempore Mariae apud Pharisaeos et Sadducaeos,
et tamen uox doctrinae fuit in uero coetu. Haec pars
ministerii potior est, ubi semper in confessi-
one fuerunt seiuncti ab hostib. uerae doctrinae.
Nunc eadem fiunt eodem modo. Nec semper
lux similis est: at et in uera Ecclesia proh do-
lor multum est caliginis alicubi. Scribam plura
si requires. Nunc enim seró audieram pro-
fecturum esse uirum clariss. D. Laurentium.
Benè uale, et rescribe. Salutem opto Viro
Reuerendo D. Aurifabro et alijs uestris
collegis. Filius D. Pfeffingeri M. Johan-
nes in Academiam coelestem euocatus est,
pater magno in luctu est. Gallica et Turci-
ca bella nota sunt. In ditione Wirteber-
gensi, quae ueteribus nominatur Charitinorum
regio, Ecclesiae nunc quietem χάριτι θεοῦ tran-
quillae sunt. 1551.

Philippus

ζητημα περὶ τῶν ἐπισκόπων

NB.

Clariss: viro eruditione et virtute praestanti Davidi Chytraeo in Academia Rostochiana amico suo cariss:

III
edita 3

S. D. Cariss. David. Schedulam responsionis de libro Osiandri scripsi rogatus τῷ γεώργῃ Μωϊβάνῳ, non contentiose, nec ἀκριβῶς, sed hoc quod est κορυφαιότατον recitavi: In iustificatione semper oportere comprehendi meritum Christi, et remissionem peccatorum quod manifestiss: est ex ipso Pauli dicto Rom. 3. Et de necessaria consolatione dixi: exemplum ad vos allatum esse arbitror. Sed res easdem postea meo nomine exposui, et aliquanto accuratius: eius scripti quoque exemplum mitterem si iam describi potuisset. Sed Andreas mittet vobis. Praeterea quaestiones, quas agitare non est utile. Quaeso ut istius scripti exemplum et mihi mittas. Salutem dicito D. Johanni et Arnoldo et caeteris amicis, dabis eis pagellas quas mitto. Imperator saepe iam mandavit, ut mittantur aliqui a nostris ad Synodum. An sint aliqui ituri nondum certum est.

Φιλιππικὸν cc το

et si

etsi hodie Lipsiam eo, audiuimus aliquid ea de re. Bene vale. 4. Januarij 1552.

Philippus.

Clariss: viro eruditione & virtute praestanti Davidi Chytraeo in Academia inclyta Rostochiana, fratri suo cariss:

S. D. Cariss: frater. Jam adest apud nos tabellarius Ducis Wirtebergensis, qui attulit declarationem Brentianam de Controversia Osiandri. Exemplum vobis mittam, Nunc enim subito describi non poterat. Scitis autem Ducem Prussiae iam edidisse conciliationem & edicta, unde nova dissidia orientur. Fuit hic D. Andreas Aurifaber, qui ait se proficisci ad mantrem Ducis Erici Brunsuicensis, dedi ei igitur literas ad consule Northusanum, ut ductorem addat. περὶ δογμάτων non disputamus. Sed iam editur Germanica locorum expositio, in qua de tota re dixi, non ἐριστικῶς, ut ego quidem existimo, sed plane & vere. mittam numerum absoluti libri. Nunc mitto alium scholasticum libellum. Huic aurigae Heinrico Vetter cuiusque uno dedi Epistam & Joachimicos septem & quadrantem exhibendos

IIII. ed.

Loci Com. Germ. ... ep. 32.

Martino Wagnero Neapolitano. Nec enim plus accepi, ut literae, et syngrapha, et testes adhibiti ostendunt. Eam pecuniam curabis exhiberi Martino Neapolitano, et iubebis, ut mihi syngrapham mittat, qua testetur, se accepisse et literas, et in[?] duos Joachimicos Ep[isto]lae ad me scriptae. De negotijs publicis nihil audio, nisi commentitios [?] in Saliciis Ducem Mauritium et Henricum Brunsuicensem. Tuas literas et flagito et expecto. Bene uale. Die decimo Martij Anno 1552.

Philippus.

Salutem opto D. D. Johanni, et caeteris amicis.

V

Clariss. Viro, eruditione et uirtute praestanti D. Dauidi Chytraeo, docenti Ecclesiae Christianae doctrinam in Academia inclyta Rostochiana amico suo chariss:

edita/

S. D. Chariss. Dauid. Memini si ueterem versum dulcissimum: εἰς ὄμμα δ' εὔνου ἀνδρὸς ἐμβλέπειν γλυκύ. Erit igitur conspectus et congressus Andreae tibi iucundissimus, cuius eximia est in omni officio diligentia, et moderatio, et fides summa. Oro autem

Filium

Λα προσοχην

Filium Dei, ut in itinere eum custodiat, ut Custos fuit maioris Jacob. Tuam Orationem de Duce Henrico editurus sum. Curavi et carmen scribi, quod spero vos probaturos esse. Legi Buremij orationem splendide scriptam. Ego nunc intexam veram historiam de Petri Suavenij liberatione. Cum enim Dux pomeranicus avus Philippi iratus Petro propterea quod taxasset superstitiones quasdam manifestas in patria iussisset eum vatimonio obligari, nec placari Dux posset ab aliis, Duce Henrico petente impetravimus, ut dimitteretur Petrus. Erat inflammator senis principis Episcopus Caminensis, cuius magna erat autoritas. De bello recentissimas tuas Norimbergenses monstrabit tibi Andreas. Mitto vobis pagellas. Francofordiae adhuc sunt nostri Bibliopolae, spero convenisse ibi aliquos negociatores, etiamsi propter exercitus in vicinia traductos mora aliqua intervenit. Sed plura et certiora scribam per doctorem Johannem. Bene vale. Et rescribe. Die 20 April: 1552.

Philippus.

VI

Clariss: Viro eruditione et virtute praestanti D. Davidi Chytraeo, docenti doctrinam ecclesiae Dei et

philosophiam in inclyta Academia
Rostochiana fratri suo &c.

Edita) S. D. Mediocrem mihi solamen levationemque ad-
didit consuetudo dulcissima viri doctissimi &
Ioan. Auri-faber integerrimi doctoris Johannis, qua & in huius Aca-
demiae militia satis difficili frui perpetuo optarim.
Nam postea in vita coelesti perpetuam fore non
dubito. Tu in tanta confusione temporum &
Bonus col-lega doctoribus κακονθῆ gratuleris tibi hunc παραστά-
την, intelligentem, candidum & eruditum. Vidi
Gorgonem Baltiam adversus me editam, con-
tra quam me defendet non Orci galea, ut dici-
tur de Perseo dictum est. Sed ἡ περικεφαλαία σωτη-
Galea Christi contra Gorgonem Osiandri ρίου Χριστοῦ, ut Esaias & Paulus loquuntur, ego
& Christi & ecclesiae me iudicio subiicio. Certe per-
fidiose nihil feci in hac tanta re, ut me crimina-
tur ista Gorgo. Respondebo latine, nec possum, etiam
si vellem convitiis certare. Utinam Academiae
primum consensum tueantur. De politicis tamen haec
scio. Die Maij octavo Rex Galliarum ipse cum
magno exercitu ad Haganoam accessit. Argen-
tina parat se ad defensionem. Norimbergam
nunc obsidet Marchio Albertus. Circa Ulmam &
Norimbergam pagi plures quam septuaginta ab istis

liberati

liberatoribus patria incensi sunt. Oremus filium Dei, ut leniat poenas, & servet Ecclesiae reliquias. Bene vale, & saepe ad nos scribito. 2. Junij Anno 1552. Philip. Melanth.

Clarissimo viro eruditione & virtute praestanti D. Davidi Chytraeo in inclyta Academia Rostochiana docenti puram doctrinam Ecclesiae Dei & philosophiam, fratri suo cariss:

S. D. Doctiss. & cariss. David. Cum existimarem D. Johannem iam abesse ab Academia, vocatum ad Ecclesiarum inspectionem, Typographo istuc adferenti ~~tuas~~ libros dixi, ut ad te accederet, ac tecum deliberet, quo deinde perscribendum sit, ad aulam ne, an ad Doctorem Johannem. Praestabis igitur hospiti haec communia officia quae Argonautis Triton. ὅτια δὲ πολλὰ ἄνθρωποι χαλέουσιν ἐπ' ἀλλοδαπῶν περόωντες ἐξερέω. Librum diligenter relegite, & mihi iudicium vestrum significate. Non gigno nova dogmata, sed sententiam Ecclesiarum nostrarum pio verbis maxime perspicuis & illustribus recitare & in multo maxime necessaria.

Agricola

VII Edita

officia hospitalitatis

προπεμψεως perpetua huius sancte & beatae animae.

Agnosco enim, me tantis rebus non esse parem, et opto ut amanter conferamus iudicia, sicut praecepit vox divina, ut in Ecclesia sint iudicia, et piae commonefactiones. Flagito igitur a vobis hanc sententiarum collationem. Audio Carolum Imperatorem non posse flecti ad pacem. Francofordia ab exercitu Marchionis Alberti cincta est; vastatur vicinia, ut alibi factum est. Attamen Thrasibulus in liberanda patria mitior fuit. Sed oremus Filium Dei, ut restituat piam et salutarem pacem. Expecto quotidie a fratre meo literas, missus est enim tabellarius Argentoratum. Tibi significabo, quid scribet ἀξιόλογον. Bene vale. Et rescribe. Die 20 Julij. 1552.

Clariss. Viro, eruditione et virtute praestanti D. Davidi Chytraeo fratri suo carriss. in inclyta Academia Rostochiana

ed. VIII. Semper ego dolui, de rebus maximis spargi multa dicta confusius, et misceri ἀλλοτρίας ὕλας, cum quidem Paulus praecipiat ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον θεοῦ. Ideo et scriscitatus sum multa Lutherum, et ipsi

Contra Reformatores & Inquisitores pontificatus flaciani.

& quae sunt proprietatem in explicando. Et meum studium postea aliqui sunt interpretati sunt dubitationem, & scripserunt, me non habere certum sententiam (nam hoc verbo usi sunt) cum ipsi pleni fuerint malevolentiae. Sed scripta ostendunt, aliqui plures controversias excitaverint. Nunc sic stulte nos tantem colloquendi facultatem, & quicquid dicitur, calumniose depravant. Dedi tamen operam, quia in hoc docendi munere me deus retinuit, ut prudenter, & quanta perspicuitate potui, exponerem praecipua membra doctrinae, ac profecto optarim, me cum hominibus piis, doctis, candidis, posse de multis magnis rebus colloqui. Sed quanta in me sabie irruerint clamores aliquorum, non ignoras, quibus si noluissem respondere, longe maiora dissidia inflammata essent. Nec defuisset honesta mihi oratio: Verum hac deo commendo, qui est inspector & iudex cordium. Jam nunc minus interpellat, Indico iteram te definitionem iustificationis. Iustificatio est acceptio Remissionis peccatorum & reconciliationis, & imputationis iustitiae, & acceptationis ad vitam aeternam, propter meritum Filij dei per fidem, quia simul fit liberatio ex morte aeterna, & vivificatio per Filium Dei

Calumnia

Ita est: Iudicia posteritas

βλασφημία

Utinam.

Patientia & studium publicae tranquillitatis.

Definitio Iustificationis.

διὰ τοῦ λόγου et sanctificatio per spiritum S^m.
De appellatione partis scribam proxime plura.
Bene vale. Salutem opto vobis omnibus, et nominatim D. Doctori Jacobo. Bene vale 15. Augusti.

Philippus.

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti Davidi Chytraeo, in inclyta Academia Rostochiana, fratri suo cariss.

edita. IX.

S. D. Cariss. David. Ut Cyri edicto instauratio templi mandata est; Ita nunc quoque tam Augustae Carolus Imp. concessit Ecclesias in ea Urbe ad normam confessionis Augustanae (sic nominat, ut scis, Saxonicam,) constitui. Scripsit igitur ad me Senatus, ut homines ad docendam Evangelii puritatem, idoneos indicarem, Indicavi praecipuos D. Victorinum et te. Nondum mihi Victorinus respondit, Sed quotidie literas ab eo expecto. Te quaeso, ut cogites, quantum referat, etiam exempli causa piorum consensum in Ecclesia Augustana constitui. Hanc tantam rem adiuvare te velim. Et eris in patria, scribes igitur mihi quamprimum de tua voluntate. Bene vale. Die Lucae 1552.

Philippus

Clariss. Viro eruditione & virtute
praestanti Dauidi Chytraeo fra-
tri suo cariss.

S. D. Non indicarunt mihi hic nuncius, se iter
facturum per vrbem vestram, nisi cum jam abi-
turus esset. Ideo breuitati literarum veniam
dato. Historiam filiarum σκεδάσου bis reci-
tat Plutarchus, primum in vita pelopidae, pro-
lixius vero in amatorijs narrationibus. Et versus
oraculi pausanias recitat pagina 232.

καί μοι τῶν σκεδάσου μέλετον

δυστηνὰς κούρας. etc.

De verbo δικαιοῦν non difficile est acervum
exemplorum colligere, quae ostendunt, Graecis
significare δικαιοῦν iustum censeo, et dignum
censeo. Nec aliter locutos esse Graecos arbitror.
Suidas quoque tam exta recitat. Et thucydides lib.
2. ait: οἱ ἄνθρωποι δικαιοῦσιν ὅτι λίαν ᾖ
i. iustum seu dignum ducunt accusare. Sed pauli
sermo ex Hebraea phrasi iudicandus est, in qua
certum est saepe צדק esse iustum pronunciare.
Sed tamen saepe comprehendi totum beneficium hoc
verbo fatendum est, gratiam & donum ut
manifesta.

x. Edita.

Scedasi

δικαιοῦν.

cum dicitur: Notitia servi mei iusti iustificabit multos. Et Esaiae 45. In Domino iustificabitur omne semen Israël. Amemus non cavillatorias sed germanas interpretationes. Agon et in doloribus piorum aspiratur, qui primum quaerunt reconciliationem.

in Dnoro Epiphanij, in Decem era

Bene vale et rescribe. Die 29. Octob.

Salutem opto vobis omnibus.

Philippus.

XI.

Ed.

Clariss: Viro eruditione et virtute praestanti Davidi Chytraeo fratri suo cariss:

S.D. Carissime frater. Heri dedi literas vicino tuo in Damam, ac scripsi de Scedasi filiabus, et de verbo δικαιῶ. Sed prius ad te veniet Deo volente hic adolescens, cui mandata dedi, ut patri meo nomine gratias agat, quod meae filiae lenire dolores studuit. Te quoque oro, ut eadem patri exponas, cuius filijs si bene facere possem, non deessent mea officia, ac nunc huic adolescenti aliquid viatici dedi. Utinam totius ecclesiae consociationem veri honestis officijs omnes sustentarent, et docti iudicia pie et amanter conferrent, ad magnarum et necessariarum rerum explicationem.

UTINAM.

Nunc multi undique quaerunt ῥιχανδισα φορτίας, κατ' ὄνος δαίνυ κῦνα, et certamina κονισάλι

Petulantia rixandi

horribili acerbitate animorum & uenenatis calumniis. Interea negligitur explicatio rerum necessariarum. Sed oro Filium Dei, ut ipse uulneribus ecclesiae medeatur. Adfuit Sabinus cum duabus filiabus, quem si excutient ex illo nidulo simus Balthici procella harum tempestatum, deq ei alicubi hospitium dabit. Bene uale cariss: frater & rescribito. prid: Cal. Nouemb.

Philippus.

Clariss: Viro eruditione & uirtute praestanti Dauidi Chytraeo fratri suo cariss: in inclyta Academia Rostochiana.

S. D. Cariss: frater. Etsi ex tuis literis cognoui tuam uoluntatem de Augusta: tamen ad te mitto & Senatus Epistolam, & Baptistae adhortationem. Scripserat Senatus de Schnepio ad Johannem Friterichum, qui quid responderit, nondum scio. Sed Augustam nisi tres, quorum aetas est mediocris, & ingenia, eruditionem ac pietatem spero usui fore Ecclesiae. Noribergensem Rechinarium, uel hoc unum Altenburgensem, & Filium Doctoris Stephani, qui

ante

Interea.

XII. Ed.

ante annos viginti docuit Ecclesiam Augusta-
nam. Quod autem in Academijs te malle mane-
re intelligo, non reprehendo consilium tuum,
Optandum est enim, ut sint in Academijs tales,
qui, quantum Deus concedit, fontes doctrinae norint,

Doctores in Academijs

et refutare errores possint, qui subinde spargun-
tur a monstrosis ingenijs, aut ab organis dia-
boli. Venit in Marchiam Stancarus Italus, qui
iactitat se trecentos errores collegisse ex nostris
editionibus. Hebraice doctus est, τὰ δ᾽ ἄλλα

Stancarus

ὄνος βαστάζων μυστήρια. Contendit iam Chri-
stum tantum secundum humanam naturam esse me-
diatorem: mitto Epistolam de intercessione.
Quid Brentius de Belgica controversia recens
ad me scripserit, cognosces ex eius epistola, cuius
vobis exemplum mitto. Recens scripsit meus
frater, viciniam vestrae patriae tranquillam esse,
Sed post illud tempus dux Wirtebergensis oc-
cupavit Elwangen et aliquot alia oppida Teu-
tonici magistri, ut nominant. Saxonicus
exercitus adhuc vagatur in Lycaonia. Caro-
lus Metensem urbem obsedit, ubi ante messem

morbo

Marchio Albertus, postquam se cum Carolo coniunxerat, mediocri praelio copias Gallicas profligavit. Nunc aiunt eum infeliciter pugnasse. Haec tamen scribebamus. Reliqua Germania adhuc quidem tranquilla est, Deus nos gubernet ac foveat, et tribuat Ecclesiae et Reipublicae pacem. Bene vale, et saepe ad nos scribito. Salutem opto vobis [illegible], Doctori Aurifabro, Bordingo hospiti tuo, Bucenio, Andreae, Martino, et alijs amicis. Die 4 Januarij. 1553. mitto vobis pagellas.

Philippus.

Acari-des.

Clariss: Viro eruditione et virtute praestanti D. Davidi Chytraeo in Academia inclyta Rostochiana fratri suo cariss.

Edita XIII.

S. D. Cariss: frater. Tuenda est eo maiore cura inter nos concordiam, ut hic consensus plus prodesse possit Ecclesiae Dei contra fanaticos homines, qui et delere Ecclesiam, et dissipationes facere conantur. post Baltica et Stancarica dissidia iam Thebaldus Thammerus, qui Francofordiae ad Moenum iam diu in Ecclesias suas debacchatus est, negat [illegible] et circumfert Ethnica

Tham-merus

Coniunctio dd[illegible].

Ethnica deliramenta, nouisse Ethnicos Christum,

Thammerus.

ac ostendit diuinitatem in Christo τὸν λόγον ee
ipsam legis notitiam. Multa sunt portenta, de
quibus alias prolixe scribam. Missus est à Land-
grauio ad Schneppinum, et ad me, gloriatur se
ire per Germaniam triumphantem. Haec scire
uos necesse est. Scito Johannem ministrum meum

Der alte Johannes. ☉

unicum fidelissm: et Deo carum ex hac mortalita-
ta euocatum esse ad coelestem Ecclesiam. Etsi enim
ipsi gratulanda est dulcissima consuetudo cum Fi-
lio Dei, cum Prophetis et toto agmine coelesti,
tamen ego multiplici dolore excrucior. Funeris fre-
quentia totius ciuitatis iudicia de eo ostendit. La-

Ah bonum qm.

chrymae impediunt, quo minus plura addam.
Bene uale. Salutem D. Johanni, Arnoldo, An-
dreae et uobis omnibus opto. Anno 1553.
mense Aprili
Tilemannus uocatus est ad Ecclesiam Gos-
lariensem.

Philippus.

XIIII.

Clariss. Viro eruditione et uirtute praestanti
D. Dauidi Chytraeo, fratri suo cariss.

S. D. Cariss. frater. meministi nostri sermonis. εἰς ὄμματα ξυνοῦ φωτὸς εἰσβλέπειν γλυκύ.

Attulit igitur aliqua in mihi leuationem dolorum conspectus uiri optimi et eruditissimi D. Jacobi Bordingi. Nam post ministri hominis integerrimi mortem exsoluere mea conuinxt corpus, quae nunc quotidie cum morte luctatur. Nuper etiam narrabam te Johannem Hungarum phorcae mortuum esse, ueterem amicum meae familiae, et praeceptorem meum eodem fere tempore, quo meus minister ex hac uita decessit. Mitto uobis pagellas disputationis nuper editas. Vellem adfuisse eo die D. Bordingum, cum disserimus de dulcissimo loco Michaeae, ubi de:

ומוצאתיו מקדם מימי עולם

ubi de discrimine processionis Filij Dei et processionis S. Sancti dicebatur. De Andrea Westingo gratiam uobis habeo. Magnum beneficium accipere se iudicabit, si noster conuictor apud Reuerendum Virum D. Johannem Macchabaeum esse poterit.
Cum salutem reuerenter meis uerbis.

Bene uale die 8. Maij Anno 1553.

Philippus.

Edita.

Conspectus amicorum

lon.

Praeceptor philippi

Vel: Hungarus aliquando misit opt. Philippo unum hac inscriptione: Viro patientissimo et qui nihil obliuiscitur praeter iniurias Philippo Melanchtoni etc., quem ipse sine ... delectatus et eum multis amicis ostendit cum laetitia frontis ingenti. S.

XV.

Clariss: Viro eruditione & virtute praestanti D. Davidi Chytraeo docenti optimam doctrinam in inclyta Academia Rostochiana, fratri suo cariss:

Edita.

S. D. Doctissime Vir, & cariss: frater. Quod filius Dei rexit nos in itinere, & ad Ecclesiam nostram ac inclytam Academiam reduxit, grati & hoc ipsius beneficium celebremus. Post iter vestrum absolvi responsionem de Stancari controversia. Res magna est, sed ut ego existimo, de gratia pior[um] Eccl[esi]ae in tota consentient. Mittam vobis meum scriptum ac peto, ut legatis tanquam censores seniores Areopagitis. Duco enim magnum beneficium esse, si in re tanta meliora me alij docebunt. Expecto a te literas de coronatione palatini Friderici. Bene & feliciter vale, & rescribe. Salutem opto vobis omnibus. Mea uxor paulatim contabescit. Johannem Oeconomum meum Deus ex hac vita evocavit ante has domesticas aerumnas, & fortassis impendentia nobis nova exilia. Hanc calamitatem spectatorem esse Johannem doluit. Bene & feliciter vale, & saepe nobis scribito. Salutem opto vobis omnibus, ac nominatim Weslingo, quem tibi commendo. die 18. Junij. 1553.

Philippus.

Marginalia: cum [illegible] 4. — Amor heri erga fidelem ministrum s. 13. 14. ep.

Clariss. Viro eruditione & virtute praestan-
ti D. Davidi Chytraeo fratri suo chariss: — XV.

S. D. Doctiss: vir, & chariss. frater. Commo-
ratus est hic integrum diem Illustriss: princeps,
Johannes Albertus, & cum alia multa sapienter
& pie locutus est, tum etiam tui quoque honorifica
mentio facta est. Fuit in auditorio meo dice-
rem, una cum Duce Guilelmo. plura alias.
Bene vale. Salutem vobis omnib. opto, Doctori Johanni,
D. Bordingo, Weslingo, Andreae & hospiti vestro
viro integerr: & eruditiss. Do: Draconitae. Da
veniam brevitati. Anno 1553. Mense Junio
Philippus.

Edita.

Clariss. Viro eruditione & virtute
praestanti D. Davidi Chytraeo in
inclyta Academia Rostochiana
fratri suo carissimo.

S. D. Doctiss: vir, & chariss. frater Cum ante ali-
quot dies hanc Epistolam Electoris palatini, quam nunc
tibi mitto inclusam huic pagellae accepissem, re-
spondi subito, ac misi palatino tuas Epistolas tuas
ad me scriptas, ut tuam ex eo voluntatem ex eis
cognosceret. Scripsi te malle in Academia patria
vivere, quam alibi. Sed literas ad te nominatim
scriben- — XVI. Ed.

Scribendas esse, ut petere missionem possis. Eadem
nunc sus iam scribam, cum iter Francofurdianum nostri
susceptures suscipient. At quoque de te literarum accepero,
fideliter mittam. Tamen cum hanc Epistolam perlata-
tum legeris, teipsum re deliberata ad primi pem
scribere optarim. Me quoque in patriam vocari vides,
et quia bella nos migrare cogent, cum hinc discе-
dendum erit, decrevi in patriam proficisci, si vivam,
aut non belli sevitia opprimar. Iter meum periculo [illegible]
Deo commendo, qui est καρδιογνώστης, et scit quae
mea semper in his consessionibus voluntas fue-
rit. Bene vale, et rescribe. die 17 Augusti 1553.

Philippus.

Clariss: Viro eruditione et virtute
praestanti Davidi Chytraeo in inclyta Aca-
demia Rostochiana fratri suo cariss.

Ep. XVII.

S. D. Doctiss. vir et cariss. frater: Casta domus
mens est, casta vult mente vocari. Et sanxit Deus
castitatem esse hoc dilectissimum foedus unius maris et
uniusque foeminae non vagam, sed perpetuam copula-
tionem. Talem voluit mox in creatione Ecclesiam
esse, et in Ecclesia casta invocari. Quare tecum grati-
as ago Deo, quod sponsam tibi piam et honestam ad-
iunxit, et vobiscum oro Deum conditorem generis hu-
mani

Coniu-
gium

& dulcissimi foederis coniugium, ut faciat, ut coniugium nostrum sit faustum & felix, utque Deo sit mens una, sit unus amor. Plura scribam his diebus, & conabo epithalamion componi, Bene uale, & nobis tempus sacri nuptialis significa. Die 25 Augusti Anno 1553.

Sorero suo uiro honestissimo reuerenter salutem dicito meis uerbis.

Philippus

Clariss: uiro eruditione & uirtute praestanti D. Dauidi Chytraeo, fratri suo caris:

F ~~Non~~ ed.
XVIII

S. D. Clariss. uir, & cariss: frater. Etsi multa leguntur recte & suauiter scripta de casto amore sponsi & sponsae, tamen nihil dulcius est concione Salomonis cap. 5. prouerbi: ubi imaginem ardentis & syncere amoris pingit mentione capreae & hinnuli, quam uelim te iam saepe cogitare. Sed in hac cogitatione simul [illegible] ut ueniat in mentem hunc amorem sponsi & sponsae umbram esse amoris, quo Filius Dei naturam assumptam diligit, ac deinde nos qui sumus os ex ossibus eius. Utinam possem cum Doctiss: uiro Diaconite de illo Salomonis dialogo loqui, desidero enim grammaticam enarrationem magis [illegible]. Sed haec coram. Hac nocte hic fuerunt legati Danici, qui à Duce Augusto ad Albertum,

Mysterium Coniugii

Alber nunc accedunt, de pace acturi, Deus prote-
gat harum regionum Ecclesias, aliasque moestas.
Mitto tibi Epistolas duas pastoris, quas reddes ijs,
quibus sunt inscriptae. Bene vale, et rescribe.
Salutem clarissimis viris D. Jacobo et D. Draconitae
et vobis omnibus opto. Quinto die Septemb. 1553.

Philippus

Clariss: viro eruditione et virtute praestanti D. Davidi Chytraeo, in inclyta Academia Rostochiana, fratri suo cariss.

Edita XIX.

S. D. Doctissime vir et cariss: frater: oro Filium Dei, ut et Ecclesiam servet, et coniugium tuum perpetuo gubernet. Respondi Illustriss. principi, me ad vos profecturum esse, nisi subiti tumultus me cogerent domi manere, nondum enim certa pax est cum Aeacida aut vicinis. Aeacides rediit in patriam, et maius incendium metuimus. Oramus autem Filium Dei, ut poenas leniat. Mitto libellos, quos sic distribues: Illustriss: principi dabis Germanicam historiam, Exemplum responsionis de Stancari controversijs, et narrationem Anglicam. Deinde tibi, Viris Clariss: Doctori Jacobo, D. Draconitae, tuo socero, dabis reliqua. D. Mylio patriae Mysiae laudationem, et Doctori Jacobo alterum exemplum de Mysia. Bene vale. die 11 Octob: Ao 1553.

M. Alb.

Epithal:

Epithalamia ad fratrem Deo iuvante. Salutem sponsae tuae & vobis omnibus opto. philippus.

Clariss: Viro eruditione & virtute praestanti D. Davidi Chytraeo in Academia inclyta Rostochiana, fratri suo cariss:

S. D. Clariss: Vir & cariss: frater. Nuncium tuum fidelem hominem in itinere valetudo remorata est. Cum igitur huc redijsset eo ipso tempore, quo iam dies sacri nuptialis venerat, non existimavi ei ulterius procrastinandum esse: detinui igitur ut adferret edita poëmata, quae opto vobis placere. Moram vero nuncij boni consules. Adfert & palatini literas, de quibus mihi significabis tuam responsionem. Opto & recte consilium Academias, & eas pium consensum eo maiore cura tueri, quia nescio rabies ingeniorum. Jam allatus est liber sine nomine autoris, palam oppugnans deum de filio Dei, & de spiritu sancto, & renovans Samosateni impietatem. Existimo Campanum Architectum esse, qui diu latuit in aris Juliacensium quorundam nobilium. Sed de hoc scripto alias plura. Valde te oro, ut quam primum nobis rescribas, cum de alijs rebus, tum de terminibus. Bene vale. Salutem honestiss. coniugi tuae & par.

XX. Ed.

οὐδὲν.

Campanus

et parentibus eius opta. Initio Encaeniorum, quae Ierosolymae instituta sunt, repurgato templo ante annos 1716. Utinam nunc quoque adiuvet nos Filius Dei in nostra repurgatione et propagatione. Anno 1553.

Encaenia.

Philippus

Clariss: ~~viro~~ eruditione et virtute praestanti
D. Davidi Chytraeo in inclyta Academia
Rostochiana fratri suo cariss.

Epistola XXI.

S. D. Tria vestrum literarum fasciculos fideliter reddidi Conrado Bibliopolae, qui in sarcinis suis misit eos ad Vrbem Francofordiam. Misi et Nicolao Ge-stum versuum, quos hic de tua μαργαρίτῃ edidimus. Miror te in literis tuis nec signi facere vel tuum vel amicorum iudicium de versibus nostris vel de allegoria τῆς μαργαρίδος. Ego nomen Margaris apud Theophrastum iudico Ebraeum esse בר et ὑπόστοιχον בָּרָה iusta, ut sit, purissima iusta. Talis est primum ipse Filius Dei, deinde Ecclesia. Congruit et margaritis amara iusta propter crucem. Haec scripsi, ut te ad scribendum invitarem. Bene vale. Die 3. Martij. Anno 1554. Et rescribe. Salutem opto pudicissimae coniugi tuae et socero, et nato.

Margarita

Philippus.

XXII.

Clariss: viro, eruditione & virtute praestanti D. Davidi Chytraeo in inclyta Academia Rostochiana fratri suo cariss..

S. D. Clariss: vir, & cariss: frater. Fasciculum meum literarum tradidit Conradus Bibliopola Francofordiae filio mei fratris. Nam Georgius frater in praefectura retentus est ~~pp~~ conventum Bruchselensem, in quo nuper nundinarum Francofurdiani tempore duo Electores palatinus & Moguntinus & Dux Wirtebergensis de vicinia pace colloquuti sunt. Scripseram ad Nicolaum, sed is Francofurdiam non venit, & audio eum in Galliam ducere quosdam suos auditores Nobiles. Unus ad me de patria & Academiae studijs scripsit Morshemius, deplorat utilitatem ὀλιγαρχίας constituendae scholae. Fortassis & bella impediunt has deliberationes. Nunc simul obsidentur in Francia Plassenberg, Lonsberg & Suefort, & quanquam Marchio Johannes in Franciam ad hos tumultus sedandos profectus est, tamen quae spes sit pacis nondum audio. Commendemus autem Filio Dei nos & Ecclesiam. Quae sint passiurus iterum hoc anno, non ignoras. Et εἰδωλομανίαν & alia scelera attrahunt poenas, et extrema senectus mundi

Edita /

aquila veni ente Colim ber ~~g~~ vig.

Cade bus calam publ.

mundi est. Haec omnia cogito non sine magno dolore. Sed confugio ad Filium Dei dominum nostrum Jesum Christum. Paginas meo more mitto, quas distribui scolo. Bene vale. Die natali Socratis, anno à natali Socratis 1891.
Reverendo viro D. Doctori Johanni Aurifabro salutem opto. Philippus.

Clariss: Viro eruditione & virtute praestanti D. Davidi Χυτραίῳ fratri suo cariss:

S. D. Doctissime vir, & cariss: frater. Saepe dicturum nostrae praedictum ee, hanc deliram senectam mundi habituram eo maiores confusiones imperiorum, & tu Filium Dei collecturum esse voce Evangelij aeternam ecclesiam, aliquos scilicet retis servaturum ee. Optarim et sapientes principes sua ἐπιείκεια lenire calamitates publicas, sed hac aestate Saxonici duces moderati ἐπιείκεια usi sunt. Ante paucos dies marchio Albertus duxit exercitum ad oram patriae suae vicinam quid egerit, nondum scimus. Petierat Dux Witebergensis ut aliqui doctores ecclesiarum convenirent. Verum Naopyrgum ad Salae ripam nos & Hessiaci, cumque ibi dies decem commorati essemus, discessimus

Edita / XXIII.

Copula: Lina

cessimus. Witebergenses non venisse ad nos miratj sumus. Mitto pagellas. Bene vale, & rescribe. 18 Junij. 1554.

Philippus.

XXIIII.

Clariss: viro eruditione & virtute praestanti D. Dauidi Chytraeo in inclyta Academia Rostochiana fratri suo cariss.

Ed.

S. D. Clariss. Vir & cariss. pater. Spero iam apud te esse Doctorem Tilemannum Heshusium, & officia tua ei non defutura scio. Tueamini coniunctionem nostram, & vulnera nostra sanari curemus, quia profecto opus est Ecclesiae coniunctione nostri gregis. Si volumus esse, quod sumus, Ecclesia Dei, simusque unum in Filio Dei, quia non solum Pontificij nostris dissidijs fiunt insolentiores, sed etiam populi plures contemptu nostrorum fanatica & Ethnica deliramenta sparregunt. Vident enim nulla autoritate se reprimi. Dux Witebergensis pius princeps grauiter queritur Basileae, de quibusdam editionibus. De his cautionibus spero nos breui collocuturos esse. Magistrum Conradum Brunsuicensem tibi commendo, & ut eum commendes ijs, qui in aulis studia nostra non contemnunt, peto. Bene uale. & rescribe. Die 28 Junij.

Philippus.

Heshusig

XV.

Effectus dissidiorum inter consentientes

Gratiss. epta.

XXV.

ed.

Clariss: Viro eruditione & uir tute p[rae]stanti Dauidi Chytraeo fratri suo cariss:

S. D. Cariss: frater: Nulla salus bello pacem te poscimus oes, Gratae dei custos agminis alme tui. Utinam Ecclesijs principes pareant. Etiam multa enim bene constituta, in hoc biennium dissipata sunt, Templis deleta sunt Culmbach & Swinfort. Oro deum, ut et nos primi pes flectat ad ἐπιείκειαν & pacis amorem. Exercitus foederatorum nunc tenet oppidum Meiningen Meiningen & minitatur Hennebergijs. Filius dei servet Ecclesiae suae reliquias, & no sinat extingui lucem doc[trin]ae. Bene uale & rescribe. Salutem uobis oib[us] opto. Die 12 Martij 1554.

Philippus.

Precatio pro pace ad XPM.

Clariss: Viro eruditione & uirtute praestan. D. Dauidi Chytraeo in inclyta Academia Rostochiana fratri suo cariss.

ed. XXVI.

S. D. Clariss: uir, & cariss. frater. Etsi & optarem Heshusium nobiscum ee, & ἀποφθέγματα externis adhuc, sed tn indigenti no aspernanda, tn postquam deus eum apud uos collocavit, uolo tn tali Dei obtemperemus. Ac gratiam habeo principi & uobis

Amor q[uorum]i in Heshusium

Et misero pietas officiosa nocet. Φ

quod hunc hospitem amanter excepistis et invita-
tis. Opto et, ut vestra Academia sit collegium sa-
lutare Ecclesiae. Nos laboribus obruimur et desidero
συναγωνιστάς, qui partem laboris subeant. Nunc
missa est ad me forma doctrinae et rituum Ecclesiae
Ducis Bavarici Wolfgangi. plerique sunt ad
verbum descripta ex nostro libro. Sed in ritibus qui-
dam addita sunt, quae mihi plus negotij faciunt.
Precationes ad patrem, Filium, et Spiritum S.
communicas te velim, praesertim cum impie Cani-
sius Pragae concionatus sit, Christum non passe
maiore contumelia affici, quam si invocetur, ut
mediator. Cohorresco haec cogitans. Velim autem
et te de hac quaestione cogitare, Recte nos dixerit Cypri-
anus: peto a te Domine Jesu Christe, ut pro me petas.
Omnino nostris coniunctione opus est, et consili-
orum et laborum communicatione. Quare
te et oro, ut Fredero sis hortator, ut tandem
περὶ τῆς μονομαχίας rixari desinat. Petit
a nobis compensationem damnorum, quae sibi
accidisse inquit, propter sententiam nostram.
Quaerit συμμαχίας, ut novum bellum nobis
inferat. Haec certamina nec ipsi nec nobis uti-
lia erunt, et rectius facietis, si, cum habeat bene
gl.

Cani-
sius

μονομαχία
Frederj

tranquillam sedem, perfereritis, ut communem harum ecclesiarum tranquillitati & ipse consulat. Libenter de multis rebus ad te scriberem, si tempus mihi concederetur. Sed tecum & cum alijs amicis coram loquerer, quam primum expatiari licebit. Mitto tibi paginam Graeci Epithalamij, cui quia non multa mitterem, quia deest tempus. Praeparationis scio ingratam esse scriptoribus, sed date veniam nostris occupationibus. De Pannonia mitto certam narrationem, quam poteris mittere in aula. Bene vale, & rescribe de mediatore. pridie: Sarabi. Salutem nobis oibus opto. Philippus.

Clariss: Viro eruditione & sapientia praestanti D. Davidi Chytraeo fratri suo cariss:

XXVII. S. D. Cariss: frater. Nomen Postelli civis Galli, tibi notum esse arbitror. Nam ante multos annos edidit pagellas in quibus sunt figurae literarum Ebreae & Arabicae. Is vocatus est in academiam Viennensem, ut doceat ibi linguam Arabicam, fortassis ut praeparentur minores ad lectionem Alcorani, cum vicinos habeant Turcos. Mitto orationem quae ...

Postellus

Vanitates gallicae { Postelli / Molinei

judicium

studium linguae suis auditoribus commendat, ut qui latine loquentem non multo plus intel-ligo quam Arabice loquentem. Sed nosse has ineptias eo utile est, ut nos magis confirmemus in hoc nostro cursu, recta et utilia Ecclesiae perspicue docendi. Tubingam et Juris lector Molinaeus vocatus est, qui polliceretur novam methodum forensis, et compendiariam formam. Extat eius oratio Tubingae pronunciata. Utinam nostrae Academiae consensum in doctrina et animorum coniunctione, tueantur. Decreui ad vos expatiari, ubi audiero non vagari milites in vicinia vestra. Salutem opto Doctori Bordingo et vobis omnibus. Philippus.

Oratio postilli

Hoc opus hic labor.

Molinaei oro.

Clariss. viro eruditione et virtute prae-stanti D. Davidi Chytraeo fratri suo cariss.

S. D. Clariss. Vir, et cariss. frater. Etsi scribitur a gubernatoribus, cum dicimus, eis scholas et officinas librarias debere curae esse, tamen res ostendit quam multa incommoda a typographorum avaritia oriantur. Sed haec propemodum ut ἀναγκαῖα κακὰ huius temporis sapienter feramus. Non misit ad me Crato pagellas tui libri, cum quidem mihi mitti iussissem, quod aliquoties

obiurg-

XXVIII. D. edita

Peccata typographica

obiurgatus antea, postea h[ui]manam meam pati noluerunt. Nunc reddit tuum libellum, ac exemplum mihi dedit, quod emendabo. Tragicum exemplum vulnerationis hominis ingeniosissimi Paselici cum audiremus, cohorruimus, et precati sumus Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum, ut eum servet. Scribes mihi, an convaluerit. De Gatraeo te et D. Jacobum valde oro, ut si quo modo ei consulere potestis, opem viro integerrimo feratis. Si Fredericus non migrat ad vos, quaeso ut Garcaei rationem habeatis. Bene vale. Salutem vobis omnibus opto. die 20 Januarij 1555. Philippus.

Clariss. Viro eruditione et virtute praestanti D. Davidi Chytraeo in Academia Rostochiana fratri suo cariss:

XXIX. S. D. Clariss. Vir et cariss. frater. Etsi scio, te natura uberiorem esse in inveniendo et expliccando, quam ego sum, et aliquanto plus otij habere, quam ego habeo, tamen sylvulam qualemcunque orationis περὶ Ἀσμοῦ congessi, ne parum officiosus viderer. Scripsissem orationem ipsa forma, si non impedivissent me nimis multa negotia, nam et aulae respondi his diebus de inspectione Ecclesiae:

pulcerrima epistola tradens praecepta de optima ratione dicendi et scribendi res bonas.

Margin: φιλοφιλῳ; (Eilia)

ecclesiarum: Et attulit tuo polonus hospes accersitum ex ... Tu boni consules, ut Tr:) Τά μὲν διδόμενα. Judicium honestissimam orationem et doctam castitatis et de ea coniugii lege; et scire populum utile est, in sola Ecclesia castitatis et coniugii doctrinam incorruptam mansisse.

Haec oratio si sit vulgaris videtur, veniam tribuant meae infirmitati, sed hoc cogitet simplicem et ex fontibus ducta a Deo tradita. Talia argumenta libentius cogito, quam prodigiosa et intempestive accersita. Sed totam sylvulam tuo iudicio permitto. Sumes inde, si qua placebunt, et addes orationis nitorem, quem tamen et velim mediocrem et non tragicum etc. Hodie in 2. pagella tui libelli in rerum contextum feci distributionem tuarum causarum aliter, Tu a spiritu sancto exorsus, ego a Filio. Vellem in tuo opere cetera nos ita posse contexere. Sed cogitabis ipse post hanc editionem ea de re. Digna cogitatio est piis et eruditis, de qua rectius est nos colloqui quam contendere περὶ ... καὶ χαλκοῦ ... Georgius frater meus scribit suam coniugem mortuam etc. Brentius meo amanter in patriamento con

Decus Ecle.

pla v.

Φ9 castigat libellos Chytraei.

βλ.

eat. Sed ego non de patria coelesti cogito, ad quam profecto libenter ex hac religione discedam. Τῷ Βογδισσῳ & ceteris omnibus omnibus salutem opto. Bene uale Cariss. Fr. Calend. Febr. 1555.

Philippus.

Clariss: Viro eruditione & uirtute praestanti D. Dauidi Chytraeo in Academia Rostochiana fratri suo cariss.

ed. XXX

S. D. Clariss. uir & cariss. frater. Tuam epistolam scriptam post sacrum nuptias accepi, in qua scribis te etiam orationis tuae exemplum mittere, sed non accepi, quod tibi significandum esse censui, ut rursus quid fieri uelis scribas. Hanc autem epistolam dedi Mauritio Heiling, quem tibi notum esse non dubito. Scripsi de eo ad principem, cum indicari uoluerit uirum idoneum ad Ecclesiae gubernationem, cui inspectio aliquot Ecclesiarum recte mandari possit. Spero igitur ad te uenturum esse: uerum etiamsi ad uos non accedat, tamen ad eum literas in aulam poteris mittere. Hodie a Sigismundo fratris mei filio accepi epistolam, in qua significat, patriam nostram tranquillam esse. Initia conuentus Augustani uobis esse nota existimo. Audio primum ea acriter nostris esse

Maurit. Heill.

ch. j

clesijs. Sed commendemus nos Filio Dei. Petri Vincentij calamitas magnum dolorem & mihi & multis alijs hic attulit. Oro Filium Dei, ut mediatio sit felix. Meque diu iter afflixit initium Veris, fortasse propter Saturni locum, qui iam tertium circuitum inchoat, eius spatij, quod vitae meae Deus tribuit. Te volo in pagellis quas mitto quaestionem περὶ τοῦ λόγου diligenter inspicere. Bene vale die 20 Martij. 1555. Philippus.

P. Vincentij casq.

Clariss. Viro eruditione & virtute praestanti D. Davidi Chytraeo fratri suo Cariss: in inclyta Academia Rostochiana.

XXXI. ed.

S. D. Clariss. Vir & cariss. frater. Ante octiduum fuit hic tabellarius Brettanus, ut Gemminensem scholasticum huc adduceret, Is et à fratre meo literas attulit, quae significabant, vagari incendiarios in locis vicinis nostrae patriae. Sed principes vicinos & amicos esse, & intentos ad communem defensionem. Existimo illi tabellario Samuelem tradidisse pyxidem, quam misisti ad patrem tuum. Ego quantum

bona

bona fide Samueli exhibui. Mitto tibi carmen περὶ μαργαρίδος, cuius argumentum etsi tibi notum est, tamen propter domesticam Margarida spero tibi lectionem non insuavem fore. De Academia Tubingensi nondum scio, an lectores, qui propter luem secesserunt in oppidum Calvam, redierint. Haec scripsi inter serios cruciatus, quos λιθίασις faciebat. Item mortuus D. Joachimo Camerario incipit molestus esse. In conventu Augustano nondum de decreto pacis convenit inter principes nostros & Episcopos. Et opinor καταστροφὴν talem fore, ut deliberatio prorogetur. Oro autem Filium Dei custodem Ecclesiae suae, ut nos omnes gubernet, & protegat Ecclesias harum regionum. Bene vale. pridie Laurentij 1555.

Philippus.

Clariss. Viro eruditione & virtute praestanti D. Davidi Χυτραίῳ in inclyta Academia Rostochiana, fratri suo carissimo.

S. D. Clariss. Vir & cariss. frater. Scriberem ad te prolixè, & de multis rebus, si non properet tabellarius

Marg. Gra. — verbg. Φι. Joach. — Edita ʒ XXXII

bellaiunt. De editione Germanici scripsi, in quo in unum summam doctrinae Ecclesiasticae complexus sum, totam rem tuo iudicio permitto. Si existimas illam nostram lucubrationem profuturam esse Ecclesiis, utcunque pro libitu edi, seu dialecto vestra vicinae seu nostra. Et iudico, recentem Germanicam editionem meliorem esse libro latine scripto, cui titulus est Loci Theologici. Jam editum scriptum Osiandri contra confessionem Noribergae propositam iis, qui ea de re certamina moverant. Id mittam cum fuerit editum. Fuit ibi nobiscum Jacobus Rungius, cuius concio hic edita de illa controversia. Consuetudo ipsius et mihi et multis aliis, qui nobiscum fuerunt suavissima fuit, et in deliberationibus iudicium ipsius intelleximus esse rectum et sine sophistica. Vellem te quoque in hac deliberatione adfuisse, de qua cum ad te exemplum mittam, [illegible] scribis, quid tibi videatur. Scripseramus Brentio, ut ad nos accederet, sed respondit: absente principe se non posse discedere tam procul. Mitto tibi et D. Jacobo libellos dulcissimos Procli, quos [illegible] nobis voluptati esse. Bene vale, et rescribe. Die 14. Novemb. qui est [illegible] h. e. ὠριώνειος. 1555. Philippus.

Doctrinae Loci Communes [illegible] M. [illegible] epla 4

Jacob Rung.

Clariss: Viro eruditione et virtute praestanti D. Chytraeo in inclyta Academia Rostochiensi, fratri suo reveriss.

[dite] XXXIII

S. D. Clariss. Vir et reveriss. pater. Cum hunc nuncium mitterem ad Jacobum Rungium ut ei exempla dimidiationis controversiae Norinbergensis adferat, iussi, ut prius ad vos accederet, ac exempla vobis mitto, et te et D. Jacobum oro, ut legatis tanquam censores, et mihi iudicium vestrum significetis. Est omnino periculosum in Ecclesia, ἰδιοβουλεύειν, et optandum esset quod plures ad liberi viros doctos et pios, ut scripsi in oratione, quae in fine his paginis addita est, quam mitto.

ἰδιοβουλεύειν in Eccla periculosum

Senex princeps Palatinus Vir integerrimus et Dux Wirtebergensis ante mensem in conventu Nassauiensi gravissima oratione petiverunt a legatis ducum Saxoniae ut cum in conventu Ratisponensi de ea suscipiendae sint deliberationes, prius ut sua principes personas conveniant, ut de multis Ecclesiarum nostrarum vulneribus colloquantur. Sed utinam aliquid tantis congressibus sperari posset, qualem flagito in oratione, quam addidi in fine libelli, quem mitto

Si posset sperari

Synodus
nro
[signature]

mitto. Credo te Illustriss. principi mittas exempla
ipsi inscripta, & simul me ei commendes. Tueri
eius benevolentiam cupio, & Deum oro, ut eum
servet & gubernet. Bene vale. Salutem vobis
omnibus opto. Literas tuas & flagito & expecto.
Die 25. Novemb. qui fuit dies tricesimus
mensis כסליו id est ὠριωνειος. Haec enim
vera Etymologia est. 1555.
Scriberem plura & pluribus, si possem. Philippus.

Clariss. Viro eruditione & virtute
praestanti D. Davidi Chytraeo fratri
suo cariss:

XXXIIII. Ed.

Clariss. Vir & carissime frater. Gaudeo tibi
probari diiudicationem Controversiae Noribergen-
sis, quam edidimus. Maxime enim opto, ut sit
aeternus consensus ecclesiarum, in quibus est
studium veritatis. Nunc aula palatina &
Wirtebergensis hortantur caeteras aulas, ut
Synodus indicatur omnium Ecclesiarum, quae puriorem
doctrinam profitentur. Quid esset optabilius Doctorum
& piorum colloquio. Sed scis quid de Synodis scri-
pserit Nazianzenus, & nunc maior est ἀναρχία.
Credo apud vos quoque de eo consilio sermones esse

Nunc max[a].

Synodus

gnant si quid audiuisti, quaeso ut mihi significes. Ego nom tam periculosam suadere non audeo, sed si procedet, vestros adesse optarim, et in his te et Bordingum. Mitto pagellas meo more. Nunc Staphylo respondebo, qui edidit omni natione rabiosissime scriptam contra vestras Ecclesias meas. Talib. hostibus parum quidem nostri veteres amici, et interna nimis in nos exorsunt, nescio quam ob causam. Sed Deo vos commendo. De multis magnis rebus nobiscum colloqui cupio. Et tandem ex his tempestibus me evolvam, ut ad vos accedere possim. Bene vale, et rescribe quoties poteris. Die 6. Januarij. Vobis omnibus salutem opto. Philippus.

Staphylo

Flaciani pericolosi

Turci procedunt in Hungaria, et subinde plura oppida occupant, sed haec scitis ex aulicis literis. Rursus et praesidia colliguntur ecclesiarum. Et die 29 Decemb. multis locis in his regionibus flamma ex aere in oppida decidentes.

Clariss: viro eruditione et virtute praestanti D. Davidi Chytraeo, in inclyta Academia Rostochiana fratri suo cariss.

Non edita XXXV.

Ratisponae audio decretum esse festum, ut instituantur colloquium. Et ad id delecti sunt Canisius

cius Staphylus & Vicelius. Item Brentius, Schnep-
pius & Philippus. Inspectio Ecclesiarum in
ditione tota Electoris palatini facta, & tradita
forma rituum. Absolutio singulorum non percipitur,
nisi in publicis criminibus. De Academiae in-
stauratione nondum audio. Transylvaniam
tenent Capitanei Filij Johannis, qui cudit aureos
in quibus inscripsit: Johannes Secundus Rex Hungariae.
Romae deliberationes sunt de transferendo titulo
Imperij ad Regnum Gallicum. Rursum impia
tributa. Inter has aerumnas ut filius Dei servet
ecclesiam, & in ea nos & familias nostras precemur.
Marchio Albertus ex thermis Phorzen
profectus est. & convaluit, Nec alio morbo eum
laborasse audio, nisi ἰσχιάδι. Die 6. Decembris
vidimus in ortu circa horam octavam
insignia παρήλια. Dux Juliacensis deliberat
de suis Ecclesijs constituendis ad normam confessi-
onis nostrae. Johannes a Laski profectus est in
Poloniam; ait Regem sic ei concedere reditum, ne
discedat a nostra nostrae confessionis. Sleidanus
historiae scriptor mortuus est Argentorati.

Johan. II. R. Ung.

Amon

Iuliacensis Clivensis.

Clariss.

Clariss. Viro eruditione et virtute praestanti D. Davidi Chytraeo fratri suo cariss. in inclyta Academia Rostochiana.

ed. XXXVI

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Scio bonorum consilio et honestissimas civitates huc misisse pastores, et ipsos pastores tam difficili tempore suscipere iter, ut Flacianas controversias tolleret.

Acta legatorum Sax. Cosmicensis

Et ita respondi, ut intelligi possit, nec parvi consilium esse, quod et ex silentio meo intelligi potest, ac tota scire ex vestris viris actu poteris cognoscere.

Dixi me et Illustriss. principi Duci Johanni Alberto respondisse, optare me, ut ipse pie dijudicet, et ut de toto genere doctrinae agatur. Ponit enim Flacius subinde novas quaestiones. Reprehendit Evangelii definitionem a me traditam, et Filium Dei nusquam dici

Fl.

λόγον, nisi in Apocalypsi. Edidit pagellam, in qua calumniatur dictum a me de discrimine politicae gubernationis, et Evangelicae iustitiae. Iustitia Christiana est lucem in corde accensam fide et agnitione Filij Dei, et quotidie in fine vita alia. Cum tali sycophanta quae potest esse pax. λόγον παρ' ἐχθροῦ μισοῦθ' ἡγᾶσῃ φίλον. dixit veteres poetae. Ego nunc sum hic versu: λόγον σοφίστου μισοῦθ' ἡγᾶσῃ φίλον. Haec tibi ut fratri significo

ut fratri .i. quasi

ni firo, totq. corp. ut ad communionem tuendam amicitiam et studiorum conferas. Optime animatos eo intellexi viros Reverendos pastores Ecclesiae, qui hic fuerunt. De Marchionis Alberti morte literas fratris mei expecto, quia qua hora mortuus est scribitur. Bene vale, et rescribe. Die 7. Febru:

Vtinam.

Philippus.

Clariss. Viro eruditione et virtute praestanti D. Dauidi Chytraeo fratri suo cariss. in inclyta Academia Rostochiana.

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Si rectam salutarem gubernationem vere Dei opus est, eam ardentibus votis ab eo petamus, ut et patriae nostrae, et his nidulis, in quibus sumus hospites, tribuat imperia tranquilla, et praecipue eorum. Dei beneficium hoc est in patria nostra, quod vicini principes palatinus et Wirtenbergensis sunt et amici, et pacis et religionis amantes ac deliberationes iusto Friderico institutae fuerunt, ut similis forma Ecclesiarum in utraque ditione constitueretur. De Academia nostrae patriae quod scribat vir

XXXVII. ed.

Vtina.

eximius cognosces ex ipsius literis, quas mitto. Fratris mei Epistolam datam Bibliopolis nondum accepi, et audio eum ad nos venturum esse. Si venerit, narrationes eius ad te perscribam. Quid mihi conspectu fratris

fratris filius in hac senecta contigere posset, cuius sibi integritas nota est. ac profecto si tempus esset ad vincendos sitem te huc attraherem. Doctoris Bor-dingi consilium et totum vitae cursum, ut gubernet Filius Dei opto. Sed si ea fides iis cum honori tuo spe-rando retinere, fiet ut usitato aularum Germa-nicarum more. Sed profecto doleo aulas, quae de-bent esse iustitiae custodes, non servare Geometricam proportionem. Laudo autem Regis Daniae iudicium. Mitto vobis pagellas, et peto, ut scribas nobis, quoties habebis tabellarios. Spero me ἄυλιον [illegible] [illegible] redditurum esse haec officia. Tuam orationem edi curabo. Bene vale. Die 13. Aprilis. quo adhuc mane Cometam conspexi cum ab Austro motu tempore ad Eclipticam propius accessurus. Deus gubernet nos, et protegat harum regionum Ecclesias. 1556.

Philippus.

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti D. Davidi Chytraeo, in inclyta Acade-mia Rostochiana fratri suo coniss.

Φιλάδελφοι

Judicia aularum ἀφιλόσοφα.

Cometa.

ed. XXXVIII

S. D. Clariss. Vir et coniss. frater. Quoties aspicio nostram Albim, cogito, Non si tantum lachryma-rum fundere possem, quantum videam ueluti hic amnis pleno fluens alveo, exhaurire meum dolorem passe

Perpetuum ὁμοιον [illegible] his de contro-versia Thra-cica loqu[illegible]

⊖ O.

posse, quam diu iam circumferentur dissensionem in ecclesia excepit his temporibus, quae debebat esse foedus multitudine benevolentiae. Nec remedia ulla tentari possunt in tantis incendijs sententiarum odiorum. Urgent genus humanum horribilibus poenis, et fortassis hoc anno ad alias calamitates accedet. Sed confugiamus ad Filium Dei, et petamus, ut leniat publicas et privatas miserias. Frater meus desiderium nostri et spem ostendit adventus in literis suis. Desiderium mihi notum, est de adventu necessario dubito, et propter praefecturae administrationem, quam scis habere magnam negociorum molem, et propter temporum tristitiam. Sed spero fore, ut ecclesiae in tota ditione ita constituantur, ut et pia et consentiens forma sit. Etiam Ducem Bavarium audio suis dixisse petentibus concessurum esse usum integri sacramenti, et alia quaedam initia emendationis, etsi Salsburgensis acriter repugnant. Sed commendemus nos Deo. Literarum partem, quas scripsit frater, mitto. Bene vale. Die 18 Aprilis. 1556.

Philippus.

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti D. Davidi Chytraeo fratri suo cariss.

S. D. Clariss. Vir, et cariss. frater. Aiunt in conventu Ratisponensi contendentes esse etiam aliquos

Debebat.

Exulcerata

Praefectura

XXXIX.

ed.

viros doctos, qui in Academijs aut in templis forent ecclesiae doctrinam. Quod si fiet, maxime te adduci istuc optarim. Ac prodesset collegii ex nostris aliquos, qui et veritatis amorem, et candorem animorum adferrent. Nunc vobis mitto exempla ὑπομνημάτων, quae de Epla ad Romanas scripta edidi, quae oro, ut legas tanquam censor, et mihi tuum iudicium significes. Intexui et refutationem Osiandri in 3. cap.

Collegium theol.

Bene vale. Nonis Maij. 1556.

Clariss. viro eruditione & virtute praestanti D. Davidi Chytraeo, docenti veram Ecclesiae Dei doctrinam in inclyta Academia Rostochiana, fratri suo cariss.

ed. XXXX. S. D. Clariss. Vir, et cariss. frater. Desideramus apud nos in templo aris concionatorem, eum locum Doctori Heshusio servamus, donec audierimus quid vos de eo decreveritis. Opto enim eum in hac difficili militia Academiae retineri, quam tu iam multas per annos, et laborum et certaminum plus sustinere, quam sustinent, qui docent extra Academias. Cum autem sciam Heshusium a te diligi propter eruditionem, iudicij rectitudinem et firmitatem, non utar de eo longiore oratione, tantum peto, ut in eo ornando benevolentiam tuam et erga me et ipsum declares. Spero enim.

Militia academica

HESHUSIUS ornatus a
φo.

cum fideliter & utiliter serviturum Ecclesiae, utriusque erit, & Filium Dei oro, qui dixit: Ego sum vitis, vos palmites, ut & nos palmites suos foveat & gubernet. praecipue autem annitendum est, ut in Academijs sint doctores tales, ὀρθοτομοῦντες τὸν λόγον θεοῦ, qui et docere sciant, & ament proprietatem & deligant res necessarias, non quaerant inanes disputationes, & prodigiosas ostentationes ingeniorum, nec ludant ambiguis dictis & hyperbolis, quales & olim & nunc multae sunt in ecclesia sparsae, quae fuerunt faces dissensionum, seu πυρὰ ἔριδος. Denique oro Filium Dei sedentem ad dexteram aeterni patris, ut totum hoc consilium de Heshusio gubernet, ut sit salutare ipsi & Ecclesiae. Scripsit ad me Elector palatinus, ut mittam tres aut quatuor idoneos ad concionandum, sed in ditionem suam quae pars e Norici. De Academia Edelbergensi nondum ad me scriptum est, & differri de ea deliberationes existimo, propter Ratisponensem conventum. Si petitum fuisset, ut lectorem mitterem, maxime voluissem eo Heshusium proficisci. Sed multa de Georgij Laeti secretarij & aliorum quorundam sensib. ratiocinor. Si procedet colloquium Theologicum de quo nunc de liberatur in conventu Ratisponensi, maxime velim te adid mitti, ac scripsi ad Ducem Johannem Alb. ut aliquos

Benevolentia & ergo { HESHUSIUM / CHYTRAEUM .

Utinam.
Sed fallitur a. s. b. f. s.

Doctores in Academijs

aliquos mitter. Nouum certamen mouit praga

Canisius Cyniru — Canisius, quem Cynicum noie: Communione Christi in rebus adi. atamen interdicendum ee, sed tm in d~~auctorem~~ dolorem bonam Deum. Citat nescio quod dictum ex Synodo Nicena, q non dubito commentitium ee. Sed te uelim inquir. et ueterum dicta. In Cypriano extat compellatio porrecta in precatione ante supplicium quae continetur pagina 505. Et similia alia leguntur. Te quoque inquirere uelim testimonia. Bene uale, et resc. be. Die 18. Junij 1556. Philippus.

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti D. Dauidi Chytraeo fri suo cariss.

e.lit. XXXXI. S.D. Clariss. Vir, et cariss. frater. Nihil de bello scribo, nec causas noui, nec me iudicem facio, sed oro Deum, ut et Ecclesijs det piam concordiam, et earum hospitijs pacem. Scribam aliam narrationem iucundiorem. Cum Rex Max. Aemilianus nuper ex Belgico rediens per nostram patriam iter faceret et Stud'gardiam ueniret, eo ipso tempore coniunx Ducis Wirtebergensis peperit Filium et Baptismi testis

Maximilianus apud Wirtebergensem — factus est Rex Max: aemilianus, et Filio Ducis Wirtebergensis nomen Maxaemiliani tribuit. Laetatus sum hac inter se principum beneuolentia,

q. Signif.

& significatione pietatis in Max. Aemiliano. de dissensionibus quae apud nos ortae sunt περὶ ἀναθεματισμοῦ, cum viderem, non esse quaestionem tectam, nihil respondi, nec volui in aliena Rep. πολυπραγμονεῖν, et ὁρᾶς ὅτι τοῦτο ἔθνος ἦττον φιλησυχόν ἐστιν, ἢ ἡμεδαπόν. Nunc significanter Ethicae respondeo, de Stenfeldianis furoribus. Utinam coram ferre cogitationes meas vobiscum possem. Bene vale. Calend. octob. Mitto libellum, in quo versiculos leges fortassis non ingratos. Iterum vale & rescribe 1556. mense Octobri

Philippus.

Excom.

Sapientia Q.

Saxo. mej.

Clariss. viro eruditione & virtute praestanti D. Davidi Chytraeo fratri suo cariss.

S.D. Clariss. vir & cariss. frater. Etsi ante triduum misi literas ad te, in quibus gratias ago περὶ μαργαριτῶν, tamen & huic nuncio epistolam dedi. Optarim enim nos non solum per literas, sed coram quotidie colloqui posse, & quidem illis de ipsis rebus, de quibus in tota aeternitate colloquemur, non de Regum tumultibus. Historica etiam in brevi pagella nuper misi. postea hic Forsterum honestum & doctum virum lingua Ebreae interpretem amisimus, qui multos utiliter docuit, ac de successore non istra liberatio difficilis erit. Mitto tibi Epistolam Adalber..

xLII. Ed.

ὁμιλίας.

Forsterus ☉.

gensem, q narrat πολύτεχνα, quo potius lectio prohibetur lacerandi caligas, quales sunt militum in littore nostro caligae, qui utinam procul ἐς κόρακας abirent. Bene et feliciter vale. Die Bru[mae] 1556. Philippus.

Caliga ἐς κόρακας [...] militibus.

Clariss. Viro eruditione et virtute praestanti Domino Dauidi Chytraeo, in inclyta Academia Rostochiana, fratri suo cariss.

Edita XLIII.

S. D. Clariss. Vir et cariss. frater. Tertium nuper [...] oratus sum περὶ μαιτίδων. postea aliae mihi longe grauiores quaestiones missae sunt. Amicus quidam Flacij scripsit Epistolam, cuius architectus fuit ipse Flacius. Ait in scriptis Propheticis et Apostolicis τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ οὐκ ὀνομάζεσθαι λόγον. Reprehendit in meis, seu potius in veterum explicationibus, de Filio et alia quaedam. Nescio quo consilio haec ad me scribantur, an mihi struantur insidiae, aut quid agatur. Vetustas in Symbolis et alibi quomodo locuta sit, non ignoras. Theodoretus diserte discernit patrem et filium, inquiens: υἱὸς μονογενὴς θεὸς λόγος. Sunt autem Theodoreti Dialogi ad modum per epitomen scripti, quos nuper mihi quidam amicus misit, et ego hortator Basiliensibus ut ederent. Non nunc primum animaduerto semina seruitutis circumferri à multis Italicis, et à[...]

Werneri epistola περὶ λόγου.

Dialogi Theodoreti.

FLAC.

à Stancaro & alijs. Τοιαῦτα δοκεῖ ποτε τοὺς βλακοφόρους βλασφήματα δέξειν. Oro Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum, qui cogit ecclesiam suam, ut nos doceat & gubernet.

ΧΡΣ κεφαλὴ τῆς ἐκκλ.

Bene vale. Die 20 Decemb. 1556.

Philippus.

Clariss. viro eruditione & virtute praestanti Davidi Chytraeo in inclyta Academia Rostochiana fratri suo cariss.

LXIIII.

Non edita

S. D. Cariss. frater. Etsi non sine dolore de meo silentio cogito, ut nimirum hactenus scribendi officium intermisi, tamen viro doctiss: Posselio cui amico hanc dedi epistolam, qui testis esse mei doloris potest, quem mihi afferunt nostri coetus dilacerationes. Rectius erat nos contra communes hostes coniunctos esse, qui nondum ita fracti sunt, ut nova & domestica bella quaerenda sint. Rident aliqui, ornantur nostris discordijs. Nunc enim legati principum Palatinorum Electoris & Hessiaci sunt in itinere, flagitaturi σύνοδον καὶ συμμαχίαν. Haec consilia quantum profutura sint in tantis odijs factionum, nescio

CHYTRÆVS βλαχίζων καὶ ἀποφιλιππίζων

Pugna Bremensis.

Morlinus poëta Heshusij autor

Etsi

Vehementes impetus in HESAVS

Heshusium etiam audio provocare Albertum Bremensem, et existimo architectum et hortatorem sitionum Morlinum. Si procedet haec pugnatio Bremensis, semina spargentur nondum dissensionum in gente Saxonica, quae ex re magni tumultus orientur, etiamsi Albertus oppressus fuerit. Quaeso igitur, ut dissuasor sis theatricae disputationis. Habet vehementes impetus Heshusius, ut priora eius negotia ostendunt. Tanto te impensius aequum est consulere, ut ille apud Virgilium inquit. Et nosti illud: πόλεμ σεῖον γ' ἔνδιγε. Sed oro filium Dei, ut nos gubernet. Bene vale. Die 5. Martij. 1560

Philippus.

Clariss. Viro, eruditione & virtute praestanti Dauidi Chytraeo fratri suo cariss. in Academia Rostochiana.

ed. XLV

S. D. Cariss. frater. Quod amanter mihi respondisti, habeo gratiam, et volo inter nos aeternam amicitiam etc. Vides, quam necessarium sit, nos coniunctione nostra tueri contra communes hostes, quorum crescit rabies, et gloriae Dei interest, eos potius refutari, quam quererere internas

Coniunctio ddd.

nas rixas de minoribus negotijs. Cogitemus igr illud Sirutli principis: οὐχ αἰσχρὸν δικαίους αἰσχρῶν ἡσσᾶσθαι. Et exempla sapientium multo rum legimus et vidimus. Mitto tibi bona fide literas palatini principis obsignatas, ut accepi, teque oro, ut diserte mihi scribas, an hic auriga noster eas tibi fideliter exhibuerit, quem quidem in diro itinere honestum esse, et do mercedem. Tilemannus Heshusig iter ingressus est die 23 Martij profecturus ad ripam Necchari. Deus gubernet eius consilia et iter. Mitto tibi et Cyrilli Epicedium, et Scriptum contra Staphylum, teque oro, ut cum legeris, aliquid mihi de tuo iudicio significes. Brevior est mea responsio, quam debebat esse, Nam ille fert ἀμάξας βλασφημιῶν eidem. Sed multi contingere nos debemus. Bene vale, et rescribe. Die Ambrosij. 1558.

Philippus.

Chrod.

Heshusig gen Heidelberg ad nova proelia.

ist nun abwesst.

Reverendo viro eruditione et virtute praestanti Davidi Chytraeo in Academia Rostochiana fratri suo carissimo.

XLVI. Ed.

S. D. Doctissime vir et Cariss. frater. Orat ipse Filius Dei in agone aeternum patrem orat, ut servet, ut sit et Ecclesia ipsorum recte in victoriis, et ut sit unum in ipso.

Precatio filij Dei ante mortem.

idem quod nos optemus. Sit etiam in nobis studium tuendae coniunctionis. Gaudeo Tilemannum fore Rectorem studij vestrae in vestra patria, et filium Dei oro, ut eum gubernet. Misi tibi literas aulicas et Henricum aurigam de quibus mihi ut rescribas, peto, quia et aula palatina, et tibi ostendere cupio, me fideliter officio fungi. Nunc et Palatinatus Ecclesiarum formam tibi mitto, ostendendam illustrissimo principi Domino Johanni Alberto, qui inde intelliget gravem fuisse alijs gentibus formam Ecclesiarum vestrarum. Expecto tuas literas. Bene vale. Die VI Aprilis 1558.

Clariss. Viro eruditione et virtute praestanti D. Davidi Chytraeo, docenti doctrinam Ecclesiae Dei et honestas artium in inclyta Academia Rostochiana fratri suo reviss.

XLVII S. D. Clariss vir et cariss. frater. De legum dignitate, et de ordine politico sis me aliquanto plura quam scripsisse, quam alij multi scripserunt. Et spero, illa nostra panegyrica mentibus multorum prodesse. Veritatem autem mihi a sapientibus gubernatoribus benevolentia debebatur. Sed quorundam a me voluntates abalienantur, ut fit in dissen:

Effecta dissensionum civilium.

Quod illustrator dominus de legum et magistratuum dignitate.

dissensionibus civilibus. Te tamen velim placatiorem
nobis esse apud Inclytum principem Ducem Johannem
Albertum, teque oro, ut libellum Χρονολογικόν,
quem nunc ad te mitto, ei exhibeas. Tibi etiam
exemplum mitto, ac voluntatem meam vobis probari opto.
Nam opus tuum esse scio, et in his aerumnis, et hac
negociorum confusione ne possum quidem perpolire
ea quae instituo. Mitto tibi Epistolam Tilemanni, qua
de itinere suo ad me scripsit. Bene vale. Die pug-
na Leuctrica. 6. Julij Anno 1558.

Philippus Melanthon.

Clariss. Viro, eruditione et virtute praestanti
Davidi Chytraeo in Academia Rostochia-
na, fratri suo cariss.

S. D. Clariss. Vir, et cariss. frater. Mitto tibi — XLVIII ed.
pagellam disputationis Folsij, qui hospes est
in Academia patria. Sed perniciosius alias pro-
positiones in sua Epistola recitat, quam ad me scri-
psit. Volui haec a te legi, ut nobiscum doleres
Ecclesiae calamitatem. Prorsus hoc fit, quod est
in versu Timonis opinor. Φοιτᾷ δὴ βροτολοιγός — Timon.

ἔρις, κενεὸν λελαχυῖα. Rerum eidem cum Staphylus & Stenkfeldiani nominatim contra me talia scripta, quae videri possint a fratrijs nostris dictata esse. propter hos communes hostes oporteret nos coniunctiores esse et στοιχεῖα quaedam teneri. Bene vale, & rescribe. Die 12 Augusti. 1558.

Philippus Melanthon.

Clariss. Viro eruditione & virtute praestanti Davidi Chytraeo fratri suo Cariss.

S. D. Clariss. Vir & frater cariss. De tua querela primum respondeo: nec sciente nec volente me edi ea scripta, de quibus questus es, sed cum finem nullum faciat [illegible] Flacius, irritavit tandem hos, qui illa ediderunt, qui aliquanto sunt vehementiores, quam ego sum vel quam velim eos esse. Sed vehementia Flaciana illos et incendit. Nunc movet quaestionem de [illegible]. Nec putes me abiectum esse eorum. optimi viri Snepfius & Victorinus nobiscum sunt et σύμμαχοι τοῦ [illegible]. Sed hoc alias. Doleo ex hac militia Snepfium abductum esse. Sed ipse beatus iam fruitur coeli consuetudine.

Judicium Φ. de libris epistolarum schol. Witeb. & de eorum autoribus.

Pericles

Ed. xlix

Epistolae scholasticae Witeb. [illegible] Fl.

Tr[illegible] Flacij

Snepfij O.

ne coelestis Ecclesiae. Mitto tibi edictum de funere eius
propositum. Petrum nunc commendaveram Duci
Pomeraniae, petenti in ditione lectorem Theologi-
cum. Sed postea cum nihil responderunt animadverti
Pomeranorum animos mutatos esse, quod ego fero
eo aequiore animo, quia conscientiam optimae vo-
luntatis erga Ecclesiam et ipsos habeo. Nunc
Petrum commendo Duci Prussiae, et spero Ecclesiae
profuturum et Johannis Stanifabri et petii commen-
dationem. Bene vale, et rescribe. Die 14. No-
vemb. 1558. Philipp. Melanth.

Conscientia magna consolatio.

Clariss. Viro eruditione et virtute
praestanti Davidi Chytraeo, fratri suo cariss.

S. D. Clariss. Vir, et cariss. frater. Meministi Re-
gis laudationem apud Homerum: πατὴρ δ' ὣς
ἤπιος ἦεν. Talis nunc fuit in Rex Dani-
ae, grati memoriam eius ad posteros transmitta-
mus. Etiam et optimo et doctiss. Viro D. Bor-
dingo gratiam habeo, quod Orationem de Regis
Daniae pietate et migratione edidit, et hoc officio de-
lector, quod exempla mihi misisti. Curavi et hic
à typo.

Ep. L.

Christianus R. Daniae

a typographis quidem edi, et quae item de eo nomine palladij scripsi. Nunc tibi mitto responsionis meae partem de Bavarica inquisitione. Libenter enim piorum iudicia audio et sequor. Nec fero Staphyli Rabiem, quem nunc audio fieri Bavaricum lectorem in academia Ingolstadiensi. Adversus tales coniunctos nos esse debebant. Sed multos qui sint destructionis fures. Et tuum iudicium de meo scripto flagito. Commendo tibi hunc Baltam Gandavensem: Bene vale. et rescribe. Mense Aprili 1559. Philippus.

Dedi consilium Balto, ut apud vos doceat. Eo labore posse enim victum honestum parare existimo. Et commendatus ei eum discipulos

Clariss. Viro, eruditione et virtute praestanti Davidi Chytraeo fratri suo carissimo.

S. D. Clariss. Vir, et carss. frater. Heri literas à Sigismundo Gelous, quem nosti, scriptas accepi, in quibus haec sunt verba. Byzantinus tyrannus foedus ad obitum suum expectit, quia de se dementer credatur, quinque mensium inducias interdedit.

Julius

In his rebelles omnes comprehensi sunt, addita est conditio: Si Turci & seditiosi in ditionem non molem.
Ea foederis postulatio non alio spectat, quam ne turbis impetatur Solimannus, dum duo eius Filij de Imperio inter se dimicant, & ut reliquum vitae tempus in otio transigat, certumque post se & Imperatorem & statum relinquat. pater diadema Selimo defert. Baiazetus ad persam se contulit, in quo uni paeri pui de consilio, rei ut πολλοί fauore inclinam atque propendem. Haec Sigismundi verba sunt, quae & amicis legere potes. Mitto Versiculos nostros, quia tuum nomen in hoc vetitinio dulcissime ponitur, sed optarim Versiculos esse meliores. Remisimus hic Orationem D. Bordingi, quae ex te intelligere potes, mihi gratum fuisse officium tuum, quod eam misisti. At prodest legi eam multis.
Bene uale, & rescribe. Die 17 Maij Ao 1559.

Philippus Melanthon.

SEQVUNTUR
EPISTOLAE PHIL. MELANthonis
ad D Doct. Ioh. Aurifabrum Vratislaviensem, Theologum & virum praestantissimum.

Hæ omnes Eplæ Phil. Melanthonis ad Jo. Aurifabrum usq. ad LXXX. eplam non sunt editæ quod sciam.

LII

Filius Dei φύλαξ.

S. D. Reverende vir, & cariss. frater, Circumvallat angelus domini timentes eum, videlicet ipse Filius Dei, custos Ecclesiæ, quem & Jacob nominat Dominum, angelum redemptorem. Non enim insertum est [illegible] appellativum in lectione Hebræa. Hunc angelum Domini grati celebremus, quod nunc quoque nos in patria texit, & te Ecclesiæ tuæ domesticæ & publicæ restituit. Responsionem de Stancari controversia absolvi, quæ etsi lenior est, quam res postulat, tamen viris scriptæ & spectatoribus piis gratam fore. Ulteriora de his quæ nuper iam expta descripta habebo. De Marchionis Alberti itinere audies narrationem tui ministri. Bene & feliciter vale 18. Junij. Philippus.

LIII.

Jo. Aurif. voc. Nurnberg.

S. D. Reverende vir & cariss. frater, scio te cogitare & iudicia & voluntates eorum, quibus nunc nostri favis, & optimi morum pectus tibi notum & in conspectum est, ideo scribo breviter. Senatus Norimbergensis cupit tibi inspectionem suarum Ecclesiarum commendare, quare vides amanter & honorifice de te sentire Joachimum, qui tui mentionem fecit. Nunc quid velis facere, deliberabis, & volo tibi hanc deliberationem liberrimam esse. Quanquam autem nunc bella sunt in hac parte Germaniæ, quæ vicinæ Noribergæ, & ipsa Noriberga in periculo est, sicut nos

nos quoque: tamen spero Deum has Ecclesias servaturum esse, et te oro, ut sanatum aut Joachimo respondeas. Bene et feliciter vale. Die natali Mariae Virginis matris, quam scribit Nicephorus vixisse annos novem et quinquaginta. Philippus.

Aetas Mariae.

Mitto tibi Mathesii concionem, et te oro, ut rescribas nobis.

LIIII

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Heri adfuit tuus frater ex Sarmatia reversus, ac properat, ut ipse inquit, in Prussiam. Literas a Brentio mihi attulit, in quibus longa querela est de iis, qui suam διαλλαγὴν αὐτοῦ reprehendunt. Hortatur me, ut compescam clamores amicorum. Etsi non possum id facere, tamen sum propemodum ἔξω ὅρος ἐκ σφαιρίας. Rectius tranquillitati tuae consules, si non te sines pertrahi in πολιτείαν. ἔξω φυγεῖν, cum Alcibiades dixit, inquit, ut scis, Atticus tuus. Mitto vobis pagellas proximae disputationis. De Andrea Weslingo nobiscum et habeo et debeo gratiam. Nunc ingreditur iter ad ostium Deo volente. Bene et feliciter vale.

Alcibiad.

Die 8 Maii Philippus

LV

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Hanc epistolam

epistolam cum scriberem in ipso natali Lutheri, recor-
dabar eas Tragoedias magno cum dolore, quae post-
quam ille nobis ereptus est, secutae sunt. Et nondum in-
de in exitu spes est. Servabit tamen Filius Dei suos ali-
quos coetus, et in his Halcyonibus inter saevissimos flu-
ctus dabit nidulos aliquos. Te vero obsecro, ut mihi
saepe scribas. Nunc autem tibi commendo hunc Mar-
tinum Gandavensem, cuius pater fuit familiaris Lu-
theri, vir doctus et integer est, et Academiae vestrae
et ornamento esse poterit. Arnoldo et Henrico salutem
dices meis ~~nomine~~ verbis. Scribam plura, ubi et vo-
stras literas accepero. De obsidione parthenopes
praeter initia nihil habemus. Fatales poenas Fi-
quas ut Filius Dei mitiget, toto pectore oro.
Bene et feliciter vale. Die Novembris 10: 1550.

Ph. Mel.

Belegerung Magdeb.

LVI

S. D. Reverende et venerabilis frater. Etsi et fa-
talibus causis, et propter multos hominum fu-
rores ruunt imperia, tamen Filius Dei et Ecclesia
aliquam doctrinam in hospitia servabunt,
quem oro, ut et vos istic, et nos clementer tu-
eatur et gubernet. Hactenus mediocriter hic viven-

rum

Ruina Imp.

rum studia fratrum, & pauli Eberi non recusat grati-
ficari suo honestiss: Hermanno ~~Johanni~~ à Dorn. Sed utrique
nostrum visum est, ad fidem tuam pertinere, ut
mitigemus nobis tuas solicitudines. Nondum hic negari
contagia pestilentiae recepimus, sed in post solstitium
cum sint contrarij positus Saturni & Martis, pestilen-
tiam metuimus, quia extra in terra similia cum madoribus ca-
sunt, ut ex carmine intelliges, quod publice de hoc
periculo proposuimus. Nec enim procul abest solstitium.
Suadeoque igitur, ut differatur consilium de mittendo
hoc adolescente in hoc oppidum, donec videbimus,
quae sit aestatis fortuna. Non scribo de motu bellorum,
nam de apparatibus plura istic te audire arbitror. Sed
haec quoque θεοῦ ἐν γούνασι κεῖται. Et nos
quo Deus, & quo dura vocat fortuna sequimur.
Dissensionem in Ecclesia Lubecana sedatam
esse gaudeoque, ~~Metropolim~~ filij Dei & coelestis
nostris cum ...bus. De inspectore qui praesit Ec-
clesiae Lubecensi scribunt ad me alij, tibi ut
hortator sim, ut tibi id onus imponi sinas. Sed
opinor te malle in Academia vivere, in quam
assuetus es. vellem autem te senatui & ~~alijs~~
praeceptoribus

Fides
in consi-
lijs

F

pastoribus commendare Georgium Maiorem, qui etsi antea praetulit Academiam talibus functionibus, tamen nunc minus à migratione abhorret. David ante adventum tui tabellarij iter ingressus est, et literas ad vos meas adfert. Bene et foeliciter vale. Die 25 Martij. Quo filius Dei ante annos 1517 victima pro nobis factus est. 1551

Philippus Mela:

Salutem opto collegis tuis viris reverendis D. Briccio, D. Valentino, Vincentio et caeteris. Salutem vobis omnibus optant D. Georgius Maior. D. Milichius, D. Vitus Winshemius. Iterum vale.

LVII

Xulp.

S. D. Reverende vir et amice carissime. Spero Davidis ingenium utiliter serviturum Ecclesiae Dei, et ut ipsum, et nos regat Filius Dei, toto pectore opto. Cum nunc amor imperiorum et dilacerationes et ruinae, tamen nos in Ecclesia Dei et coniunctionem in vera doctrina et animorum coniunctionem tueamur, et amicitias non solum ut homines philosophi, virtute colamus, sed et referamus eas ad communem Ecclesiae sociationem. Expecto à te literas de Lubecensi controversia, et de hyperboreis disputationibus, de quibus et coram vobis non loqui cogito. Non enim volo ιδιοβουλεῖν

verum, ne plus fiat distractio nostrum, teque valde oro, ut quam primum ad me scribas. Salutem opto D. Brictio, et tuo Conterraneo Vincentio, et bonis ac doctis viris omnibus in Ecclesia Lubecensi. Scire te arbitror Lubecam significare στέφανον seu cumulum coronae. Oro Deum ut vere sit Ecclesia Lubecensis multarum Ecclesiarum corona. Vale. 1551.

Philipp. Melanth.

LVIII.

S.D. Reverende Vir et charissime frater. Etsi iam adventum tuum expectabam, tamen quia dubitabam, literas D. Antonio dedi, testes meae coniunctionis, quam etiam propter Ecclesias perpetuam esse volo. Itaque autem de adventu tuo scribo, quia non iussus sum scribere repetitionem confessionis, si fortassis Imperator in Synodo eam flagitaturus esset, ut iam flagitaturum se esse ostendit, nollem multisonantem omnium Ecclesiarum in his regionibus vocem. Itaque unum scriptum a nobis et aliis ~~omnib.~~ oportet. Etiamsi autem haec mea debent esse iis qui praesunt, tamen mihi non dubium est, ipsos ἀρχιερεῖς Ῥωμαίους omnibus modis impedituros esse Synodum. Rex Gallicus iam edictum proposuit, ne Episcopi Gallici ad Synodum accedant, ne nummos, ne dispensationes apud suos moneant

to

Antonius Freudeman.

de ijs controversijs, quas agitari in Synodo oportebit.
ὁ ἀρχιερεὺς ῥωμαῖος alia machina grandiore
Synodum impedit. Magnum bellum in Italia movet
de Parmae receptatione, quam Gallus adiungere si
bi conatur, ut arcem Mediolano vicinam habeat. De
talibus rebus dimicant Reges et pontifices, Ecclesia
autem spreta, sicut David inquit, Veritas autem pro
strata in terram. Nos igitur et maiorem nostra dece
latem et nostram coniunctionem tueamur. Res
Ungaricas arbitror ad te perscribi ex patria tua.
Rex Ferdinandus misit copiolas ad Monachum,
Bellum igitur Hungarici metuunt. περὶ αὐτοκρά-
τορος non libet vulgi fabulas scribere. Ζώει
ὅ γ' ἔτι ... ἀνέμωλια βάζειν.
Nisi iter ad filium es, literas mittito. Bene et fe
liciter vale. Die Johan: Baptistae. 1551 Philipp. Melanth.

LIX. S. D. Reverende Vir et amiss. frater. Subito scri
bendum fuit huic Bartholomaeo Tengero[?] ...
tensi, qui fuit pastor in Ecclesia subiurbij Parthe
nopes. Exulat, ut multi. Te propter exilium Filij
"in terris Dei" oro, ut huic Bartholomaeo initio hinc alicubi
quaeras sede de liberata cum amicis. Habet honen
stum

stam coniugem, & filium natum annos decem. obse-
cro te ne deseris misero. Tantum tristium spectacu-
lorum videmus & audimus, ut nihil malim quam
ex hac vita discedere. In Lituania homines
laqueo vitam finiunt sibi & natis, ne fame pereant.
Et fit apud nos annona angustior. Bene vale, &
salutem dicito Arnoldo & Danieli, quorum iubeto mi-
hi ~~Explica~~ suarum propositionum mittere. Die
penult: Augusti. Phil. Mel:

S. D. In Andreae nostro ceterae sunt virtutes, de quibus LX.
loquitur vetus dictum: ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλ-
λήβδην πᾶσ᾽ ἀρετή ἐστι, Tum vero eximius
est candor & prudens animus. Quare consilium
vestrum probo, quod eum accersitis. Tales enim
magis idonei sunt ad tuendam coniunctionem.
Oro autem Filium Dei, ut Ecclesiam vestram univer-
salem gubernet & tueatur. Post tuum iter ego
quoque abfui in aula, qui de liberatione de recessu Aca- LX
demiae, ideo non sunt absoluta pagella tibi tra-
denda, his diebus absolventur. De Repub. haec recens
allata sunt. Adhuc sunt in urbe Passau Rex Ferdi-
nandus, Dux Johannes Fridericus & Dux Mauritius.
Et expectatur Hessus ex Belgico carcere eo venturus.
Spes igitur pacis ostenditur. Mitto tibi literas heri exhi-
bitas.

à Vratislaviense nuncio. Rerum et ex Pannonia quae ad nos veniunt, qui narrant Turcicum Tyrannum exercitus in Asiam mittere contra Persas, et in Pannonia spem pacis esse. Oremus Filium Dei, ut servet Ecclesias ubiq[ue], et poenas mitiget. Bene et feliciter vale.

23 Junij. Philipp. Melanth.

LXI.

Exilia Eccle. usitata.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Usitata sunt Ecclesiae exilia, et ut de primo exilio cogitemus, in quo coelestem patriam omisimus primi parentes, et ut commonefaciant nos de Filio Dei, qui nostra causa factus est exul, ut nos in patriam coelestem reduceret. Haec tibi nota ex tota Ecclesiae historia. Vult autem Deus nos pijs praesertim benefacere, qui propterea ex suis nidulis pulsi sunt, quia à nostris filiis(?) ubiq[ue], cum opinionibus malis abhorruerunt. Hunc virum(?) Andream Westingium doctum et honestum senem sacrificuli in Groningen, suam et Doctae(?) Mariae(?) retinentes, cum ostenderet, se verae doctrinae studiosum esse, pepulerunt. Postea ut fontes doctrinae propius agnosceret, linguam Ebraeam didicit, ac deinde in Academia magna(?) et Regiomontana multos recte docuit. Discessit autem ex Prussia propter atrocia dissidia ibi orta, et nunc solitudo nostra Academiae causa est cur alibi

bi hospitium gratiae. Etsi autem apud nos Vir cla-
rissimus Draconites sermonem propheticum in Ebrae-
um interpretatur, tamen non arbitror, eum
~~...~~ Grammatice aut docere, aut repetere. Cum
igitur Grammatico lectore eius linguae nobis opus
sit, quaeso ut hortator sis in aula, ut huic Gram-
maticae lectio eius linguae commendetur. Homo stu-
dis est et candidus et pacis amans. Totam hanc
rem prudentiae et fidei tuae commendo. Scripsi de
eo ad Illustriss. principem. Si spes non erit con-
stituendae praelectionis, mirabis ut in Ecclesia
aliqua docendi locum habeat. Liber Ecclesiasti-
norum nunc reciditur, in quo etsi de sententia
nihil mutatum est, tamen quadam veritate explic-
atius conatus sum, ut videbis. Mitto et tibi et
Davidi quae signes in hac pagella, in forma huius Epistolae,
Aliquibus cogitare nos velim, et mihi rescribere.
Utinam saepe colloqui plures pii et veritatem quaerentes
possemus. At praecipit talia colloquia Deus, quae non
exulceratis animis, sed veritatis amore institu-
untur, ut scriptum est in Syracide: μετὰ σοφῶν
συμβουλεύου, καὶ μετὰ συνετῶν ἔστω ὁ δια-
λογισμός σου, καὶ πᾶσα διήγησίς σου ἐν
νόμῳ

Explicationes qui magis perspicuae in Scriptis posterioribus

Colloquia piorum de reb.
in vita Christianis.

Vide] in fine voluminis

νόμῳ ὑψίσου. Bene vale. Et rescribe. Salutem nobis omnibus opto. Die X. Septemb.

Philippus.

LXII.

S. D. Reverende vir, et cariss. frater: Vidi conciliationem Prussiacam et edicta principis, quae frater tuus Andreas nobis exhibuit, miratusque sum audaciam eorum, qui sunt architecti, et doleo. Nam et conciliatio fax erit novorum certaminum et edicta parient exilia et tumultus. Sed oremus Filium Dei, ut nos doceat et gubernet. Dux Wirtebergensis misit mihi recentem Brentij declarationem, cuius exempla vobis mittam. Antea enim nondum descripta erat. Cupio autem ut de Andrea Weslingo nobis respondeatis. Non vult se anteferri Illyrico. Sed cum ille non migret ad vos, et malit alia agere, quam in scholis tradere Grammaticam, Weslingus hunc spretum ab alijs laborem libenter susciperet. Scis virum honestum, eruditum et concordiae publicae amantem esse, quare te oro, ut significari nobis Illustriss. principis voluntatem cures. Bene vale. Die 12 Martij.

Philippus.

Conciliatio Osiandrica.

B2.

LXIII.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Hanc epistolam scripsi 25. Novembris, et congruere me-

sem

sem כסלו ad Novembrem eo retulit, quia כסיל est Orion, in appellatione significari τὴν δύσιν ὠρίωνος existimem. Tertium autem die 25. mensis כסלו i. ἀγριωνείου Encaenia quae utinam nos quoque liceret celebrare pacatiores. Sed scias hoc ipso tempore omnes pastores nostrae doctrinae Lusatiae in Boemiae oppidum Pilsen vocatos esse, etsi non ituros esse arbitror. Sed hoc agit noster vetus amicus Staphylus, ut pellantur omnes, qui non sunt uncti ab Episcopis, quibus titulum tribuit Romanus Episcopus. De eventu scribam alias. Nunc tibi commendo hunc Thomam Schelium natum in Silesia, qui diu in urbe Luneburga docuit in schola. Poterit tibi et in templo aliquo et in schola usui esse, si tantum tuis consiliis obtemperaret. Bene et feliciter vale. die 25. Novembris 1554

Philippus.

Sal.

LXIIII

S. D. Reverende Vir et eruditiss. frater, da veniam brevitati meae, quia existimare potes, nobis hoc tempore post pugnam Saxonicam accessisse aliquid occupationum, necessariae et impeditae, quod minus multa scribam. Tantum igitur de Garcaeo nunc dico. Is vocatur ad Ecclesiam Neobrandeburgensem, ubi Alberto fuerunt promissi

aurei

ducenti, ac deni decem numeratis erat [illegible],
stipendium praedecessoris de reditu principis ex quodam monasterio. Nunc audio, cum illa accessione ex monasterio Illustriss: princeps successori Alberi sit daturus. Libenter sermonem facit cuius Ecclesijs vestris, et propter principem et propter Academiam, sed orandus est, ut integrum stipendium, id est aureorum ducenti ei numeretur. Scis enim esse virum honestum, eruditum et eloquentem, et habere familiam mediocrem, ac filios, qui [illegible] optimas artes. Deinde non solum [illegible] ra, sed et propter Ecclesiam illam pugnandum est, ne accessio illa [illegible] detrahatur. Totam causam tuae prudentiae et fidei commendo. Bene vale. Die 16. Julij.

Salutem d. doctori Bertingo, Davidi, et vobis omnibus opto. +

Philippus.

LXV. S. D. Reverende vir et carissime frater. Primum te oro, ut editionis moram boni consulas, quae tamen non longa fuit. Existimo enim adfuturum apud vos typographum, qui libros adfert, statim post initia inspectionis Ecclesiarum. Deinde a te et a Davide ac alijs amicis magnopere peto, ut libro relecto mihi significetis iudicium vestrum. Nam in amicitia nullum officium magis necessarium est, quam haec commonefactione, praesertim in explicatione doctrinae de Deo,

Mutua commonefactio inter amicos.

et scis

& scris, me non libenter ἰδιοβουλεύειν. Scripsi nos velle, ut una & eadem κατήχησις omnes scholae utantur, nullam nominavi, quia etsi multae extant, tamen [illegible] formam in scholis aliam requiro. Academia Marpurgensis ante biennium ad me scripsit, ut formam componerem. Sed impediunt me non tantum occupationes sed etiam huius temporis calamitosa iudicia. Te & Davidem cogitare de forma velim, in qua primum certi fontes quae proponantur proprijs & illustribus verbis recitati. Nec ego recuso partem laboris suscipere. Scripsi etiam uno & eodem libro Grammatico utendum esse, credo meam formam puerilitati utilem esse, sed Syntaxis minimum auctae est, qua de re velim vos cum Arnoldo Burenio deliberare. Tuas literas & de his deliberationibus & de alijs rebus flagito & expecto. Imperatorem Carolum audio non flecti posse ad pacem, quamquam frater ad eum accessit, qui serio dat operam, ut his tumultibus sedatis, Turci pellantur ex pannonia. Nunc Francofordia ad moenum in obsidione inclusa est, Oremus Filium Dei, ut pacem restituat. Bene vale. 20 Julij

Philippus.

Catechesis. q.

LXVI.

S. D. Etsi literas iam à te expectabam & de tuis rebus, & de voluntate erga nos tua, tamen huic auditori tuo hanc dedi Epistolam, ut te meo exemplo ad scribendum invitarem. Cum tot annos familiaritas tibi mecum fuerit, & me in deliberationibus, publicis & privatis sermonib.

moribus toties audiveris de rebus non parvis loquentem, spero te pectus meum introspexisse, et sensum animi mei erga amicos et erga Rempublicam cognovisse.

Te certe et propter tuam virtutem dilexi, et propter publicam utilitatem, quare te oro, ne animum tuum a nobis alienari sinas. Falsissimis calumnijs oppugnarunt, ut ostendam, sed scio haec mala in vita hominum usitata esse. Oro autem Deum, ut Ecclesiam suam servet et docentium animos aeterno foedere copulet, ac faciat, ut in ipso unum simus. De Republica nihil novi habebamus. Nam et conventus Augustani deliberationes tantum inchoatae sunt. Ecclesiasticus satis mirabiliter institutus. Deo te commendo mittorem. Heri audivimus patrem Granuellum certo mortuum esse Augustae, quod narrabis D. Arnoldo Burenio. Filij consilia post hac erunt tecta. Bene vale, et rescribe.* 4 Septembris.

Philippus Mel.

Calumniae in vita bonorum usitatissimae.

+ LXVII

S.D. Reverende vir et carissime frater. Item mittuntur literae ducum Saxonicae ad Illustrissimum Ducem Prussiae de beneficio, quod Erasmo Reinholdo propter doctrinae Mathematicum propagationem clementer promisit. Scio te et tuae genij amare, et libenter benefacere omni veteris orphanis. Quare te oro, ut opportunitatis, ut aliquid impetretur. Obsecro te ut sinas ut mea amicitiae etiam hac in re aliquid tribuisse te

* D. Arnoldo et Henrico et Ceteris amicis salutem dicito. D. Staphylo literas mitto, cum iussit eum ministris suis, si nobis epistolas ad eum scriptas mittas. *.

te intelligam. Non enim existimo extinctam esse benevolentiam erga me tuam. Ego certe semper ἀνυποκρίτως te dilexi, et adhuc diligo. Bene & feliciter vale. Die 13 Novembris. 1555. Phil. Melanth.

LXVIII

S. D. Reverende vir, & cariss. frater, Retineamus illud Sophocleum: ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν. Spero inter nos amicitiam aeternam fore, quia etiam in Ecclesia coelesti fuimus. Mitto tibi ὑπομνήματα de Epistola Pauli scripta ad Romanos, quam leges ut censor, & mihi iudicium tuum significabis. Ἐν τῇ λιψικῇ ἀκαδημίᾳ ἐλπίζω σοι τάχυ ἐν διδασκάλοις δώσειν τοὺς ἄρχοντας. Et Dei beneficio mediocris est harum regionum tranquillitas, quam Deus tueatur. Bene vale. Et rescribe. Nonis Maij. 1556. Philippus.

LXVIIII

Studium amicitiae & gratulationis

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Multa sunt signa ex quibus prudentes iudicare possunt, quae sit vera benevolentia, et fucosa. Quare existimo te cum tu collega esses animadvertisse, te à me sine fuco diligi. Nec postea meam de te iudicium nec voluntatem mutatam. Dilexi semper etiam absentem et spero nobis in tota aeternitate dulciorem fore consuetudinem propter haec amicitiae initia in optimis doctrinis nata. Audivi & frater tuus Doctor Andreas honorificos de te sermones nostros. Quare nec suspiceris te de nobis

Sermo

Serius uelim, nec ullis fabellis alia narrantibus, cre-
dere. Nec hoc biennio quicquam hic de te parum hono-
rifice locutus est. De uestris rebus colloquemur
Wormatiae, quo te quoque uenire optarim. Si in his
Academijs iuuenem adoles[centem] non decentem tibi ...
et Joachimi Camerarij officina. Bene et feliciter vale
frater carissime. Die 23 Julij 1557 Philippus.

LXX. S.D. Reuerende uir et cariss. frater Etsi libenter
ad te copiose scriberem, de colloquio quod in urbe Van-
gionum inchoatum est, et de alijs multis rebus,
iuuat enim terram quasi colloqui, tamen nunc
occupatus prolixius scribere non potui. Edo enim respon-
sionem ad Staphyli uirulentas ~~calumnias~~ crimi-
nationes, qui edidit Antilogias nostras, non expone[n]s
suam doctrinam, tantum concitatur nobis omnib[us].

Cal. Sed oro Deum, ut Ecclesias nostras gubernet ac pro-
tegat. Initia colloquij non erant iniucunda. Dixi[mus] ...
bamus enim de norma iudicij. Aduersarij consentiebant
tenere normam perpetuum consensum. Sic nomi-
nant suam consuetudinem, Nos affirmabamus
normam esse scripta Prophetica et Apostolica et
symbola. Hunc adolescentem Johannem Stack-
husium Damentiensem, qui antea quoque in Aca-
demia uestra fuit quaeso ut Illustriss. principi
commendes.

commendes, ac ores, ut locum ei inter stipendia-
rios attribuat. Patrem habuit hic Johannes fidum
& honestum, qui antiquum studia literarum adiuvit in
Schola Daventria. Talium filijs ubi possumus opem
feramus. Parens autem fuit scriba ... Augu-
stani Episcopi, nuper in itinere non procul ab Au-
gusta interfectus est ab Ebrio milite. Bene vale,
& rescribe. Die 14 Martij. 1558. Philippus.

LXXI.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Formam
Baptismi quam mihi misisti, iudico piam esse, teque ad-
hortor, ut contra calumnias te conscientia recti iudicij
& rectae voluntatis sustentes. Feramus sapienter huius
furiosae aetatis κακοήθειαν. In urbibus aliquot Rhetiae
is & Rhenanis praefationes veteres, quae ante bap-
tismum legebantur ante annos tercentum & viginti
sunt abolitae, et tum interrogatus an esset restitu-
endae. Respondi, non esse restituendas. Item in hac
causa sentio. Ante triduum de te mecum locutus est
Mordisius, consiliarius Ducis Saxoniae, is optat, te
posse Lipsiam attrahi. Non igitur deerit tibi hone-
stus locus, si ex Bonnensis migrandum esse statues,
Et adhuc quidem Dei beneficio in hac regione
mediocris Ecclesiarum status est. Nec tranquillitas
nostra ... rabie, qui condemnationes συκοφαν-
τικὰς edideruntt, qui ipsi suas Ecclesias turbant.

Remedia contra calumn.

Exorcismus.

Consolationes Melchoneae.

Carcer Victorinj

Tenentur captivi summi pastores Ienenses, et Victo-
rinus, quos scis esse viros modestissimos, nec aliud
crimen obijcitur, nisi quod dissentiunt in illis condem-
nationibus. Spero Deum nos protecturum et contra
hos et alios hostes. Oppugnatur enim ecclesia mul-
tiplicibus hostium odijs. Sed tamen filius Dei

Consolatio

servat agmen, quod recte eum invocat et fideliter
facit officium sine odijs et sine sycophantia. Osten-
dit autem ipsa actionum crudelitas in adversarijs,
quid agant. Mitto vobis partem responsionis

Ita est profecto.

de Bavaricis articulis, ubi vides, me de illa sublimitate
humana superiore quaestiones, quarum nulla est usus
in docendo et in consolationibus. Et mitto tibi has

Dissp. et ad. voluntat. hu.

pagellas, ut censori, teque propter amicitiam nostram
oro, ut mihi pro tuo candore scribas quid placeat,
quid non placeat. Non est mirum in tanta confusione
opinionum me cum evolverem eas antea [illegible]
studerem, alicubi non satis explicate alicubi dixisse. Cum
etiam ἔξω χαλεπὰς ἔξω τῆς εὐθείας ὁδοῦ. Sed oro
Filium Dei, ut nos doceat et gubernet. Tuas literas
et expecto et flagito. Bene vale. Cal. Maij 1559.
Alterum extat responsionis exemplar Illustriss.
principi. Philipp. Melanthon.

LXXII.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Quantum sit periculi [illegible]

Periculum edendarum Confessionum
ac subscribendarum.

num aut confessiones edere, ἢ ἐστι ψηφίζειν ἀφιλοχρήματα. etiam nostri principes experiuntur, qui Francofordiae ad neminem pia consultatione testimonium de suo consensu scripserunt. Et lacerat venenatissimis calumniis Βλάχιος. Cogitabis igitur de nostro proximo Si ipsi λαοχίου ἐξήγησιν ἐστι ψηφίσεως, eaque de re valde solicitus sum. Vides quanta rabies sit sycophantarum, inter quos eum qui indoctissimus est ita est et audacissimus et venenatissimus. Nec Synodi his malis mederi poterunt. Petamus ergo auxilium a Filio Dei. Mitto editas pagellas contra Staphylum, qui post hanc editionem alias sycophantias edidit. Ecclesiae in mea patria Dei beneficio sunt tranquilliores. Bene vale et rescribe. Die 9 Maij. 1558.

Philippus.

frank furtisch abschied. et Flac. 3.

Theologi hoc tempore.

LXXIII.

S.D. Reverende Vir et carissime frater. Subito hanc epistolam Lipsiae scripsi, cum hic honestus et doctus Vir Anglicus, qui in Anglia fuit Episcopus Bathoniensis et Wellensis, Guilhelmus Barlowe narraret se velle in Prussia hospitium quaerere, quam in Polonia, quia non ignarus sit linguae Germanicae. Atque arbitror eo maiore misericordia talium exulum, quia scis iniustam et inhumanam saevitiam in Anglia exerceri. Poterit vobis esse hic Guilhelmus in aliqua parte

Saevitia Anglicana

parte gubernationis ecclesiarum nostri, et ad [illegible] suas sententias ad nos, quia maxime amat et optat nostrarum Ecclesiarum concordiam. Bene et feliciter vale. 25. Maij Anno 1558. Philippus.

LXXIIII

S. D. Reverende vir et amiss. frater. In Argonautico carmine describuntur immanitates τῶν μοσυνοίκων, quos esse Moscovitas consentaneum est, et in psalmo queritur Ecclesia se esse in Mesech. Nec incredibile est Davidi Mosynoecos notos fuisse, cum hunc sedes tenerent, quae postea a Galatis et Cappadocibus occupatae sunt. Existimo autem propter Mosynoecos etiam Borussiam nimis [illegible] esse, ideo saepe de te loquimur, καὶ εὐχόμεθα σε ἐλθεῖν τὸ ἀκαδημίας ἡμετέρας, καὶ πάντες εὐσεβεῖς τε καὶ διδάσκαλοι ασμένως σε ἀποδέξονται. Mittit istuc Filius Erasmi Reinholdi mathematici huius [illegible] Salfeldensium, et petit pecuniam. Existimo iam impediri talia beneficia [illegible] belli: igitur ea de re scribo ad illum, sed tibi fortuna vestra notior est quam mihi. Bene vale. Calend. Septemb: 1558. Mitto tibi orationem de pastore nostro. Philippus Melanth. ~~pastore~~

Moscovitae

LXXV.

S. D. Reverende vir et amiss. frater. Iudices in
consistorio Ecclesiae nostrae sunt viri honesti et eruditi,
Doctor Sneidewein, Doctor Georgius Cracovius,
et Doctor Georgius Maior. Interdum et me et
alios adhibent. Ac dicuntur sententiae non futiles.
Habeo autem eandem et aequissimam censeo, ut +
~~hanc~~ sententiam Consistorij, quam mitto, appro-
bem: quia mulier morbo impeditur, consen-
tio respondendum esse, ut nubat: sed ipsa tamen reps
maneat innupta. Petitori autem concedatur, ut
aliam pie ducat: quia haec sponsalia irrita
sunt. Ascriberem meae sententiae causas, nisi scirem
autores ἐκ φιλονεικίας magis quam
studio veritatis ~~et~~ non satis nostris sententijs nec
consenso inter doctos et pios exponere causas.
Cum has tuas literas acceperis, quaeso ut acce-
pisse te significes, et de iudicijs vestrorum scribas,
an accesserint huic sententiae. Dei beneficio in hac
vicinia pius et Academiarum et Ecclesiarum con-
sensus est, et omnium eruditorum et piorum erga te
benevolentia est non fucata. Speramus Filium Dei
nos protecturum esse contra βλασφήμους τυραν-
νίδα et contra alios hostes. Heidelbergae publica-
tisrou,

Dissidia au-
licorum et scho-
lasticorum

Τυραννίς
βλασφημῶν.

Contentio [illegible] de C. D.

discordias sunt de Coena Domini, quas fortassis mortuum principes, ut Synodum teneant convocant, in qua utinam sit praeses Filius Dei. Nondum scio, quid aula Palatina de illa dissensione decreverit, sed quicquid cognovero tibi significabo. Bene et feliciter vale. Die 10. octob. quo ante biennium mea coniux ex his miseriis ad coelestem Ecclesiam evocata est. Postea vixi, lugens Halcyonum more, non tantum propter domesticam calamitatem, sed etiam propter Ecclesiae vulnera. Spero sic tuam modestiam tibi probari, et ut sit utrique dulcis concordia opto. 1559. Philippus.

LXXVI. S. D. Reverende vir et cariss. frater. Spero [illegible] polam ... bona fide exhibuisse tibi literas meas, quib. [illegible] consistorii de controversia [illegible] in [illegible]. Nunc tibi commendo Davidem Voit qui istuc profiscitur meo consilio, quia locum docendi apud nos petere, quia Illustriss. princeps mitti tuos petivit. Hic David honestiss. senis filius est, qui docuit Evangelium in his Regionibus annos 40. et carus fuit duobus Saxoniae Ducibus Electoribus Johanni et Johanni Friderico. Ipse David fideliter docuit, sed propter Victorini amicitiam discedere ius-

D. Voigt.

sus

sus est, oro ut etiam ad iuniores et omnes, et praestes officia omnia quae mihi in exilio praestares, pro tua excellenti virtute, et tua amicitia, τί ἐυγάσμην ἀπλέγειν δεινότερον. Dei beneficio ad huc consensus est in omnibus Ecclesijs nostris multorum sanctorum, etiamsi qui θορυβοποιοὶ controversias movent, quas nec ipsi ex [illegible] . Et gemunt boni, cum vident talibus rixis Ecclesiam turbari, sed non dubito Deum nobis adfuturum esse. Bene vale 24. octob. 1559. Philip. Mel.

Accurata commendatio.

Ita mae fit.

LXXVII.

S. D. Reverende Vir et carissime frater. Vitam tuam diuturnam sit et perpetua Pomerania tranquillitas, ut hospitium honestis et pijs exulib. praebere possis. Existimo multos ad nos ex Livonia fugere propter immanem Barbariem, multos scio et ex hac vicina Germania etiam ad nos accedere ut procul a Theologorum rixis absint. Hic honestus et doctus vir Albanus Gryphenberg natus in Pomerania ante aliquot annos docuit in schola Livonica, deinde in templo. Postea cum aliquamdiu in nostra Academia fuisset, commendavimus ei Ecclesiam Wiu[illegible] , ex qua propter violentiam [illegible] discessit. Hic se dicendi laborem in concionibus in Spacio sis templis

Laurence Theolog.

templis non posse sustinere, & maluit in Academia
lector esse in Lingua Latina, aut Graeca, aut E-
braea, in Dialecticis, aut Rhetoricis, aut in sphaeri-
cis Elementis. Et graves censuras habet, ut apud
nos malit vivere, quam alibi. Vir modestiss. est,
ut statim omnes animadvertes, & "fugiens rixarum. "maximè
Quia vero tam multas Illustriss. Principi com-
mendo, non dedi iam literas ad Illustriss. principem,
sed te oro, ut pro tua erga honestos & pios benefi-
centia & vero pro tuo erga me amore hunc Al-
banum complectaris. Quantum possumus bonis vi-
ris & honestis opitulemur, cum passim homines tru-
lenti, indocti, seditiosi occupent & templa & scho-
las, nec locum nobis relinquant, qui monstrosas
opiniones non audacter propugnamus. Oro autem

Sic parle. maxia

Filium Dei, ut nos gubernet, & nostrae Ecclesiae reli-
quias, & nos in ea servet. Quaeso ut huic Albano
Viro modestissimo non desis. Bene & feliciter Vale.
Die 26. octob. Anno 1559. Philipp. Mel:

LXXVIII

Steph. Cir-
berg.

S. D. Reverende Vir & amiss. frater. Jam apud
nos est Secretarius Electoris palatini, qui narrat
discordiam Heidelbergensem in utroque sic sedatam
esse. Cum princeps de controversia nota, & Hes-

husio

husio, et eius adversario silentium mandasset, discessit alter ad Elvetios. Est adhuc Heidelbergae Heshusius, qui si triumphis agendis irritabat alequos, nomen suum multis erunt. multi sus picantur τοῦ βλαξ collegam fore. precemur Filium Dei, ut Ecclesiae vulneribus medeatur. Ponit Heshusius in sua confessione propositionem similem Bremensi, τὸν ἄρτον εἶναι ὄντως σῶμα, & dicit antiquitatem aliter locutam esse. Sed haec alias. Nunc te oro, ut Virum Nobilem Melchiorem Fasolt amanter excipias, et ei hospitalia officia praestes; quia et natura modestus est, et veneratur in Ecclesia pios, eruditos et modestos Doctores et abhorret a turbulentis Sycophantis. De nostris rebus, et de tota Academia narrare poterit ἀξιολόγως, quae scire voles. Bene et feliciter vale. Die 1 Novemb. qui est יכלר [?] : ἑορτὴ ἁγίων (?) 1559

Philippus.

Cux non
nopse boni.
q.r.a.

Propositio
Heshusiana
et
C D.

Reverende Vir et carissime frater. Feramus eo placidius difficultates nostras, quia in aliis regionibus pii multo tristiora ferunt. Gallicam Saeviciam non ignoratis. In Hispania recens decem Satellites Regii propter piam confessionem cremati sunt. Et quidam ex inquisitoribus agnita Veritate conversi.

LXXIX.

conversi, mox suppliciis affecti sunt. Precemur filium Dei, ut reliquias Ecclesiae inter nos & gubernet & protegat. Nunc adest Daniel Voit, & de omnis disputatione sive de liberum[illegible]. Mitto pugellos tuo gravi pectori. Plura scriberem nunc pro[illegible] ad vos David, quem existimo iam tibi mittere τὰς γυμνὰς νομοθεσίας ~~tuae Ecclesiae~~. Salutem Sickio & vobis omnibus opto. Bene vale Cariss frater. Die 8 Martij Anno 1560.

Philippus Melanthon.

LXXX.

Clarissimo Viro, eruditione & virtute praestanti d. Petro Vincentio, gubernatori scholae literariae in inclyta urbe Lubeca Corona Saxoniae, fratri suo cariss.

gentis

Nunc ed.

S. D. Carissime frater, Et Ecclesiae & rei literariae causa gaudeo tibi commendatam esse gubernationem scholae publicae in urbe vestra, & filium Dei custodem agminis illius tuj oro, ut tuos labores adiuvet, cum de illo agmine dixerit: Talium est regnum caelorum. Tibi ac gratulor in tali urbe vivendum, praesertim cum novi motus impende.

pendeant. Mittuntur passim edicta atrociter scripta ut
sphyngi Augustanae quam nominant Interim obediatur, Et
haec mandata eduntur, cum putetur in proximo conventu
decretum ne illa corruptela imponatur civitatibus, et res ad
synodum reiecta sit. Simul etiam gallica et Turcica bella
mota esse certum est: magna igitur confusione rerum im
pendere videtur, sed nos speremus filium Dei servaturum
esse Ecclesiam suam. Orator Hyperboreus paulatim
magis se aperit, ut iudicari eius περιστάσεις melius
possint. Quaeso ut rescribas. Composuimus scriptum
ad Synodum, si qua erit, quod spero te quoque probaturum esse.
Multi boni et docti viri in vicinis Ecclesiis legerunt, qui
comprobant. Bene Vale. 1550.

Philippus Melanthon.

Clariss. Viro, Eruditione et virtute praestanti
D. Petro Vincentio in inclyta Lubeca
docenti et doctrinam Ecclesiae et optimas
literas, fratri s. cariss. LXXXI.

S. D. Carissime Petre. Arbitror te audivisse ali-
quando me dicentem, Existimare me singulari
Dei consilio instauratas esse Ecclesias in aristocraticis
urbibus

urbibus, ut hospitia essent literarum & Ecclesiae ad poste-
ros, quia in praecipuis regionibus magnae vastitates futurae
sint. Nec volo nunc causas recitare. Ideo semper optavi
bene constitui scholas in urbibus, & cum tuae virtutis causa
tum propter Ecclesiam gaudeo, te iam in illa nostra Corona
(Cid. n. significare liberum a Domino didici) & literarum
& doctrinae coelestis semina spargere, ac Deum aeternum
patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut tuos labores adiuvet
& provehat. Quod ad me scripsisti gratum mihi fuit,
teque valde oro, ut & amicitiam meam tuearis & ut saepe
ad me scribas. Pro tuo carmine mitto iconem Stigelij
& orationem de Crucigero, cuius virtus & luculenta [illegible]
rem praedicanda est & a bonis propter honorem virtuti
debitum celebranda, ut sapienter a Pindaro dictum est.
αὔξεται δ' ἀρετὰ, χλωραῖς ἐέρσαις ὡς δένδρεον
Crescit virtus celebrata, ut arbor rore. Atque utinam
illam pulchritudinem virtutis magis ornare possem.
Bene vale & rescribe quamprimum. die 22 Septemb.
qua ante annos 3856 arca Noae consistere coepit.
Utinam nunc quoque Deus inter tantos fluctus Ecclesiae con-
cedat quietem.
Posnania petit ad se mitti virum graece & Latine doctum
&

& eloquentem, qui ibi studia gubernat. Nihil impenit onerum templi. Si malles in eo loco esse, stipendium amplium habiturus esses. Hac de re respondeas, aut si ita videtur, ad nos venias.

Philippus Melanthon.

LXXXII

Clarissimo viro, eruditione, virtute & eloquentia praestanti D. Vincentio Vratislaviensi, amico s. carissimo.

S. D. Carissime Vincenti, gratiam tibi habeo pro tua erga me benevolentia, ac vicissim tibi perpetuam benevolentiam polliceor. Ac profecto nos omnes qui in tantis Ecclesiae periculis & aerumnis concurrimus ad veritatis explicationem, oportebat tueri consensum & concordiam etiam quandam animorum moderatione digna sapientibus. quod utinque fieri, nam quidem saepe colaphos acceperim non leves a sycophantis. Iam vero quid doceat, quid explicat iste noster hospes, a me mediocribus officiis ornatus. ἔχει ὕλην δημοτικὴν περὶ ἐλευθερίας, ἣν ἐπιχείρησιν ἂν κρατῆσαι παρὰ δήμῳ κινεῖ. Nunc quidem alia responsione nondum opus esse iudico. Sed Cogita quale futurum esse incendium, si dissensionum initium

viginti annorum scriptorum, et quanta dogmatum confusio fue-
rit, tu et multi sapientes et docti norunt, quam in re me-
dicenis fuit mea diligentia ut vetaret explicatio ambigue
dictorum, sed Deo Ecclesiam et me commendo. De
Posnania res est integra et arbitror posse tecum ortum
ἀπροσδόκητον expectari. Mitto tibi pagellas meo more
et Genesin Crucigeri. Bene vale. die 6. Novemb. quo
ante annum χάσμα conspectum est cuius in Crucigeri
oratione mentio fit.

Philippus Melanthon.

LXXXIII.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti
D. Petro Vincentio gubernanti studia
literarum in inclyta urbe Lubeca, fra-
tri suo cariss.o.

Hae omnes ep[isto]lae Phil. Melanthonis ad Petr. Vincentium non sunt editae inter ep[isto]las Ph. Melanthonis

S. D. Carissime frater. Magna cum voluptate legi
utrumque carmen, panegyricum urbis et laudationem
vestrae nobilitatis: ac delector consilio, rerum gravitate,
ubertate verborum. Nec offendor etiam sicubi scribentis
impetus celerius aut tardius unam atque alteram sylla-
bam rapit. Nam neque chorda sonum reddit quem vult
manus et mens. Meminique cum in Hutteni splendido
carmine quidam sciolus reprehenderet syllabam, Erasmum

dicere, μακρόσκελες τὸ δαῦλον ἢ μυριόσκελες. Verissime
tibi mitto quales cunque versus de Erasmo Mathematico
in quibus est Ioachimi Carmen eruditè scriptum & elegan-
ter, meum est squalidum. Sed hæc scribo ut alios invi-
tem. Agnosco enim infirmitatem meæ naturæ, & si
quid erat ingenij, extinguitur in his doloribus & rixis.
Nuncio quia hac rediturus est aliquid literarum dabis.
Bene & feliciter vale. Die Martij. Valentino & Cele-
ni omnibus salutem opto Ac oro filium Dei, ut nos
omnes & totam urbem protegat. Philippus.

EIDEM. LXXXIIII

S. D. Orpheus in Argonautico Principes suos mota
rixa tumultuantes compescit suo carmine, in quo recitat
effusam ex chao hanc mundi machinam & vana Gygan-
tum bella. At nulla vox in cœlo & in terra unquam
ardentior audita est quam hæc filij Dei precatio, in qua petit
ut æternus pater faciat, ut IN IPSO unum simus. Etsi
autem multi duriores illis Argonautis Thessalis equitibus
Contemnunt hanc filij Dei vocem: tamen certissimum
est efficacem esse & fore. Servabit Deus cœtum recte sen-
tientium

tientium, & in eo Coeli multam benevolentiam, in quo & nos sumus & erimus. Staphylo negotium Posnamiense commendavi, qui si non respondebit, brevi (profecturus est enim in Borussiam) scribam ipse ad amicos Posnamienses. Mitto tibi precationem filij Dej optimis versibus redditam, ac magnopere te oro ut saepe mihi scribas: diu iam nihil literarum à te accepi, et polim ἱστορικὰ περὶ συνόδου. Iohannes Aurifaber Vratislaviensis fuit interpres doctrinae Ecclesiae in Academia Rostochiana. Bene vale & rescribe. die 17 Maij quo ante annos 3856 Noë arcam ingressus est.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

LXXXV. S. D. Et tibi gratiam habeo quod Valentini erga nos benevolentiam confirmas, & Valentino gratias ago quod ad nos accessit, ut & de amicitia nostra & de Ecclesia coram colloqui possemus. Acquievi non nihil in viri prudentissimi & fidelissimi sermonibus, οὐκ ἔστι δὲ λύπης ἄλλο φάρμακον βροτοῖς, ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ φίλου παραίνεσις inquit graecus poëta. Ac volo inter te, ipsum, & me aeternam amicitiam esse & quidem in coelo ut coniunctio nostra prosit Ecclesiae & ut in illa coelesti consuetudine frui hac nostra amicitia possimus.

Omnino contra furiosos & fanaticos homines oportebat bonorum & doctorum coniunctionem firmiorem esse. Tuam epistolam de pecunia Hyeronimo mittenda exhibui ipse Hyeronimo ac si quid accepero reddam bona fide, ut vetus formula, Inter bonos bene agier. Natura Hieronymi bona est & omnium doctrinarum capax. Oro autem filium dei, ut ipsius studia gubernet & cum Ecclesiae servet. Quod gubernatio studiorum adolescentiae in Corona vestra tibi mandata est, primum Ecclesiae causa gaudeo, spero enim hanc militiam tuam ei plurimum profuturam esse. Laetor et te habere honestum locum in tali urbe & filium dei dominum nostrum Iesum Christum λόγον τῆ εἰκόνα ἀϊδίϛ ταῖϛ πατρὸϛ oro ut doctrinae nostrae & in schola tua & in Ecclesia ipse regat. Sermones de Synodo et alios narrabit Valentinus. "Bene & feliciter" Vale. Pridie Calend. Augusti.

Philippus Melanthon.

LXXXVI.

EIDEM.

S. D. Tuas literas & desidero & flagito: quare dabis epistolam huic nuncio. Die vicesimo Maij expugnata est arx in faucibus Alpium quae novem milliaribus distat ab oppido, cuius nomen est ab Oeni ponte, in quo oppido.

oppido usq. ad id tempus fuit Imperator Carolus. Ea arce oc-
cupata, Hessiacus exercitus properavit ad Oenipontum. Vespe-
re duo fratres Imp. & Rex cognito hostium adventu discedunt
ex oppido & nocte arduum montem superant. Potest hoc quoque
numerari inter insignia exempla inconstantiae rerum humanarum
etsi nondum huius confusissimae tragoediae finis est. Nos
hic & bellum & luem timemus. Oramus autem filium dei
ut mitiget publicas & privatas poenas miserias. Bene
vale & rescribe. 7 Iunij.

Philippus.

EIDEM.

LXXXVII.

S. D. Carissime frater. Ita sensi verum dolorem ac pa-
ternum in morte Hieronymi nostri ac si ex me natus
esset. Sed obtemperandum est voluntati divinae: Nec dubito
quin iam sit in Academia illa caelesti, ubi fontes sapientiae
haurit non dilutos, aut exiguos rivulos. Evolutis cogito
de nostra caligine, evolare in lucem illam cupio. Te
quoque scio magno dolore adfici: Sed teneamus consola-
tiones divinitus traditas. Corpus tabe attenuatum est,
unde coniecturam facio fuisse naturam imbecillem &
tempus natalis ipsius scire cupio. Medicatio fidelis fuit
sed optarim me citius scivisse ipsum aegrotare. Fuit
fuit amanter mentionem ante mortem. Baltsicus
Georgius

Gorgias iam edit ingens uolumen contra me: Vidi pa-
ginas aliquot plenas atrocium conuitiorum: Sed breui to-
tam Gorgonem uidebo aduersus quam me tueatur non
Osri Galea seu Corseum, sed ut inquit Paulus ἡ περι-
κεφαλαία τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ. Mitto tibi Siracidem
libellum à Camerario editum, si nondum uidisti: suo iu-
cundum munus fore: Existimo te & Valentinum tabulas
Palestinae à nobis missas accepisse. Commendo tibi Hen-
ricum Bassonium honestum uirum & eruditum quem
spero utilem fore Ecclesiae, & assiduitatem iam in morbo
praestitit Hieronymo. Hortare ciues aliquos ut ipsi eum
iuuent sua liberalitate. Bene Vale. die 13 Maij. & rescribe.

Salutem opto Valentino. Philippus

De aere alieno quod Hieronymi nomine debetur, quaeso ut
patronos eius horteris ut hoc postremum officium praestent
optimo adolescenti, ut debita soluantur.

LXXXVIII.

Clarissimo Viro, eruditione & Virtute praestanti
D. Petro Vincentio, gubernanti studia litera-
rum in inclyta Saxonica corona Lubeca
fratri suo carissimo.

S. D. Clariss. uir & cariss. frater: Nosti dulcissimos
uersus.

versus: ὅταν γέροντι γλῶτταν ἡδίστην ἔχει
παῖς παιδί, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνὴ
νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραξίᾳ
λυπούμενος, ἐπῳδός ἐστι τῷ πεπραγμένῳ: Utrique igitur
\+ in nostris doloribus aliquam consolationem adferimus collegae.
Curare hoc tempore & flagito literas crebriores à te, & scri
bam ipse quoties habebo tabellarios certos. Oro autem fi
lium Dei custodem Ecclesiae, ut & vires corporis tibi restituat
\+ & nos in hac militia gubernet. Magna pericula etiam
prodigiis denunciantur. Die 26 Iunij in Thuringia
in oppido Nebra non procul à flumine Unstrut, mulier
quaedam magna cum difficultate peperit; edito infante se
cuta est ex utero flamma quae ambussit matrem non
reliquit sed mox correptum infantem interfecit. Flam
ma sic erupit ut sonitus cum globi emissi ex machina
aenea accideret. Nihil legi simile, sed certa historia est.
Oro filium Dei ut poenas leniat & servet Ecclesiae suae reliquias.
Bene vale. die X Iunij. Philippus

Cl. V. eruditione & virtute praestanti D.
Petro Vincentio fratri suo carissimo in
urbe Lubeca, Coronae gentis Saxonicae.

LXXXIX. S. D. Clarissime vir & carissime frater. Etsi pridem
est

et magis adfici cura τῶν οἰκείων ut Paulus inquit &
de hac ora Germaniae sollicitus sum: tamen etiam de An-
glicis Tragoediis saepe cogito. Vetus oraculum fuit de duobus
Macedonicis philippis, quod recitat Pausanias pag. 168
αὐχοῦντες βασιλεῦσι μακεδόνες ἀργεάδῃσιν
ὑμῖν κοιρανέων, ἀγαθὸν καὶ πῆμα φίλιππος. At
Hispanicus philippus nondum fuit ἀγαθὸν τοῖς βρετανοῖς.
Oremus filium Dei ut in his Imperiorum tumultibus ser-
vet Ecclesiam suam & in ea discentium coetus. Cupio
me significes historiam Anglicam. Bene vale. Salutem
opto, Reverendo viro D. Valentino. 9 Aprilis.

Philippus.

EIDEM.

XC

S. D. Carissime frater. Mitto vobis historiam Caprio-
nis, brevi & squalida oratione recitatam, quam tu qui-
dem propter res cognitione dignas & mei amore leges
avide. Sed me profecto pudet tibi viro eloquenti tam
ieiunas pagellas mittere. Nec eo me excuso quod in his
nostris occupationibus subito haec effundo, seu quod his
miseris temporibus maestitia alias cogitationes impedit,
Sed agnosco meae mentis imbecillitatem. Invida me spa-
ciis natura coercuit arctis, Ingenii vires exiguasque dedit.

Postquam autem fato fortassis in hoc scholasticum ergastulum tanquam in λατομίαις inclusus sum, semper oravi Deum, ut me faciat σκεῦος ἐλέους, et voluntas semper haec fuit ut prodesset meus labor discentibus. Non regna non plausus appetivi. Sed quo delabor? Cepit hic vagari lues quae nondum valde saeva est. Sed autumnum metuo propter siderum positus: Ideo fui ipse suasor adolescentibus ut in aerem saluberiorem secedant. Et Academia Rostochiana vincit nostram legentium ingeniis et eruditione; Quare multos eo misimus. De bello non libet scribere. Et nunc postquam exercitus a Heiberga abductus est, quid agatur nescio. Bene vale et rescribe. Salutem opto Valentino. 15 Iulij

Philippus

EIDEM.

XCI

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Legimus dulcissimum carmen tuum de Tilemanno, pingente pro stellis Helenas pro Rheno Xanthum et valde delectati sumus cum hac ipsa suavitate carminis tui, tum vero etiam amore tuo erga nos. Etsi optarim ut in testimonio, me praedicari verecundius. Tibi tamen et habeo et debeo gratiam pro perpetua tua erga me benevolentia et pro tot honorificis praeconiis quae tuo candidissimo pectore scribi et a te edi, ut aliorum venenatorum maledictis opponantur

tur. In Turingia quaedam factio novum certamen movet de astrologia, & me quoque suggillant: sed id non est tanti ut non optem plura me & alios posse discere de doctrina motuum coelestium & de mirandis operibus Dei in natura. Doleo potius nos non esse Astrologos: sed isti odiis indulgent nec nos placemur διὰ τὴν πόθου ἁμαρτίαν πρὸς λόγον. Aliis isti causis incensi nos perdere conantur. Sed haec alias. Mitto tibi Lolichii versus de specie in Coelo conspecta. Bene & feliciter vale. die Bartolomaei

Nicolao Birgenio Suevo dec. Exim. Carminis — Philippus.

EIDEM.

XCII

S. D. Doctissime vir & carissime frater. Cum iam in Angliam venisse Philippum narrent quaeso ut scribas an existimetur fore ἀγαθὸν ἢ πῆμα, ut veteris oraculi verbis utar, quod etsi antea me in quadam epistola tibi recitasse puto: tamen & hic adscribam. Extant in Achaicis Pausaniae pag. 168 hi versus Sybillae de Macedonicis regibus. αὐχοῦντες βασιλεῦσι μακεδόνες ἀργεάδῃσιν ὑμῖν κοιρανέων ἀγαθὸν καὶ πῆμα φίλιππος ἤτοι ὁ μὲν πρότερος, πόλεσιν, λαοῖσί τ' ἄνακτας θήσει, ὁ δ' ὁπλότερος τιμὴν ἀπὸ πᾶσαν ὀλέσσει, δμηθείς

δμηθεὶς ἑσπερίοισιν ὑπ' ἀνδράσιν, ἠῴοις τε. Pausanias interpretatur postremum versum, Hesperios Romanos, Eoos Attalum. Ac profecto huic posteriori Philippo non ignavia sed crudelitas domestica exitium attulit. Attali fuit sapientia & moderatio non vulgaris, quem iudico Henetum fuisse, quia Mysiam tenuit. Quid haec in epistola inquies? Scribo ac si coram tecum fabularer de Antiquitate. Nam profecto non sine magno dolore de praesentium temporum confusionibus cogito, de quarum causis non satis breviter scribi aut dici. Te oro ut saepe ad me scribas. Mitto tibi Lotichij carmina boni viri & boni poëtae. Salutem opto D. Valentino & notis omnibus. Bene vale. die 5 Septemb.

Philippus

EIDEM.

XCIII

S.D. Graeci Rhetores scribunt Demetrium Phalereum narrare Aristotelem si quando in epistolis attigit negotium prolixius solitum hac forma uti in eo abrumpendo. ἐῶ ταῦτα· οὐ γὰρ ἔτι ἐπιστολικά. Ita si mihi excusationem concedis, verius quam Aristoteles hac cauta uti possum. Profecto enim res maiores sunt de quibus tecum & cum aliis viris doctis colloqui cupio quam ut literis complecti possim. Ac profecto ad nos aliquando accedere decrevi. Adolescentem Nicolaum qui has tibi literas exhibebit, quaeso ut singulariter amice commendes.

commendes. Scripsi de eo & ad Valentinum. Carmen de Ri-
cero tibi mitto, quod qualecunq. est tamen Anglicis hoc
argumento scriptis antecellit, quae vidi. Oratio ut veniam
des brevitati: Nam adolescens properabat & a te iam expecto
literas. Bene & feliciter vale. 5 Novemb.

Philippus.

EIDEM.

XCIIII

S D. Carissime frater Cum necesse sit me saepe a-
micos commendare peregrinos verito nonnunquam Tritonis
exemplum quod est in Argonauticis, qui ad princi-
pes in solitudine Lybica venit, eisq. sua officia defert
inquiens οἷα τε πολλά. ἄνθρωποι χατέουσιν ἐπ' ἀλλοδαπῇ περόωντες, ἐξερέω. Cum autem sciam
te virum intelligentem & prestantem omnia officia vir-
tutis, etiam erga hospites eruditos officiosum esse, tibi
parum commendare volui hunc honestum & doctum
virum Tilemannum Stellam qui hic edidit tabulam
χωρογραφικήν regionis quam tenuerunt Israelitae: qui
cum ad regem Danicum navigaturus sit, isthic etiam se-
natui tabulam donare decrevit ad ornandam scholam
vestram. Ut igitur sciat quomodo & cui exhibenda sit,
te oro ut eum consilio iuvenes regas. Scis, ut Triton

inquit

inquit, Peregrinis opus esse ciuium officijs. Et fortasse breui
me ipsum excipies: Nam nostri libertatis uindices ita
nos defendunt, ut rursus diuersa exilia & diuersas sedes
quaerere cogamur. Nosti grauissimum uersum: κακῶν ἀπ'
ἀρχῆς γίνεται τέλος κακόν. Inspicere te & Valentinum
uelim librum de Ecclesijs Megapolitanis. Bene & feliciter
uale. Die Magdalenae. Philippus Melanthon.

EIDEM.

XCV

S.D. Doctissime uir & carissime frater. Iam uidere
uideor te lacrymantem exosculari Nicolai Sueci dexte-
ram, quae adhuc, Dei beneficio, salua est, & largo flumine
lacrymarum eam madefieri. Magnum enim dolorem pri-
mus congressus adfert, sed scimus quam fragilia sint huma-
na omnia. Illud autem cogitemus manifestum Dei bene-
ficium esse quod Nicolaus uitam non amiserit, & spero
seruatum esse ut consilijs Ecclesiam & patriam eo felicius iu-
uet, quia nunc praeliari corpore non potest. Seruiat Deo
ea parte naturae quae praestantior est, imo quae est imago dei:
hanc in corpore mutilato lucidiorem habebit quam fortasse
in corpore integro habuisset. Oro autem filium Dei domi-
num nostrum Iesum Christum, ut & Nicolaum & nos guber-
net. Bene uale & rescribe. Salutem opto D. Valentino
die 22 Iunij. ΦΜ.

EIDEM.

XCVI

S. D. Cl. vir & carissime frater, multorum literis celebratus est fons Solis unde Cyrene nomen habet. Nam ea vox simplicissime significat urbem fontis. Sed ego tuam narrationem" de fonte Saxonico legi libentius, tibiq. gratiam habeo quod nobis illam pagellam misisti, quam & Camerario nuper promisi. Sed haec philosophica coram disputabimus, & alia magis ἀξιόλογα. Nam si, ut non solum Principes multi expetunt, sed etiam ipsa Ecclesia postulat instituetur docentium in nostris Ecclesiis colloquium, te omnino adesse optarim. Profecto de gravissimis materiis suscitandae erunt piorum & doctorum sententiae, Ac tuam vocem in eo congressu, Ecclesiae profuturam esse spero. Ibi enim non iudicandae erunt res πολλῶν ψόφῳ, sed ψήφῳ τῶν εὐσεβῶν καὶ συνετῶν. Spero tuum usum in his regionibus fore si nobiscum vivere voles, Certe consuetudinem nostram utrique iucundam fore arbitror. = Bene & feliciter vale. 6 Julij Philippus.

" plenam eruditionis "

= Beatam salutem opto & tibi & pro munere dono dato gratias ago. Nunc plura scribere non potui.

EIDEM.

XCVII.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Cum advenit tuae frater honestissimae coniugis literae, abfui apud Ascanium, ubi scripta quaedam perlegi, Sed cum redii deinde,

& literas

& literas accepi tuas & uidi specimen artis quod tuus affinis Paulo exhibuerat. Nemo in hac urbe familiarior est Lucae pictori, Milichio. Atque dicebat Paulus se cum ad Lutam iturum esse. Quid egerint hodie audiam. Nec studium nobis deerit in commendando affine tuo uel Lucae uel Noricis pictoribus ubi essent nec sunt frequentiores. Scribo breuius quia te iam expecto. Oro aeternum filium Dei custodem Ecclesiae suae ut te & nos omnes gubernet. Nunc & Maiorius qui docuit Principes Pomeranicos nobiscum est. Bene Vale die sexto Augusti.

Philippus

EIDEM.

XCVIII

S. D. Clarissime uir & cariss. frater. Graio schola nomine dicta est, inquit ille, sed profecto ingens & labor & onus est scholarum gubernatio quod nos experimur. Quare tuum consilium non improbo, si ex illa palaestra, ut nihil dicam durius discedis. Petit uestrae scholae gubernationem Andreas Ponchemius qui Marianam scholam regit Brunsuigae. Scripsi igitur de eo ad Dnum Falconem, Te quoque oro ut tua commendatione adiuuetur. Existimo tibi notum esse ut & epistola eius indicat quam tibi mitto. Si ad nos accedes spero consuetudinem nostram utrique iucundam fore. Iam & Lithuano Conyzae, & Pragensi Cynico & Illyrico simul respondebo. Bene vale & rescribe, anno adiuuola...

duod.

die decimo Septembris, quo ante annos 100 mortuus est Jo-
hannes Huniades dux felicissimus ut Epaminondas. Nunc
misere laceratur Pannonia: Deus protegat nos et leniat
poenas Pannonijs et nobis. Philippus.

XCIX

EIDEM

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. In Deliaco templo
recte scriptum fuit, et ordine distributi sunt gradus bonorum.
κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν. Vult Deus
primam esse curam recte faciendi, alteram deinde servandi
vires corporis quantum in hac mortalitate fieri potest. Cum
igitur aegrotare coepisset Valentinus, iudicavimus postquam vi-
res rursus utcunque collegit profuturam ei expatiationem.
Commendatis igitur eum patri et lenies eius curas tua
prudentia. Ego quoque ubi primum erit occasio, curabo ut
in schola aliquem locum habeat. Bene vale cariss. frater.
Philippus

C.

EIDEM.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater: Dei benefici-
o et in hac miseria et in oppido nostro mediocris tran-
quillitas est: Mihi vero post iter tuum creverunt labores.
Venit huc Tilemannus Heshusius et scripta Danica attulit.
Meministi Philoxenum qui se iubebat in latomias re-
duci.

reduci: Et ego malim in Latomias includi quam litigare cum Regibus. Abijt Heshusius in meam patriam ornatus nostris testimonijs, ἀλλὰ τὴν ἐχεμυθίαν τοῦ διδασκάλου μὴ φέρων σὺν ἄνευ πόνου: Narrarunt tamen nonnullas calumnias quas ex ipso Stylio se audiuisse dicebat. Vocat nos Dux Pomeranicus ad renunciationem gradus Iacobi Rungij & promisi Deo iuuante me inuisurum illam tuam Academiam, teque ductorem fore spero. Mitto vobis pagellas de Staphylo, de quibus consyderabis prudentium iudicia. Plura scriberem sed vides quales chartas habeamus: Itaque à te peto ut mittas [illegible] firmiorem nobis istic emas precium hic libenter numerabo. Bene et feliciter vale 24 Martij, quo die filius dej ante annos 1524 Coenam instituit, quam voluit esse pignus suae coniunctionis cum Ecclesia & quod nos lepatur sua membra esse & servari per ipsum. Iterum vale & salutem dicito amicis omnibus. Nam scribere non potui cum tam multi flagitarent literas.

Philippus

Heshusius discipulus Chytraej.

EIDEM.

CI

S. D. Dei beneficio Francofurdiam ingressi sumus die 26 Augusti: In itinere passim amanter excepti sumus: In Academia Marpurgensi etiam honorifice, ubi primum narraj

mari audiuimus pugnam ad Quintinum factam, in qua
Galli magnam cladem acceperunt, ut olim uel ad Delphos
uel cum Βελλόβακοι Marcellus interfecit. Eius pugnae fa-
mam recentissime iam peruagatam esse suspicor, res maxi-
me ab Equitibus Saxonicis acta est. Hic etiam προοίμια
colloquij aliqua de pace cognouimus. Ex τῶν μεθόδων προ-
βλήματα facta sunt contra Brentium et me, quae scribi
a nobis nolem: Sed oro Deum ut nos omnes gubernet.
Salutem dices meae familiae et nominatim Sigismundo et
iubebis ut filiolum Casparum fideliter custodiat. Salutem
opto uobis omnibus ac nominatim Sebastiano et Sidema-
no. Tuas literas et flagito et expecto. Bene vale. die
22 Augusti 1557. Ex urbe Vangionum. Philippus.

" quia

EIDEM.

vide

CII

S D Carissime frater: In urbe Heydelberga breuem
epistolam ad te scripsi, quia subito non tantum literae, quas
nuncio uestro daturus eram, sed etiam aliae deliberationes
de molestissimis negotijs scribendae erant. Vagatur
Ἄτη per aulas instructa satellitibus qui non sunt κω-
φὰ πρόσωπα ut δορυφόρημα κωμικόν, sed adduat cla-
mores sophisticos quibus arte irritantur principum ani-
mi.

animi. O rem miseram & omnium piorum lacrymis deplorãdam. Oro autem filium Dei, ut nos gubernet & servet Ecclesiae reliquias & nos inter eas. Mitto tibi epistolam Rectoris Heidelbergensis, quam & Erasmo ostendes: placituram spero non solum propter elegantiam, sed etiam ut videas adhuc aliquam esse inter eruditos & modestos mutuam benevolentiam. Iacobus Rungius Heidelbergae concionatus est, fuitque oratio plena eruditionis & omnibus gaudentibus & eruditis probata. Bene vale. Salutem omnibus nobis opto, Erasmo, magistro Froschelio, Sturioni & Henrico nostro. 4 Novemb.

Philippus.

EIDEM.

CIII

S.D. Clarissime vir & cariss. frater. Quanta fide reddantur nobis nostrae epistolae nescio. Tuam accepi unicam datam Bibliopolis, cum quidem saepius te scripsisse existimem. Initia congressuum nobis secunda fuerunt Dei beneficio, & inter nostros collegas concordia erat. Nunc inchoata collatio interrumpitur: βούλονται γὰρ οἱ με θυναῖοι παρεμβάλλειν παραγραφήν τινα περὶ ἀδιαφόρων καὶ ἄλλων τινῶν πραγμάτων, num quidem dissuadeant Palatinus Elector & Saxonicus impediri seriem disputationis: Curavimus igitur adversarii πρόφασιν abrumpendi negotii

negotij, Et illo abrumpi optarim. Non enim uideo quid pro-
futurum sit hoc longum certamen. Contraria scripta componen-
di, cum tam multa extent magis diserte composita: Periculo
per bella tegi uidetur. Nisi breui discedamus mitem pecul-
iarem uiuorum ne domestica sciamus. Bene & feliciter vale.
Reuerendo d. pastori & nobis omnibus salutem opto. die
Hieronymi. Ex Vangionibus. Meam familiam tibi commendo.
Philippus.

EIDEM.

CIIII

S. D. Clarissime uir & cariss. frater. Etsi dubitabamus
an ad te peruenturae essent hae literae, scripsimus tamen.
Sed tabellarius properans cogit me breuiorem esse. Dei bene-
ficio & tua coniunx recte ualet & in Academia ac in op-
pido mediocris tranquillitas est. Centaurorum reditus ex
Gallia nobis terrorem intulerat, sed honestiores equites disce-
serunt a Grumbachio qui patriae inimicus est. Et
Francici principes non sunt sine studijs. Post hunc ille
rursus missus fuit ab Electore Palatino legatus πρεσβύτ[illegible]
τῆς σπονδῆς. Electoribus uisum est ἀνεμεσ[illegible], cum Imp.
Augustae esset, Electores & alios principes alibi quasi ἀντ[illegible]
σύνοδον [illegible]. Te auide expectamus & filium
Dei precamur ut te & nos protegat. Bene uale. die
Decemb.

decembris penultimo. Vitebergae. Philippus.

CV

EIDEM

S. Clariss. vir & carissime frater. Eperienses huc miserunt ministrum suum literis, quibus vocant te ad gubernationem Ecclesiae suae. At minimi ipsorum una scripserunt & a me & Ebero flagitant ut ad eam functionem tibi hortatores simus. Sed ministrum ad te Vratislaviam accedere iussimus, nec summo mihi autoritatem. Te potius hortor ne deseras nos. Etsi .n. non ignoras quibus fluctibus iactetur cymba nostra & [illegible] Erinnyes dira nobis minitentur, tibi tamen semper honestus locus in his regionibus esse poterit & utilis docendi & iuvandi Ecclesiam: Omnino nollem te a nobis avelli. Cogitabis etiam in Vngaria non tantum metuenda esse Turcica bella sed etiam theologica quam Vratislaviae non sunt ignota. Sed Deo Ecclesiam & nos omnes commendo. Si in Lusatiam expatiabere velim scribas [illegible]: ac iam literas a te expecto. Honestissima coniunx tua recte valet. Bene & feliciter vale & rescribe. Calend. April. 1558.

Hic desinunt epistolae ad p. Vincentium.

CVI

Illustrissimo principi & dno, Dno Ioanni Alberto duci Megalburgensi, principi Vandalicae gentis Heneta, & Sverini, domino Rostochii & Stargardiae domino suo clementissimo.

Plures epistolae quam ad Vincentium Ioannem [illegible] in fine singulorum voluminis

Edita

S. D. Illustrissime & clementissime princeps. Cum Celarius Vin-
centius vir doctus & integer ad Celsitudinem tuam pro-
fecturus literas à me peteret non tam ipsius causa quam mea
dandas censui. Nam ipsius quidem extant monumenta
virtutum tuarum laudibus conspersa: In iis scriptis cum
splendor orationis ingenium ipsius & eruditionem ostendant,
non dubito eum à te diligi, quia verissimum est illud Mu-
sarum carmen, ὅττι καλὸν φίλον ἐστί. Adfert igitur commen-
dationem propriam ingenii sui ornamenta. Mihi vero
ipsius apud Cels. tuam oratione opus est qua spero leni-
turum esse quaedam quae fortassis asperius istic de me
narrantur, de quibus disputationem nunc non instituo,
tantum reverenter oro, ut si labores mei aliquorum stu-
diis Deo iuvante profuerunt, Cels. Tua non sinat ex-
tingui suam erga me benevolentiam. Quaedam consulto
minus horride disputavi, evolvi quaedam ex magnis
labyrinthis, coniunctionem nostrarum Ecclesiarum retine-
re volui & domestica quaedam vulnera tegi. Nunc
si opprimor, recta voluntatis conscientia me sustentabo,
etiamsi alicubi vel errore vel imbecillitate ab eo quod
rectius erat, deflexi: Scio enim me non esse ἀναμάρ-

τητον

ratos, & assiduis gemitibus filium Dei oro ut Ecclesiam suam servet & [illegible] gubernet. Maxime etiam opto ut in nova synodo deliberatio inter pios & eruditos instituatur in qua multarum magnarum rerum explicatio utilis posteritati Deo iuvante fieri possit, quia dominus et Bolius ostendit a multis principibus flagitari synodum. Hanc meam optionem, ut Cels. T. boni consulat, reverenter oro. Oro etiam filium dei, ut Cels. T. servet incolumem & gubernet. Data die Brunnae. A° 1558.

Celsitudinis tuae servus Philippus Mel.

CVII.

Reverendo Viro D Valentino Korte Ecclesiae Dei dominum tradenti in inclyta urbe Lubeca, amico suo carissimo.

Non edita

Reverende vir & amice carissime. Dei beneficio nostra in Ecclesijs & in scholis eadem est de doctrina Evangelij quam legitis in nostris scriptis quae tot iam annos in manibus sunt piorum & iudicio Lutheri probata sunt: Nec ego unquam novum genus doctrinae gignere volui, nec me proplerea Simmium nominari valde doleo. Fateor me doctrinam a Lutero didicisse & eam ut in schola ordine exponere conatus sum, & semper has qualescunque narrationes iudicio Ecclesiae

de

clesiarum Saxonicarum subiecj. De vocabulo Sola in
multis conventibus magnae rixae fuerunt. Rem ipsam sem-
per retinuj & sum usus Exclusiva gratis & addidi saepe,
nequaquam propter opera aut virtutes nostras. Flacius
autem non solum calumniose multa nostra scripta depra-
vat, affingit etiam mendacia: Harum iniuriarum Deus
vindex erit & spero meam voluntatem & meos labores
multis bonis & prudentibus notos & probatos esse. Sed
scio humana omnia fragilia esse, & me Deo commendo.
Te etiam oro ut tuam autoritatem ad sananda haec vul-
nera Ecclesiarum conferas quantum potes & coniunctione
& consociationem tuearis. De inspectore Ecclesiae vestrae
credo difficilem deliberationem esse, & scripsi ea de re
nonnihil ad D. Aurifabrum. Bene & feliciter valete.
die 25 Martij quo die ante annos 1517 filius Dei
pro nobis victima factus est, quem toto pectore oro ut
servet Ecclesias suas & nos gubernet & leniat Calamitates
publicas & privatas invocantibus ipsum. Phil. Mel.

Reverendo Viro, eruditione & virtute praestanti D
Valentino Curtio Episcopo Ecclesiae Dej in inclyta
urbe Lubeca sedes Saxonici littoris, fratri s. cariss^o.

CVIII

Non ed.

S. Reverende vir & cariss. frater, apud Platonem disputatio est de dicto Simonidis χαλεπὸν ἀληθέως τετράγωνον καὶ μόνος θεὸς ἔχει τοῦτο γέρας. Difficile est fieri perfectum & solus Deus hoc decus habet. Profecto in omnibus hominibus naturae dissimilitas magna est, etiamsi alius in alio genere aliquanto plus habet roboris: Recte est autem unumquemque sua sorte contentum esse. Filius meus Dei beneficio recte valet, nec tamen magnis oneribus onerandus est. Dabo vestris ei argutum nec insanum nec prolixum & gravem patronum qui iuvet ingenium eius minus vel mea causa. Spero profuturam ei assiduitatem in docendo quae abducat eum a sodalitiis & tamen labores habeat non nimios. Curae intentus ero in occasiones ut in schola aliqua mediocri serviat, ubi collegam fidum habeat. Tu paterno animo feres quaeso humanam consuetudinem: & ego mei filii naturam tolero & ut nunquam rego. & plerosque patres senes ἐπιεικείας erga suos exercere necesse est. Hoc cum scriberem allata est fama Romam a Gallis occupatam esse. Sed hanc historicam de Regum furoribus omitto. Bene vale. 18 April.

Philippus.

CIX

Eruditione & virtute excellenti Sigismundo Melanthoni, filio suo carissimo

Non ed.

S. D. Carissime fili. Heidelbergae die 27 Octobris quo

quo die ante annos 49 annus tuus pater mortuus est, literas vestras de morte Coniugis meae accepi. Etsi non mihi magnum dolorem adferrent cogitatio orbitatis meae cum filiarum et aliae multae causae, praecipue vero recordatio meae erga ipsam Coniugem; tamen mihi medicinam gravissimis sermonibus tuus pater qui aderat et Camerarius et alij viri sapientia et virtute excellentes adhibebant. Etsi autem illi nonnihil proficiebant: tamen haeret dolor infixus pectori. Sed oro filium dei ut me et familiam meam servet et gubernet. Te vero oro ut filium Casparum fraterna pietate custodias et sis nobis absentibus mulieri familias auxilio. Spero autem nos brevi tempore redituros esse, deo iuvante. Plura nunc scribere non potui, cum tam multae ad vos literae dandae essent. Sed fidei tuae familiam, filium Casparum, matrem et omnes tuas sorores commendo. Bene vale. die 29 octobris Heidelbergae

Philippus.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti Dno Ioanni Aurifabro, Doctori Theologiae gubernanti Ecclesiam Dej in inclyta Borussia, fratri suo Carissimo.

CX

Co. Ref. VII p. 430

Edita /

S. D. Reverende vir et carissime frater. Etsi audieram

audieram te iam in patria Vratislauiã esse, ubi te doctissimorum & optimorum Virorum Crato̅nis, Adami, Celii Vincentij, domini Morebergij colloquijs frui spero, tamen hanc breuem epistolam scripsi, cum quidem non leuiter me exercitaret febris intermittens orta a Catarrho qui mihi ex triennio molestus fuit. Dabis igitur veniam breuitati literarum. Illustrissimo principi longum meritorum commendatione doctrinam tuam, & de consensu Academiae plurimarum vero & pio scripsi: Hanc doctrinam tibi quoque commendo. Doctorem Dauidem Voit ut complectaris te oro & spero eum nulla in re a sententijs tuis dissensurum esse. Quaeso ut, si unam scribas ad me quamprimum. Bene vale. die secunda post Pascha.

Gratiam tibi habeo cum pro alijs officijs omnibus, tum pro collatis in Sitium & Dauidem. 1560.

Philippus Melanthon.

¶ Venerando viro, eruditione & virtute praestanti D. Caspari Aquilae pastori Ecclesiae Dei in oppido Salueldia, amico s. carissimo.

S. D. Quotannis brumae tempore de halcyone avi cogito, qui degens in scopulis maris imminenti omnis & excludenti pullos ...

alias

Hae omnes epistolae Caspari Aquilae scriptae non sunt editae praeter unam quae incipit cum spes ostensa.

aliquot dierum tranquillitatem concedit, quo Christo frui et Eccle-
siam parere inter horribiles tempestates Imperiorum, eique interdu
halcyonia concedi, qualia in his regionibus Dei beneficio ante ali-
quot annos habuimus dulcissima. Nunc sane tempestates motae
sunt quas sedari rursus a Deo oremus et sedaturum esse ali-
quanto post spero: Nos interea in Ecclesijs concordiam in vera
doctrina tueamur quae non ingrata sedatio est miseriarum.
Spero etiam Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi
reducturum esse principem optimum in patriam et ut reducat
toto animo pectore oro. Mitto filijs tuis Dialecticen, libique Christum
addidi, ut iudices an proponi adolescentiae utiliter possint haec
elementa. Nunc refutationem decreti Synodi Tridentinae adorno
edendam ut plures videant quibus praestigijs veritatem obruere
sophistica illa Synodus conetur, et admoniti recte traditam doctrinam
in Ecclesijs nostris non sinant sibi excuti. Deus adsit nobis.
Bene vale. die Bruma. 1547.

Philippus Melanchthon.

Stigelio per hominem certum meas litteras et Dialecticen
tuis filiis inscriptam mittito.

II EIDEM.

S D. Erasmus noster erit nuncius epistolae, quem amanter ex-
cipies, ut facturum te esse non dubito. Dialecticos libellos
ideo non misi, quia cum adventum ego aberam in iugis Her-
cinijs

civijs & me vivente. Exemplaria omnia vendita erant. Mox
igitur instituta est secunda editio in qua multa erunt emenda
tiora: habui enim de quibusdam materijs de lege Spechdeo.
Mittam igitur eius editionis exempla intra mensem Deo vo
lente. Bene vale. in natali Lutheri. 1547.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Heri accepi tuas literas cum aliis, in quibus scribis de
mois Romanis. Etsi autem res ipsae in eo commentario mihi
non improbantur: tamen facile intellexi hac scholia nimia tenui
ora esse quam pro rerum magnitudine. Decrevi tamen cum ero
aliquid nactus otij perpolire, praesertim postquam video non displi
cere hanc tractandi rationem bonis quibusdam ac prudentibus.
Illud vere possum praedicare magno me labore ista scripsisse.
Difficile enim fuit eruere ex tanta varietate opinionum ac
disputationum omnis generis ea quae essent & maxime pro
pria huius causae & utilissima. Atque utinam hoc meum exem
admoneat caeteros qui docent Ecclesias ut cogitent longe difficilio
rem esse doctrinam quam existimant, quam in speciem videtur: Nam
imperiti parabilem & perfacilem esse iudicant. Tu bene vale
& salutem Ecclesiae commenda Christo ardentibus votis. 1533.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Tuas literas curavi reddi Maurilio, quemadmodum opi-
nor ex ipso intelliges. Quod vero tantopere a me requiris offi-
cium scribendi, tuo exemplo facileque tueri meam negligentiam
possum. Quare te quoque adhortor ut saepius scribas. Carolosta-
dius commigrat Argentinam cum tota familia: et audio illos
fanaticos homines novas haereses agitare: fuitque his diebus
apud nos quidam nebulo, qui maximum librum scripsit contra
Trinitatem. Sic prodit se diabolus in istis impiis & profanis
hominibus. Cinglianae civitates quae hactenus imperio subditae =
fuerunt, circumferunt scriptum quod liceat ἀντιπολεμεῖν τῷ
αὐτοκράτορι, & non dissimulanter parant bellum contra nos &
ipsa significatio est seditiosi & parricidialis spiritus. Hic di-
cas tuis hospitibus Eusebio & Caspari & Antonius tuam Ecclesiam
ut iuvet nos orationibus contra Satanam. Vale felici-
ter. Saluta nostros amicos. Φίλιππος.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Et reip. causa &
propter nostram familiaritatem magno in dolore sum, quod
a nobis avulsus est Erasmus qui erat non solum huius Aca-
demiae, sed totius Germaniae ornamentum. Colligo autem
consolationes primum ex iis causis, quas filius Dei nobis

patefecit

patefecit, deinde ex recordatione meritorum ipsius & corporis imbecillitate. Non dubito haeredem esse gratitudinis coelestis aeternae cum filio Dei quia ad excellentem eruditionem in sua philosophia adiunxerat agnitionem doctrinae Ecclesiae Dei & Deum vere invocabat. Cum igitur in illa coelesti academia coram sapientia Dei fruatur, non existimamus hanc migrationem ipsius causa praecipue deplorandam esse: Respubl. virum utilem amisit, sed hic felicissimi labores superiorum annorum nos consolentur. In tota Germania sparsit semina optimae doct. Esset igitur si vixisset plus lucis allaturus erat his artibus quas docebat: tamen cum aliquando ex hac statione discedendum esset, praeclare eum vixisse cogitemus, cum tam multorum studia excitaverit. Erat autem corporis imbecillitas tanta ut longa senectus non fuerit expectanda: qua de re saepe collocuti sumus. Oremus autem Deum ut ipsius familiam & alias pias familias & Ecclesiam servet & gubernet & propter benevolentiam ipsius filio & filiabus quam ipsi debebamus. Existimo & hoc ei minuisse moestitiam quod in complexu parentum ex hac vita discessit, & potuit eis filium & filias commendare. Libros quos petis mittam cum habebimus aurigas. Bene & feliciter vale. Die 2 Martii 1553.

Philippus.

EIDEM.

Reverende

Reverende vir & cariss. fr. In hac nra senecta idem pre-
camur assidue, quod filius Dei ipse precatur in agone suo, &
quidem uota nra adiungamus ad summi sacerdotis uerba:
petamus ut servet Deus coetum in his regionib. & faciat ut unum
in ipso simus: id quidem polo, & nox dicet ostendit studium con-
munis concordiae. Extant. n. scripta nra de toto corpore doctr.
Ecclesiae. Miror quare aliqui cupiant dilacerare coniunctas
Ecclas. Mitto tibi pagellas, quae & voluntatis nostrae & doctrinae
testes erunt. Bene & feliciter vale carissime frater. die
decimo february. A° 1556.

Philippus

EIDEM.

S. D. Nuncius valde properabat nec ego domi haec scribe-
bam, sed in nostra schola. Quare brevior esse cogor quam res postu-
labat. Accepi controversiam de matrimonio in qua rogo te pro-
pria remedia tentare uelis quam sinas venire in iure. Nam sus-
picione seu coniecturae ad desig omni magnae sunt. Quid. n.
acciperet annulum nisi sponsalia uellet contrahere? D.
Hieronimus non adest. Si tam diu differri res esset, nunc eo
deliberabo si tibi gratior erit deferendum tris iurandum. Nam
Iurisconsulti statuunt non esse iusiurandum deferendum ei
personae contra quam sunt coniecturae vehementes. Ego
tamen nec hoc casu nolim puellam cogere ad iurandum: sed
deferre

sed deferre eo lusurandum: ne conscientia ministrae puellae si dese
reretur ab illo improbo grauetur. De abietalo alias. Vale.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Heri tibi misi descriptionem pulusculi & scripsi aliam quandam quas arbitror ad te iam peruenisse. Nolui tamen dimittere uacuum scribam vestrum: nam ego nullam occasionem scribendi ad te plane praetermittere, & in his occupationibus minus te hoc officij grauare. Tu enim & raro scribis & non nisi querelas: tametsi hoc posterius tempore calamitatibus imputare malo quam tuae μεμψιμοιρίᾳ. Quod .n. unquam seculum fuit, in quo ita omnes domesticae res spectarint ad interitum? Sed nostrum est priuatim publicum statum Christo commendare, non queri in illi: Est ne Deus inter nos? Meus consor sane aciter flagellat me. Vale. Scribam ad formulam pulusculi auceps.

EIDEM. Φιλ.

S. D. Consulturus mihi uisi sumus, ut isti agrestes doctores in urbe haberent aliquem diaconum de more initiatum: Et hunc nostri ludimagistri aliqua in loco usque ad et amplius in schola aliqua gubernanda. Itaque quaesiui alium quendam Diaconum: is hodie non aderat. Sed cum primum uenerit agam cum eo ut istuc proficiscatur. Veniet autem ut arbitror, intra triduum. De causa matrimoniali loquutus sum cum D. Hieronymo
&

& remitto tibi chartam: quod indicaverint ad scripsi in margi-
ne eius chartae. o singularem huius seculi calamitatem: Nunc-
quam ius iurandum levius aestimarunt homines. De Eucharistia
iubeo te, quod & antea feci, diligenter veterum Ecclesiasticorum libros
inspicere. Ego hactenus nihil inveni aliud quam quod adtrivi domi-
nus: nec velim novi in tali dogmatis autor esse. Erasmus
scripsit argutissime de libero arbitrio & quidem his diebus. Ego
id scriptum graviter contristatus sum: Neque tamen eripiet mihi
meam sententiam. Nuper fui Torgae apud Lutherum, quicum
multa περὶ εὐχαριστίας disputavi. Ipse aiebat se de sua sen-
tentia nihil dubitare: gaudebam οὕτως πληροφορηθῆναι,
idque te scire indicavi operaepretium. Christus servet te. Vale
& rescribe quoties habebis nuncios. De Ebrietate nos ipsi
sylvam aliquam argumentorum pro olim colligemus. Reliqui
enim nihil nisi vulgaria & tibi iam antea notissima
congerunt. Vale.

Philippus ὁ σὸς.

EIDEM.

S. Miror te sic abijcere memoriam veteris amicitiae nostrae
ut prorsus nihil ad me scribas. Quare te rogo ut veterem
tuam consuetudinem in hoc officij genere renoves: Nos iam
ad comitia proficiscimur, ubi quantum impendeat periculi

non possum

non possum explicare verbis: Oro Christum ut nos gubernet ac
det pacem. Quod saepe alias admonui te, non possum praeterire:
quaeso te per Christum ut abstineas a πολιτικοῖς negotijs & tuam
urgeas functionem in docenda fide ac timore. Urbano Regio
scripsi longam epistolam de multis controversijs. Vale. Wittenbergae.
tuae Ecclesiam orare pro publica pace.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Quod me parum officiosum esse putas in rescriben-
do non accidit mea culpa. Nam ego memini me literas
hac aestate ad te dedisse: quas si tabellarij non pertulerunt,
cum illis potius expostulabis quam mecum. Et tamen sic sum
occupatus ut ignoscere etiam debeas si quando non respondeo.
Tota aestas haec in acerbissimis curis, doloribus, in luctu paene
perpetuo mihi acta est. Nam rediens e comitijs mirifice an-
gebar animo propter καταστροφὴν conventus. Postea accessit mei filioli
qui mihi senex natus est interitus: Nihil illo puero in vita
carius unquam mihi fuit. Elucebat enim in eo quaedam singula-
ris ingenij vis. Hoc amisso quantum vulnus acceperim, nul-
lis verbis consequi possum. Et cruciant me magnopere
Ecclesiasticae controversiae. Scribere institui de Coena Domini.
Ulricum longa epistola hortatus sum his diebus ut non patiatur
se a scriptoris sententia quam hactenus defendit, abduci.

Addidi etiam quasdam rationes. Sed ne haec epla sit inanis
adscribam tibi verba Chrysostomi in quib. palam vides eum
sentire quod corpus domini vere adsit in Cena. ὢ τοῦ θαύ-
ματος, ὢ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας· ὁ μετὰ τοῦ πατρὸς
ἄνω καθήμενος, κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην ταῖς ἁπάντων κατέ-
χεται χερσὶν, καὶ δίδωσιν αὐτὸν τοῖς βουλομένοις περιπλέξασθαι
καὶ περιλαβεῖν. Vale & ora pro nobis omnibus. pridie
S. Bartolomei. 1529.

Φιλιππ

EIDEM.

S. D. Accepi tuam querelam, mi Gaspar de quorundam sa-
crificulorum importunitate q̃ me profecto non leviter commovit.
Vehementer enim doleo semina discordiae longius spargi, quae
diu iam crudeliter grassatur in Eccla. Ego in hac inspectione
Ecclesiar. maxime volui concordiam constituere. Itaq. hortatus
sum eos qui docent Eccliam, ut moderate & sine conviciis suum
officium faciant; quaedam etiam in doctrina superioris seculi
probavi, ut poenitentiae partitionem, si tamen tribuatur satis-
factio Christo, eamq. partitionem utilem esse existimo ad do-
cendum. Nunc tui queruntur me Papistam factum esse, ne
patrocinari Monachis. Citius possum potest Salem nostram
remittere ad fontes suos q̃ tuum de me iudicium mutari.

Habes

Habes scriptum meum domi tuae, quod fidem facere potest quomodo
probarim poenitentiae partitionem. Nulla res me movit, nisi quod
omnes describebant poenitentiam esse mortificationem carnis, item
esse abnegationem sui: item esse cognitionem peccati: quorum verborum
nihil magis vulgus intelligit neque dolores aliquot quos quidem in
hoc itinere audivi. Itaque malui contritionem vocari poenitentiae
initium: de caeteris partibus puto me satis diserte et plane dixisse
nec ulli sano homini dedisse occasionem rixandi. Vellem, inquis,
haec nomina poenitentiae prorsus explosa esse. Quid audio? quae
tandem causa est, cur, cum ad docendum sit utilis partitio, si recte
intelligatur, explodatur? Nimio odio Papae quidam omnia
bona et mala iuxta damnant: ea ex re quanta sint nata scandala
videmus. Quin potius quae poterant tolerari, aut excusari leni-
mus, ut Ecclesiae concordiae consulamus, et Paulus praecipit ut
aequitate in iudicando utamur. Nunc ἐπιείκειαν in te desidero
sic ἀπολογουμένῳ disputante de hac partitione. Quidam non hoc
agunt ut Ecclesiae concordiam constituant, sed ut regnent. id
ita effici posse existimant, si videantur soli sapere, si doctrina
veteris Ecclesiae tota damnetur. Hoc tu scis fieri, mi Gaspar, a
multis. Tuam modestiam semper amavi, itaque adhortor ut
eam mordicus retineas, nec sinas eam tibi de manibus ex-
torqueri. Sed quidam, inquies, tollunt cristas, maledicunt
Eglio, quia quaedam in veteri doctrina approbamus. Quid

hoc

hoc aliud est quam nolle regnare, non nolle populi quemquam qui nobis maledicat. Hos tu ferre aequo animo et vincere patientia debes: magis efficiet doctrina illa tua mansuetudo, si tu interea tamen meliora moderate doceas. De Monachis quod scribis, videtur Comes Albertus in suis parrochia docent: in urbe docere eis non licet, nec permissum est, nec permitti debet. Nec tamen iudicavimus eos ex monasterijs excludendos. Quidam, ut suspicor, te adversus eos incitant ut quaerant occasionem invadendi in eorum possessionem, quibus te moneo ne obsecundes. Noli putare rem Christianam ita futuram meliori loco, si vulgus vehementer maledicat Monachis, si omnes veteres mores irrideat, si Monachi e possessionibus ejciantur, si inducantur in haec loca destinata studijs sacrarum literarum barbari milites. Crede mihi ad vigilandum est tibi ne tua autoritate quidam ad compendium suum abutantur. Habes responsionem breviorem quam epistolam scribere, sed angustia temporis voluit longiores literas dare. Hoc te rogo per Christum ut moderate doceas, et concordiae causa consulas et adversarios patientia vincas, non certes cum maledicis maledicendo. Noli, inquit ille, respondere stulto iuxta stultitiam suam. Multa nunc melius docentur, divino beneficio, in Ecclesia quam ante: sed quaedam

~~dixi~~

melius olim docebant aliqui quam multi nunc indocti Lutherani. Sanare animos tuum adversariorum tuum plebis tuae debes, non alere factionum odia. Quaedam papistae in nostris non sine causa reprehendunt. Proinde dissimulabis alicubi aliorum maledicta, nec semper putabis referiendos esse. Vale & responde. Vale foeno.

Philippus.

EIDEM.

S D. Nos hic, mi Caspar, Calae haeremus, ubi Carolostadius incredibilem vastitatem omnium bonarum rerum effecit. Nunquam fuerunt, nam credituri nisi vidissem, tantum mali hic esse. Vulgus omnia sacra contemnit, et postea putant se esse perfectos Carolostadianos. Hos fructus parit dogma illius de Eucharistia. Nec multo minus cumulant Ecclesia hi qui papalium nihil aliud agunt per conciones quam ut declamitent in Monachos & in Papam. Hec ideo scripsi, ut te hortarer ut moderatissime doceas & potius quid opus sit his quos doces spectes quam quomodo ulciscaris adversarios. Vale.

Doctor Hieronymus propter negotia Philippus.

scholae domum rediit: postea enim minatur nobis ipse.

EIDEM.

S D. Scripsi tibi his proximis diebus meque purgavi de criminibus quae mihi abs te obiecta sunt. Ego de te semper et sensi & bene tuum denorisiro, quaevis ille quisquis ea autor maledicti ipsius

quod

quod scripsisti, scelestè mentitur: nec iterum cum eo expostula-
re si nostrum hominem. Nunc te rogo mihi ut malis fidem ha-
bere quam illi sycophantae. De Pauli loco nunc fortasse longas agemus:
Venies eo, ut suspicor, Islebius. Ego non sine certo consilio hanc ex-
positionem secutus sum, quae tum nihil habet absurditatis, tum grauis-
simis scriptoribus nostratibus placuit. Nec uideri debeo propterea
dissentire à christianismo ut tu scribis. Quisquis tandem est, qui
sic de me pronunciat, cur iudicat de alieno seruo? Christi hoc
iudicium est, non hominum. Sed decreui has calumnias pati
ac perferre propter Deum. Nec me vindictae cupiditas propellat,
ut aliquid faciam quod laedere Euangelij gloriam possit. His
de rebus scripsi proximis copiosius, teque rogo mihi ut significes
An eas literas acceperis. Porro in epistola quam attulit Doctor
Georgius iterum me obiurgas quod de te iudicauerim re non-
dum explorata. Ego uero non iudicaui me credidi ru-
moribus qui tunc adferebantur, sed explorandum dixi. Quare
Commisi Georgio ut tecum ageret, ut significares mihi
quid esset constitutum de clandestinis sponsalib. Quid ergo
utrum hominem amicum percontari? Quod si est id
iudicare, fateor me nullas literas scire. An mox accenditur
incaelo tumori qui meras exploraui quomodo se res habeat?
Nulla fuit causa, mi Caspar, cur sic responderes: Sed
omittam

omissam querelam. Hoc rogo, quemadmodum saepe alias,
ut in hac tua provincia, plena, ut vides, periculi, nihil temere
de desponsationibus statuas contra receptas leges. Leges ipsae prohibent
clandestina sponsalia, nec tamen rescindunt: Idem tibi sequi tu-
tissimum est: Nam in concionibus acerrime commonere debe-
bis liberos sui officij, ne iniussu parentum contrahant matri-
monia: Verum in iudicio contracta rescindere non perinde
tutum est. Nunquam Witebergae rescidimus quod equidem sciam.
Quod si parentes contendant ut rescindatur, potes ad aulae
iudicium rem reijcere. Haec ego simplicissimo optimoque animo
duxi ad te scribenda esse, speroque fore ut boni consulas.
ἀγαθὴ, inquit Homerus, παραίφασις ἐστὶ ἑταίρου. His
te praeceptis humanissimis ad mansuetudinem instructum
non decet aegre ferre si quis amicus bono animo moneat.
Quid enim est alienius ab humanitate quam tantam consuetudi-
nem atque haec officia et amicitiam, adeoque etiam vitam tollere?
Non erat ad manum Ambrosij codex, alioqui adscripsissem
tibi quendam locum in quo praecipit, ~~ut~~ ne sine pa-
rentum autoritate liberi contrahant matrimonium, quem
cum legeris videbis quam modeste isti gravissimi ac sanctissimi
homines huiusmodi causas tractaverint. Et quidem
ibidem citat duos etiam Euripidis versus, quos ea in vulgaris

exemplaribus desiderantur, adscribam.

νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς
μέριμναν ἕξει, κοὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε. id est:

Cui me viro desponderit pater meus curabit: hac de re statue-
re non est meum. Sunt autem verba Hermiones apud
Euripidem in Andromache, sibi petenti Orestis, ut illa sibi nubat.
Locus hic Ambrosii est in narratione historiae Rebeccae. Totum
illud caput tibi describemus, si istic nullum habetis Ambrosii
Codicem. Vides autem gravissimum scriptorem nostris quoque
litteris delectatum esse: Neque enim his sententiis usurus erat, si
ab his studiis abhorruisset. Utinam nostrae aetatis Theologi
non usque adeo hasce disciplinas contemnerent. Ego te ob
hanc quoque causam magis amavi, quia harum sensi te stu-
dium non simulate ut quidam mei aemuli, sed ex animo
colere. Quaeso itaque te, ut mutuo nos ames, veteremque
benevolentiam erga me tuam conserves nec patiaris te a
me abalienari per improbos quosdam sycophantas quibus no-
stri turpiter & scelerate dissidium. Christus autem gubernet nos omnes
ut ipsum colamus, praestemusque caritatem quam toties nobis
praecipit. Vale. die dominico post festum Martini 1527.

Philippus.

EIDEM.

Accepi tuas

S D. Accepi et tuas et senatus vestri litteras, ex quib. intelligo vos mirifice cupere ut vestrae Ecclesiae Johannes Vlstadianus p̄ficiatur. Respondi itaq. senatui videri mihi consultum ut vniv̄ laeum mittant hunc Vlstadianum hac septimana, aut primis dieb. proxima septimanae. Cupio enim ex ipso Vlstadiano audire quid Neapoli egerit. facile perfici ut apud nos maneat, si modo viam aliquam consulendi Widonti pastori excogitare poterimus. Illi enim destinata est Vlstadiana parochia. In vno hoc tota res ꝯsistit verum quomodo ꝯfici possit. Widenti illi ꝯ parochia abdicare propter senilitatem quia alitum in ꝯcionando intolerabilis vae- tus ꝯ. Cum autem coram veniemus, spero nos rationem ini- turos totius rei ꝯficiendae. Crede mihi nihil in his rebus priuatis affectib. meis tribuo: Vtilitati communi et voluntati bonorum virorum apud nos et alibi studeo morem gerere. Hoc biduo primum ex Torga redij. fui et Wittenbergae comitatus hibernum. qui dei beneficio est satis valet hoc tempore. Caetera coram. Vale feliciter. die ꝯ post ferias purif. Mariae.

1528.

Philippus tuus.

EIDEM.

S D. Video te, mi Caspar, veterum amicorum prorsus ob- liuisci: Dedi igitur has literas huic tabellario ut apud te nostrae veteris necessitudinis memoriam renouarem. Cupio autem ut per occasionem ad nos scribas de omnibus tuis reb. deq

tuae

tuis Ecclesiis statum, quam opto esse tranquillam. Hic Dei beneficio, tranquillitas mediocris est. Noster Pomeranus abest Brunswigi, vix rediturus ante natalem Domini: Ibi Ecclesiam & ministros ordinat. Proficiscetur etiam brevi Hamburgam. Tu ora Deum ut det nobis pacem. Solus enim Deus liberavit nos hoc tempore horribili bello quod Satan miris technis volebat excitare. Sed prodest nobis hic casus ut acuat in nobis solicitudinem orandi, & gloria videlicet expectandi, fidem etiam confirmat erga Deum. Vale feliciter. mense Iulio. 1529.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Nicolaus Dunkel minister Iohannis Duci petivit ut se tibi commendarem ut dares operam, ut in ludo literario urbis vestrae consequatur hypodidascali munus. Amabo te si quid potes commode beneficere ne graveris eum adiuvare. Mihi quidem non est explorata eius doctrina: quare non possum eam bona fide praedicare: sed opinor tibi doctorem notum esse. Et si callet grammaticam, nihil requirendum censeo amplius praeter fidem. Bene Vale. pridie Cal. Febr.

Φιλιππος.

EIDEM.

S. D. Gaudeo & ego. Stephanum ad Ecclesiae docendi munus delectum

delectum esse, Deumq. oro ut mentem eius ac studia regat, ut sit vere θησαυρος Ecclesiae Christi: Nam hoc quidem tempore, magis de Ecclesijs & de studijs sollicitus sum, cum video principes occupatos magnis quibus rebus, haec domestica quae praecipue curare deberent, non admodum respicere. Sed Deum oramus ut hos motus sedare velit & dare placidam [illegible]. Stephanus coepit tua opera uti in discenda lingua Ebraea. Cui [illegible] his locis non deesse Iuvenis flagrantes honesta cupiditate discendi. Rogo te Carissime Aquila, ut animi tui aequitate ac lenitate quadam alienis moribus condones: Ita facilius tuebere & tuam & Ecclesiae tranquillitatem. Stephanum tibi commendo, qui studio te amat plurimum & vera observantia colit. Bene Vale. Die Chiliani quem arbitror vestrae Ecclesiae initio [illegible] esse. 1542.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

S. D. Venerande domine pastor Ecclesiae Dei & cariss. amice. Assiduas privatas & publicas cohortationes meas multis notas sunt, in quibus hac duo praecipio nostris auditoribus, ut venerentur Evangelij ministros & omnib. officijs alant [illegible] publicam nostrarum Ecclesiarum. Ideo scito & Magistro Iohanni nunc & esse & futurum esse hortatorem ad hoc officia praestanda; Et ipse mihi pollicetur, se, si receptus fuerit ut fungatur munere

diaconi

diaconi, summa diligentia perfectum ut modestiam in ipso & studiorum concordiae probetis. Senatui scripsi voluntatem esse ut audiant eum & postea de tota re cum ipso constituant. Deus aeternus pater, domini nostri Iesu Christi regat & servet nos, Ecclesiam Dei in oppido vestro & vicinitatem totam. die Andreae 1545.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & amice carissime: Etsi ipse in exilio multo duriore sum quam tu, tamen & de tuo exilio saepe cogitavi: sed gratulor tibi mediocre hospitium, ac Deum oro, ut te & Ecclesias harum regionum omnes servet. In nostra Ecclesia & Academia, Dei beneficio, nec doctrinae nec rituum mutatio facta est. Vox Evangelij sonat incorrupta & eadem quam audivisti, quando hic nobiscum fuisti. Studia literarum et mediocria sunt, ut ostendunt carmina de nuptijs Magistri Erasmi Rheinhold scripta quae tibi mitto. Oro autem ut aliquando ad nos scribas. Bene & feliciter vale. Calendis Maij. Salutem opto meo hospiti. 1550.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater: Non casu non ex Democriti Atomis nascimur, sed vere conditor

est generis

et generis humani Deus sapiens & bonus qui & suae sapientiae
radios inseruit hominibus & στοργὴν ardentissimam ut sit
commonefactio de amore in ipso aeterno patre erga filium &
erga nos. Esto igitur hortator uiro honestissimo Iohanni Rheinsolo
ut cogitans de στοργῇ in Deo Christiae Erasmum paterna bene
uoluntate. Est in adolescente natura doctrinae capax & uis
ingenii egregia & initia doctrinarum recte didicit, ut Deus in
dicare potens. Erit Deo iuuante utilis reip. & in hac senecta
solatio, animo & amico. mores tu sunt placidi & nobis obtempe-
raturum esse spero. Mitto tibi pagellas in quibus historia
digna lectione glitur. Bene vale uir optime & mihi
carissime. die Castrorum Angelorum. 1554.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

S.D. Reuerende uir & carissime frater. Speremus non
procul abesse illum laetissimum diem triumphi filii Dei, in
quo Ecclesiam uniuersam ex morte uno calum adducet ad
aeternum patrem, ut deinceps Deus sit omnia in omnibus.
Omnia enim regna mundi horribiliter ruunt. Romanus
tyrannus bellis Italiae suae tyrannidi inclinationem attrahit.
Caetera regna, Ungaricum, Germanicum, Anglicum lacerantur
variis modis: Interea ut filius Dei sui umbraculum
Ecclesiae inter nos, assidue petamus. Mitto exemplum

edictorum publicorum. fortassis alicubi uersus de prodigijs & de festis tibi non ingrati erunt. Bene vale 3 octob. 1556.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Hoc scilicet ad summas animi mei molestias acce- dit ut tu quoque me talibus calumnijs abalienares. Sic habe: Ego nec dixi unquam neque cogitaui quae scribis, et potes has literas ostendere autori illius fabulae quisquis est. Ego enim non dubito affirmare eum nequissimum ac mendacissimum om- nium hominum esse. Et tu fiduciam meae conscientiae affir- mare potes. nunc te rogo ut has meas literas exhibeas omnibus qui ad te hos sermones detulerunt. De Pauli loco satis me exercet Islebius, et iam nouos in aulam cau- sam dicturus capitis opinor, propter illud scriptum. Ego sem- per tum illam sententiam in enarrando quam uideo et ueteres amplexos esse, et nihil absurditatis habere. De dog- mate ipso consensum mihi cum Lutero: nec propterea uideri debeo ab illo dissentire, etiamsi aliquem locum paulo secus interpretor. Quis enim hoc non facit? Et in hoc loco ego nullam nouam interpretationem finxi: ueterum est, ut in Hieronymo est cernere. Et nihil habet absurditatis. Olim Sophistica Theologia regnabat. Nunc pro illa multi am-

plectuntur

plectuntur sophisticam, qui si me commouerint accipientur pro merito. Et commouissent iamdudum nisi ego in tam multis dissensionibus reprimerem me, cumque studere non augendis dissidijs sed sarcienda concordia. Quaedam mandaui tibi dici de clandestinis matrimonijs, de quibus respondeas mihi. Nollem enim ea rescindi. Vale. Dinstag post Martini diem.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Exposuit mihi tuus collega consilia sua de quaerenda alia parochia. Hunc ego, quoniam ita postulat ipse, libenter adiuuabo. Si uolet ei cedere Vlstadensis de sua parochia, agam & ipse apud clarissimum principem de literis, ut uocant, praesentationis. Aliqua ex parte ius designandi pastoris in Vnstadt ad concilium Academiae nostrae pertinet, quo si reiecta res fuerit, ego tunc dominum quantum potero adiuuabo. Non obesset si Iohannes Vnstadius cum Glario ageret, ut de eius quoque uoluntate res facilius confirmetur: tametsi existimo utriusque senis, tui collegae aetatem respectuum esse quam minus obsistat ei in hoc negotio. Quicquid erit quod ego uel apud clarissimum principem, uel apud concilium Scholae uel apud alios potero efficere, non erit uobis mea opera defutura. Sed quando respondes mihi? Scire cupio an acceperis meas literas,

quibus te placare uolui, hominem tam ueterem mihi deuinctum amicitia. Die Saturni iter suscipiam versus Torgam ubi audiendi mihi sunt Censores mei, qui ualde, ut Cicero dicunt, ἀπολόγως inquirunt in meum libellum. Tu roga Christum ut regat & gubernet omnes docentes in Ecclesia. Vale. die Lunae post festum diuae Elizabethae. 1527.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

S. D. Ago tibi magnas gratias pro Xenio mihi misso ac pueris meis. Ego nunc tracto causam Sacramentariam in publicis lectionibus, et non subtiliter, certe pro uirili: Spero tamen fore ut in tot contentionibus aliqui eo labore adiuuentur. Tu uide ut istic uigiles ne uel ἀναβαπτισταὶ uel alij noua dogmata serentes perturbent tranquillitatem Ecclesiae. Moderate docendo plus proficies quam conuicijs. Vides in Augustini illius nimis literis quantum offendantur boni uiri conuicijs. Si potes istuc pertrahere Vlspadiensem nihil impediam, imo iuuabo nos. Non enim magnopere propero eum Neapoli traducere. Omitto quaeso illas querelas de mea erga te uoluntate. Ego te & amo & amabo semper, dum moderate docebis: magisque tuis laudibus candidis fauet quam ego. Vale feliciter. Die Dionysij μετὰ τὴν ἀνάστασιν.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Heri fuit hic Aureus quem nullo modo persuadere potui ut Ulstadium omitteret. Exposuit etiam iam in Bursoltz successorem Ibachi datum esse, et Ibachum proficisci in Hassiam. Habes summam orationis Aurei: feras igitur quod mutari non potest et Iohannem Ulstadianum sinas Neapolin migrare. Est illa, ut vides, legittima vocatio principis autoritate facta, cui parere omnes debemus. Spero autem futurum ut tempore inveniatis aliquem pastorem non minus idoneum. Interea et aerarium vestrae Ecclesiae erit locupletius. Ego si unquam aut tibi aut tuis gratum facere potero obsequendo vobis, faciam libentissime. Vale feliciter. Ex Iena. die tricesimo post dominicam Invocavit. Scripsi et Iohanni Ulstadiano: eas literas quaeso te ut ei mittas.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Existimo sacerdotem missum ad aulam impetrasse quod voluit. Ego dies iam aliquot, inspectione absoluta, in aula haereo ut perficiantur quaedam negotia Ecclesiastica. Princeps voluntate et optima et plurima patitur propter defensionem eorum qui docent in Ecclesijs: quare non putes indignum, si tu quoque pateris. Video plus satis ubique intemperantes esse doctores qui onerant odio et periculo principem. Te

igitur

igitur, mi Aquila, ad patientiam adhortor. Si necessaria de-
cernis vestr[a] gratior Ecclesiae tuae. Caetera quid populo prosunt? cum quanta sit imperitia nostri; Et politias negotijs quantum potes abstine. Caeterum tibi numerari misi, quia tantum in visitatione pauculos quosdam casus & infinitas molestias sustinere. Vale feliciter. Ex Winaria die Veneris in octava Natalis principis Iunioris. 1529. Philippus.

EIDEM.

S. D. Etsi magnae dissipationes quotidie fiunt, & impendent tristiores: tamen Deo iuvante mens mea cum Ecclesijs tuis congruentium sonantibus vocem Christi quam tua Ecclesia sonat, semper gestit. De Academia nostra nihil certi scribere possum. Fortassis conventus Augustanus nos nova exilia suscipere coget. Carolus Imp. postulat ut omnes principes Concilio assentiantur, & promittere dicuntur se assensuros esse: Sed brevi tu & nos certiora audiemus. Dialectici libelli primum in nundinis absolventur: Cum erunt absoluti tuus dilectis filijs mittam tibi. Gratias tibi ago quod & meo dolore adficeris & tua consolatione medeni meis vulneribus studes. Plura scriberem, sed iam accepi literas de periculoso morbo meae coniugis & de alijs publicis periculis. Deus mitiget publicas & privatas aerumnas.

Bene

Bene & feliciter valete. Salutem opto viro integerrimo patri Magistri Erasmi, quem hodie expecto. die 18 Septemb. 1547

Philippus Melanthon

EIDEM.

S. D. Reverende vir & amice carissime. Donec possumus colloquamur, & omni studio foveamus consensum Ecclesiarum in verae & incorruptae doctrinae propagatione. Etsi autem magnae & horrendae sunt & erunt confusiones Imperiorum: tamen inter has ruinas speremus Deum servaturum esse aliquid coetum sanctum & quidem in his ipsis locis ubi sonat vox Evangelii, & in familiis piorum ut scriptum est: Generatio rectorum benedicetur. Pro tuis litteris mihi nuper missis gratias tibi ago & mitto vitam Hieronymi & dulces quasdam Stigelii elegias. Orationes continent consolationes accommodatas huic tempori. Bene vale & scribe saepius. Civitates saxonicae aliquae communi consilio decreverunt se non recepturos esse Sphyngem Augustanam.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & amice cariss. In deliberatione quae extat, elegimus articulos perspicuos quos & intelligi & defendi ab omnibus oportet. Hos ut commendaremus iis ad quos scribebamus seiunximus, alias obscuriores in quibus etiam sapientes dicunt nos non

necessa

necessariaque certamina movere. Propriam igitur confessionem nobis
& alijs integram servari in qua de pluribus materijs dicendum
erit. Nec dubita, satis disputationum movebit Antagonista noster
qui iam librum contra Aquilam & Illyricum, sic me appellat,
edere dicitur. Crasso te ut Adamum pastorem Euter. nobis
commendes. Scribis ut miserae mulieri apud nos solvat quod ei
debet & promisit ut meminisse te quam puto. Satis subtiliter
agit, si non solvit. Bene vale. 14 Calend. octob. 1548.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Respublica omnes docti
lugent mortem Erasmi viri doctissimi & integerrimi &
vera pietate studiosi Dei colentis. Multum enim contulit studijs,
& iam labor eius plus profuturus erat. Ego vero quam propter privata,
tum familiaritatem & colloquia plena eruditionis & pietatis
valde eum desidero, & magno in dolore sum quod tali amico
& collega orbatus sum. Sed Deo obtemperemus. Tu quoque
patris necessitatem lenito. Mitto tibi & carmen de eius vir-
tutibus & meis compone quo lectionem spero tibi gratam fore.
Talium nostrorum scriptorum Erasmum volebam esse iudi-
cem. Te quoque oro ut legas ut iudex. Nos in multis mag-

nis 7

nis aerumnis utrinque servimus doctrinae verae studijs & optamus ut
in harum regionum Ecclesijs sit aeternus consensus & aeterna con
cordia: Qualis autem sit quorundam κακοήθεια contra nos expe
rimur. Oro filium Dei, ut sanet nostra vulnera. Bene vale &
interdum ad nos scribe. die 9 Maij 1553

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Nulla vox ardentior
unquam in coelo & in terra audita est quam precatio filij Dei in agone,
in qua orat aeternum patrem ut faciat, ut unum simus in ipso.
Ad hanc summi nostri sacerdotis precationem adiungamus & nostra
vota & gemitus & cum ipso petamus ut sit vera & perpetua
Concordia Ecclesiarum in his regionibus. Sit in nobis etiam mutua
tuendae mutuae benevolentiae. Nos libenter vobis omni genere
officij gratificamur. Hunc Henricum & audivimus & audi
vimus ac audivissemus diutius, si potuisset hic dies aliquot com
morari. Publicae ordinationis testimonium ei tribuimus ac
tibi eum commendamus regendum: Solemus enim iuniores
hortari, ut se ad aliquos seniores adiungant. Mitto tibi pagel
las proximae disputationis. Magnum mihi certamen est cum
Stancaro de Mediatore, de quo scriptum meum tibi & alijs mittam.
Bene vale. die 17 Augusti. Salutem opto seni Reinold & vobis omnib.
1553.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Utinam non solum per literas, sed coram saepe colloqui possemus, non de vulgi fabulis sed de gravissimis doctrinae capitibus. Utilis est enim collatio cogitationum & ad eruditionem multorum & ad consolationem. Dei beneficio adhuc consentiunt & Academiae in his regionibus omnium: Rostochiana in qua mediocris frequentia est, Gripswaldensis, Francofordiana, Lipsica & nostra. In Regiomontana nobiscum sentiunt etiam doctores boni & eruditi: sed tumultuantur quidam Stancarij compotores. Oro autem tecum ut filius Dei protegat has Ecclesias & nos gubernet & faciat ut unum simus in ipso. Mitto tibi pagellas & inscriptam integerrimo viro Johanni Rhenolt exhibito. Heri mecum fuit Erasmus qui modeste vivit & paterno studio delectatur. Bene & feliciter vale. Cal. Ianuarij 1555.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Oro filium Dei dominum nostrum Iesum Christum qui est custos Ecclesiae suae, ut & harum regionum Ecclesias protegat ac gubernet, & tibi placidam senectam tribuat & confirmet tibi vires corporis & animi. Erasmum tibi commendo, quem etiam propter contagia morborum

borum quae nunc magis grassantur propter Saturni & Martis coniunctionem & propter Cometam hortatus sum ut ad nos expatiarer. Mitto tibi orationem de studijs Ecclesiasticis, quam cum legeris quaeso ut mihi significes quid tibi videatur. Vagantur Errones qui circumferunt reliquias furoris Servetici: de his tantis rebus praemonari iuniores necesse est. Bene vale. Salutem Iacobo & alijs collegis opto. die aequinoctij Verni. 1556.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Cariss. frater. Simplicissime hoc affirmo, quod verum est Deus a καρδιογνώστης est spectabitur, Nos velle ut Ecclesiae harum regionum vere VNVM sint in IPSO, ac benevolentia nostra erga vos omnes sincera est. Et optarim non praeberi occasionem novis calumniatoribus ab ulla parte. Nec alia vox doctrinae apud nos quam in vestris Ecclesijs ut sperant auditores poterunt. Nec pugnat noster collega de illa expositione de qua scribes. Mitto pagellas, & ut detur D. Iacobo, peto, Et vobis omnibus salutem opto. Heri multa cum Erasmo locutus sum & mihi carus est. Salutem sum & vobis omnibus opto. Bene vale 1555.

Salutem optat vob. senex Caspar Cremaeng. Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Socratis dictum esse

scribitur

scribitur, Ut in frigore tegumentis opus est, ita in senecta, tranquillitate. Quod igitur Deus tibi tranquillam senectam tribuit, hoc dei beneficium tibi gratulor, & eum oro ut tibi vires animi & corporis confirmet. Mihi in senecta hoc accidit quod in Homero scribitur. ὦ γέρον, ὡς μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί. Sed oro Deum ne in senecta deficiat virtus mea. Bene vale & sis memor veteris nostrae amicitiae quâ dulcius aliquanto post in caelesti consuetudine fruemur, quam in his tumultibus in hac vita frui possumus. Iterum vale. Hunc autem vestrum tibi commendo, cum quidem sit orphanus & mens eius sit pia & mores sint honesti: & eru-ditione ornatus sit, & Deo iuvante Ecclesiae vestrae futurus sit.

1558

Philippus.

EIDEM.

S. D. Venerande domine pastor. Deum aeternum patrem, patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut servet Ecclesias & studia doctrinae salutaris. Basilium etiam diligentissime hortatus sum ut suum officium recte faciat & pastorem vestrum & collegas de tota politia scholae in consilium adhibeat. Formam praescribere non potui, quia nesciebam quis nunc servetur ordo lectionum, qui si probabilis e, non velim facile eum mutari

eum mutari: Nam crebrae mutationes non sunt utiles. Sed omni-
no curato ut pueri adigantur tenere ad discendam regularem
grammaticam. Deploranda est enim opinio quorundam sciolo-
rum qui sine regulis grammatices volunt linguam latinam
sola consuetudine percipi. Si autem meo consilio opus esse exis-
timabis, mihi formam scholae descriptam mittito, ut meum
consilium ad eam accomodare possim. Mitto tibi paucas pa-
gellas, quia nunc nihil habebam recentius. Bene & feliciter
vale. die Sanctorum Angelorum 1545.

Philippus Melanthon

EIDEM.

S. D. Meministi vocem filij Dei, qui commendat nobis
adolescentiam cum ait Sinite parvulos ad me venire. Ne-
cesse est igitur monstrari primae aetati filium Dei, dominum
nostrum Iesum Christum: Nam ad eam literis & doctrina opus est.
Quare scholas Deus & instituit & servat, & ut diu servet flo-
rentes in his regionibus toto pectore oro. Nunc autem Magistrum
Basilium Hungarum natum Lorgae, domesticum & doctum virum
indicavi Senatui & indico tibi. Iudico idoneum esse ad
gubernationem scholae oppidi Salueldensis, sed tamen consilium
& iudicium de eo vobis relinquo libenter. Cum autem
sciam eum bono & modesto ingenio praeditum esse & literis
bene

bene institutum, commendo enim tibi tuendum & ornandum.
Verissime ipse, ut decet, te omni reverentia tanquam pium Ecclesiae
pastorem colo. Bene vale. die 14 Septembr. 1545.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

S. D. Reverende domine Aquila. Multa sunt illustria
testimonia, quae ostendunt mihi non deesse studium tuum
de tranquillitate Ecclesiarum in his regionibus. Ipsum etiam
Naogeorgum ante sex annos oravi ne dissidia excitaret, cum
quidem ad me misisset quaestiones de multis articulis, ex
quib. calamitates oriri poterant. Et tunc se repressit. Postea
a me placide admonitus de lapsib. Electorum magnaque id pla-
cide accepit. Et habet admiratores in aula. Nunc igitur ta-
cebo, ne dirae irritentur. Vobis etiam consulo ne cum eo rixe-
mini. Si principi significatum est quid doceat, forlasse cogita-
bitur in aula de tuenda tranquillitate Ecclesiarum. Si stylum
in nos strinxerit, dicemus ea quae Ecclesiis profutura esse iudi-
cabimus. Nam nec grandiloquentiam ipsius nec tragoedias
metuo. Redit ad nos Adamus nondum ordinatus. Libebit
enim adferre testimonium de quadam controversia matri-
moniali. Bene vale. die 9 Iunij. 1546.

Philippus Melanthon

EIDEM.

S D. Mihi quidem, mi Caspar, facile patior abs te satisfieri. Est enim perspecta mihi tua erga me voluntas perpetua. Verum hoc te rogo etiam atq. etiam, ut tuam Ecclesiam moderate doceas ea quae ad aedificationem faciunt. Eos qui tibi non commissi sunt, sinas valere καὶ οἰμώζειν. Nec te vel Monachorum maledicta vel aliorum calumniae commoveant, ut quod alienissimum esse a doctoribus Ecclesiae debet, apud vestram plebeculam rixeris & tuos affectus minime idoneo loco vulgaris. Non ignorabam ego fore quin ex illa mea prolixiore paucula hic ostenderentur, sed non putabam omnium calumniis nos moveri debere. Tam leves & frivolae sycophantiae non plus ad bonos viros pertinent quam Iudaeorum aut Arabum plebiscita. Sine igitur maledicere improbos, nec tu ea maledicta ex cauponis in concionem adfer, sed his dissimulatis tuam rem age & doce utilia. Ita facile vinces istos sycophantas. Hoc quoque te monendum duxi, quod Christus praecipit discipulis ut sint prudentes sicut serpentes, Ut caveas necubi illorum etiam cupiditatibus morem geras, qui non oderunt Monachos ob aliud, nisi quia in eorum possessiones invadere cupiunt. Nec accuso cives tuos omnes, sed animadverti quosdam istic homines esse plus satis vehementes. Tu autem scis quid sit in vetusto versiculo: Equi perdiderunt senes?

Oratores stulti, adolescentuli. Adnuisq dominum gsilia crede-
miti, singulari tibi vigilantia & prudentia opus e. Doctor
Hieronimus hinc his dieb. abibit. Si tamen vis, mitte huc
testimonia & totam causam: deliberabo cum alijs. Cura etiam
huc mitti libros Mathematicos qui esse scis. Vale

Philippus.

EIDEM.

S. D. Recipio tuam satisfactionem, mi Gaspar, teq; adhortor, ut
quod decet virum doctrinam caritatis profitentem, benevolen-
tiam erga me tuam retineas. Vides quod sit seculum: quam
multe ubiq; dissensiones, quam Vaticinia alia corp inter se
qui caritatem alios docere debebant. Et ego quotidie magis ex-
perior, quantum haec dissidia noceant publice in Ecclesia, quan-
tum perturbentur vulgi conscientiae talibus scandalis. Quare
te rogo, ut tuum erga me, tum erga alios caritatem quam tan-
topere nobis commendat Christus, summa cura, summaq; patien-
tia retinendam tibi esse statuas. Meus erga te animus & idem
qui semper fuit, hoc est tui amantissimus. Tu hunc amorem
maxime augebis si pergas moderate docere ea quae necessaria
sunt, quaeq; ad aedificationem faciunt. Fui Torgae, ubi sic
satis vapulavi. Tametsi meus Aristarchus non fuit tam acer-

bus qu

bus, q̄ quidam fore suspicati erant. Pro Luthero orabis. Is enim ne tunc quidem integra valetudine erat. Mitto istuc literas ad Vlstadium, quas quaeso cures Iohanni reddi, quia principis nomine sum ad me accersi. Vale. pridie Diui Thomae

Philippus.

EIDEM.

S D. Venerabilis vir. Duo adolescentuli mittuntur ex oppido Lobda in scholam vestram, qui publica Ecclesiae Lobdanae eleemosyna aluntur. Rogauit igr me Custos ut commendem eos tibi & d. Scribae Senatus. Petunt autem ut cures ut hospitia ibi non magno sumptu viuant: Nam Eleemosynae publicae non p̄nt magnis sumptib. sufficere. Quaerendus aut hospes qui liberalitate sua etiam aliquā ex parte iuuet hos pauperes scholasticos. Ad haec te nolunq ut Inspectorem studiorum ut cures ne in ignauos collocentur pub. Eleemosynae. Si non proficient alij digniores quaerendi erunt. Totam rem tibi & d. Scribae Senatus Commendo. Videtis esse piorum officium & reip. ac Ecclesiis debitum: Ideo spero vos libenter hanc curam suscepturos esse. Bene vale. Saluta amanter meis verbis D Scribam Senatus. X februarij 1536.

Philippus

EIDEM.

S D. Binas literas abs te accepi, q̄rum alteras reddidit

Scriba

78

Scriba noster, Alterus is qui farinam attulit. Posteriores sane gra-
tae fuerunt: faciunt enim τροφὰ ἔξ ἄλφιτα ut graeci dicunt.
Sed extra iocum. Utraeque fuerunt gratissimae. Si scitum quid egisses
de ludimagistro qui iam fuerat diaconus designatus, nihil mutasse.
Tua culpa est, quod non satis diluride scripsisti: Interea te adhor-
tor, ut non sinas te commoveri impiorum calumnijs ac male-
dictis. Islebius reprehendit quod a motu poenarum inchoari
poenitentiam scripserim, non ab amore iustitiae. Scis autem
me consulto fugisse illam de amore iustitiae disputationem, non
quin ipse sentiam denique quod esse timendum esse, sed quod
viderem mentem Christianam in illis terroribus sero eo pervenire
ut aeternarum poenarum motu non commoveatur. Meministi quod
ea de re Lutherus tecum, cum de timore servili et filiali colloque-
remur. Sed ille, ut vereor, delectatur ingenio. Ego respondi
ei et vicissim ab eo literas expecto. Quod si videro eum
bellum parare, rogabo ut sibi sumat alium quempiam ex
his qui adversantur nostrae doctrinae quicum litiget. mihi
decretum est cum eo non rixari. A Lutero heri literas accepi
in quibus significat mihi qua sit valetudine: Est incerta
quare pro ea orabis dominum. Pro farina ago tibi gratias.
Nec plus postulo mihi mitti, nam mea uxor non sit cognitu[?].

Philippus[?]

Pulvis cuius ita faciendus est. Die häutlin von den hünnermäglin soll man lassen dürre werden vnnd vil zusammen samlen, darnach nehmen zingiber, galangam vnnd calamum vnd soll die häutlin vnd diese aromata miteynander stossen. Es sollen aber die häutlin als vil sein im pondere als der andern stuck. id est: pulvisculus soll halb gemacht werden von häutlin die ander halbe von zingiber, galanga vnd calamo. Solchs gestossen alles soll man brauchen a prandio & Coena ein messerspitz, so vil als man mist eynem messer pflegt zufassen.
Ego compertus stomachum valde iuvari ea medicina & parabilis est. Vale & pro nobis ora.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Historiam Marpurgensis conventus perscripsi ad Islebium, quam non dubito quin is tibi legendam sit exhibiturus. Valde miseret me adversariorum nostrorum, qui videntur errore quodam non malitia inviditi in id dogma quod spargunt contra verba scripturae. Infirmis & lenib. quietius nimium nec intelligunt quanti negotii sit munire conscientias contra iudicium Dei. Tu igitur fortiter depinges per verbo Dei & cavebis ne in Ecclesiam nostram serpant incerta dogmata. Cinglio mihi gratum est ex Erasmi scriptis primum hausisse opinionem suam de Coena Domini. Audiam Argentinae incommode

de de Trinitate etiam loquuti ferebantur: Itaq. Maiorem abs eis ut suam sententiam recitarent de Trinitate, sed confessi sunt, se de ea re prorsus nobiscum sentire iuxta Nicenam Synodum. De omnib. articulis libenter sunt assensi nobis praeter unam hanc causam de Cena domini, de qua etiam assensuros esse aliquando spero. Nunc postquam tam late vagata res est, quam est malevolentiam. Medio aperte dixit se semper quantum potuerit abstinuisse ab hac controversia, ac spem fecit nobis futurum ut in posterum magis etiam abstineat. Vale. Iena. Φιλιππος.

EIDEM.

Ul. 1, 95. edita

S. D. Venerande domine Caspar. Cum spes ostensa esset instaurationis Academiae nostrae, magnopere me obtestarentur Collegae ut redirem, moverunt me Academiae nomen, Coniunctio Collegarum, solitudo et maestitia huius Urbis, in quam antea multae gentes intuebantur, ut huc redirem. Videbatur enim singulare Dei beneficium esse quod oppidulum nostrum non funditus deletum esset, Iudicabamq. alterum Dei beneficium fore si etiam alveoli schola restituerentur. Cum autem etiam mihi maledici propter hunc reditum nihil respondeo, nisi precari me ut meo dolori veniam dent. Aeger animus semper maeret, inquit Ennius. Fuit igitur in hac tanta maestitia una fortassis

fortassis animus meus avidior coniunctionis vestrae et amicorum
quibuscum in societate honestissimi laboris tam diu vixi. Fie-
ri etiam potuit ut spei plus haberem quam pro temporis conditione
sperandum erat. De instauratione Academiae, quae an perpetua
sit adhuc dubium est. Certe nec voluptates nec opes quaesivi.
Vivo hic meo exemplo ut hospes et [illegible] in communi
luctu et precatione: nec mihi dies ulla sine lacrymis abit.
Si procedat instauratio spero profuturam esse Ecclesijs ha-
rum regionum: Si non procedet tum demum in nova exilia
distrahemur. Nec mirum est nos, ut amantes huic distractioni
moram aliquam quaesivisse. Qui hoc meum factum sic
exaggerant, quasi doctrinam abiecerim, iniuriam mihi
faciunt, qui utinam eadem mala secum reputarent. Ami-
cos autem oro ut sint iudices mitiores. Confido meum hoc iter
meum nihil nocuisse reip. Edo hic libellum puerilem: sed
ut spero profuturum discentibus. nam ita retexui dialecticen
ut eam integram artem complexus sim et illustrium exemplis
quae in Ecclesia extare utile est. Venit ad [illegible] nuncio
quem ad [illegible] nostrum D. Pomeranum misisti. Scio
te non delectari fabellis, quas narrari istic scribis: sed
auctores qui spargunt calumnias illas graviter laedunt et
nos et Ecclesiam huiusque oppidi alioqui oppressam dolore. Una
et consentiens vox Evangelij adhuc in oppido nostro sonat
Dei

Dei beneficio, et mittuntur hinc singulis septimanis minis tri alijs Ecclesijs. Colimus etiam vera pietate & reverentia optimum principem & pro eo publice & privatim ad Deum precationes facimus. Denique mens erga Ecclesiam Dei & erga principem optime meritum, & doctrina in nobis neque mutatae sunt, nec mutabuntur. Nec quemquam in hoc tristi oppido audimus male loquentem de altera aula. Quare te oro ne calumnijs quae contra nos sparguntur credas, ac potius misericordia afficiaris nostrae Ecclesiae quae in magno luctu & maerore est. Ego nondum scio, tibi Deus in hac mea senecta mihi hospitium concessurus sit, in quo aliquamdo postsepeliar. Nostri doctores, D. Pastor & Cruciger & Koracinus tibi salutem optant. Bene vale. Calendis Septembris. Hic Magister Sebastianus collega noster copiosius narrare potest statum oppidi nostri. 1547.

Philippus Melanchthon.

Clarissimo viro, eruditione & virtute praestanti Victorino Augustano, interpreti graecae linguae in Academia Erfordiana, amico suo carissimo.

Lb. 3, 159.

S. D. Carissime Victorine: Saepe recitavi versus qui extant.

Haec omnes epistolae ad Victorinum non sunt editae.

Extant apud Platonem de concordia doctorum: οὐ χρυσὸς ἄγλαος οὐδ᾽
ἀδάμας οὕτως ἀστράπτει πρὸς ὄψιν, ὡς σοφῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδ-
μων νόος: non aurum non adamas ita fulgurat ut gratus est
fulgor consensus bonorum. Etsi autem caelestia dicta in eam sententiam
alia habemus graviora: tamen et hanc veterum vocem saepe repeto ut
studium concordiae in nostro agmine confirmem. Audio istic nescio
quos semina tumultuum spargi. Te oro ut gravitate tua et animi
moderatione totam eam rem dissimules et obruas. Tacendo facilius
sanabitur id incommodum. Expatiabor ipse ad vos quamprimum,
et mederi isti malo conabor. Mitto ad te adolescentem Claudii
Cantiunculae Iurisconsulti filium. Videtur puer bono ingenio
esse, et ait se discedere ex patria propterea quod pater imperet
quaedam superstitiosa quae sine offensione conscientiae fieri non
possent. Rogo ut quaeras aliquem amicum cui serviat adoles-
cens et a quo victum aliquantisper habeat. Bene vale.
die 15 Iulii. Anno 1547.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

7, 160

S. D. Charissime Victorine. Hic auditor tuus Franciscus Alten-
torpius narravit mihi se profecturum esse ad vestram urbem
ac rediturum Parthenopen explorato statu academiae in Tyri-
getis: facies igitur mihi rem gratam, cum verum fuerit, si
significabis quid laetum in Tyrigetis actum sit. Etsi enim
peregrinos

peregrinos exercitus in eam regionem adduci metuimus: tamen
in urbe nihil periculi fore spero, quo ut declines domicilium
& arx maneat magnopere opto. Sed si redieris ἄπρακτος
deliberatio tibi de Balthici littoris academia integra est. Expe-
cto igitur vel tuas literas vel teipsum. Ceterum autem hunc Fran-
cum tibi notum esse & probatum arbitror, quod te studiose &
audiuit & colit: tamen ut eum amplectaris mea causa mag-
nopere te oro. Servire Ecclesiae Dei vel in Scholis vel in
templis cupit, & doctrinae Christianae cogitatione & literis bene
instructus est & ad hoc ornamentum adiungit morum sancti-
tatem convenientem iis qui membra Ecclesiae Dei esse volunt.
Si ubi igitur occasio erit, iuvabis & ornabis eum. Bene
vale & rescribe. 2 April. Anno 1547.

Philippus Melanthon

EIDEM.

D. ibi. [?]

S. D. Cum David noster ad nos expatiaretur, ac ipso die
quo Augustini memoria celebratur, iter ingrederetur, libenter
ad te scripsi, & ne David utriusque nostrum carissimus sine meis
literis ad te veniret, & quia de Augustini concilio cogitans,
vestra etiam studia intuebar. Bibimus enim rivulos Augus-
tini, vel potius ab ipso ad fontes deducimur qui sunt puriores
quam illa hominum scripta. Oremus autem filium Dei domi-
num nostrum

dominum nostrum Iesum Christum, qui subinde excitat doctores salutares ut nos quoque regat & scandala sanet & nostris vulneribus medeatur. Davidis nostri carmen tibi mitto, quia nihil aliud nunc ad manum habebam. Reverendo viro D. Erardo Snepio salutem opto. Bene & feliciter vale. die Augustini.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

3, 162

S. Mihi vero semper ἔναυλος ἐν ὠσὶ manet vox filij Dei in agone precantis ut faciat aeternus pater ut unum simus in ipso. Certe scias me nequaquam oblivisci coniunctionis nostrae. Satis erit certaminum de magnis rebus non solum cum Pontificijs sed etiam cum alijs. Heri accepi fasciculum in quo chaos erat novarum opinionum: Nullam esse efficaciam Baptismi nisi in electis. Eodem modo & de Coena domini loquebatur. Et possem multa de magnis rebus significare. Filius Morij scripsit ad patrem: Oro te igitur ut cures per tuum socerum aut alios certos homines hunc fasciculum literarum ad eum mitti. Commendo tibi hunc Pannonium Stephanum honestum hominem. Bene vale. 24 Sept.

Philippus Melanthon

EIDEM.

3, 163

S. D. In hac communi maestitia aliquod est, ut Medicorum verbo utar quasi μαλακτικὸν ingentium dolorum Concordia eorum qui in Ecclesijs harum regionum docent. Hanc & mutuam benevolen-

tia

tia & aliis officiis alamus. Saxonicarum civitatum pastores edent communne scriptum contra corruptelas dictas quas continet Sphynx Augustana. Interea & ὁ κόλαξ μέγιστων defensionem edet Sphyngis. Sed si consensum nostrum tuebimur istius βωμολοχίαι minus nocebunt. Doleo maestissimas Ecclesias magis etiam turbari ab iis qui corruptelas doctrinae obtrudere conantur. Sed spero Deum Custoditurum esse multorum piorum gemitus & nobis opitulaturum. Bene Vale. Philippus Melanthon.

EIDEM.

S. D. Casta Deus mens est casta vult mente vocari: Et quidem ut intellectus castitatis discernatur a naturis immundis, ideo in genere humano Castitatem sanxit, quam Virtutem quotidie cogito in invocatione. Est autem & Coniugii fides castitas. Ornate & gratulor tibi vita generis castum & Deo placens, & oro Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani & autorem Castitatis & foederis Coniugalis, ut faciat, ut Coniugium tuum sit faustum & felix & tibi, sponsae ac parentibus iucundum, & ut pastoritas habeat Ecclesiam & hospitia tranquilla. In Academia vox doctrinae eadem est quam audivisti, nec ad nos pertinent consilia τῶν ἄλλα τινὰ τεχναζόντων, etsi ut in servitute multum aerumnarum ferimus. Slotelius ornatus & testimonio publico, quem quidem dignum omnium eruditorum benevolentia iudico

3, 164.

indico. Bene & feliciter vale & rescribe. die 22 febr.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

3, 105 — S D. Doctissime domine Victorine. Cum hic adolescens Arnstadiensis Henricus Cranchfeld in academiam vestram profecturus esset, petiuit a me testimonium de suis moribus & tibi nominatim commendari voluit. Hanc igitur epistolam ei dedi, teque oro ut eum complectaris. Natura bona est & ad facundiam idonea: & mores sunt honesti & placidi. Ubi autem & Stigelij ac tui amore maluit in vestra academia esse: tamen valetudo etiam coegit eum quaerere loca salubriora. Nostrum oppidum plane est, ut de Ascra inquit Hesiodus: χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ. Ego in hoc aestu duorum mensium paene extinguor, nec cibos habeo nec potum naturae meae convenientem. Spero autem brevi me ex hoc tristi carcere in coelestem patriam & academiam discessurum esse. Hac spe interea facilius has miserias fero. Mitto tibi & Nicolao libellos hic recens editos quia alias paginas non habebam ad manum. Dno Stigelio poetae optimo & vobis omnibus salutem opto. Bene vale. die Iohannis Baptistae doctoris nostri.

Philippus Melanthon

EIDEM

3, 106. S D. Spero prudentes de mea voluntate erga Ecclesiam ex meis

scriptis

scriptis indicare posse. Opto certe ut consensus doctrinae in ecclesijs ha-
rum regionum retineatur, & hanc ob causam labores & certamina
sustineo. Nec ero socius aut συμμαχος eorum qui mutare doc-
trinam aut turbare invocationem piorum in his ecclesijs co-
nantur. Te quoque adhortor ut veterem nostram amicitiam tue-
aris, praesertim cum Eccebolus nobis omnibus iam bellum inferat.
Scribit enim adversus Aquilam, sed ita ut per illius corpus me
petat, Et tamen in Marchia etiam nondum mutatio Ecclesia-
rum facta est. Sed scribit mihi vir doctissimus medicus Wili-
chius mandasse principem ut doctrinam quam Saxonicae sonue-
runt ibi Ecclesiae populo proponant, sed ita ne nominatim repre-
hendant τὴν καινὴν νομοθεσίαν. Scribam plura alias. Nam
nunc ad hominis miseri negotium abducor pro quo deprecatio
facienda est, de quo cogitanti venit in mentem, Me quoque ali-
quanto post inter captivos in simili fortuna fore. Sed commendo
me Deo καρδιογνώστῃ. Bene vale. die 5 Septemb.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

3, 167

S.D. Clariss. vir & amice cariss. Orate inquit filius Dei, ut
in messem suam extrudat Dominus ἐργάτας fideles & salutares.
Hoc ut ardentius petamus, passim Ecclesiarum orbitate moveamur
de qua magno cum dolore agito. Vix iam mediocres doctores

Urbi tantae

nubi tanta Augustae inveniri possimus, quae suis iam literis te vocat. Etsi autem accepi tuam responsionem, tamen necessarium esse censui exhiberi tibi Senatus epistolam. Meminimus & reverendus D. Snepfius & ego audire nos Augustae multorum civium disputationes de multis rebus, quae ostendebant initia doctrinae incruditae eis tradita esse. Iudex improbabat morem strangulandi fures & strangulabat tamen. Et possem alia maiora recitare. Ideo valde opto ut ad hanc instaurationem habeant doctores idoneos ut sis dici ἀρχὴ ἥμισυ παντός. Non hoc mihi sumo, ut me vestris deliberationibus ingeram. tantum oro ut si ipse proficisci in patriam non voles, viros idoneos nobis indices. Exempli causa plurimum refert etiam Ecclesiam in ea urbe recte constitui. Bene vale. die 13 Novemb

Philippus.

EIDEM.

3, 168. S. D. Venerande vir & amice cariss. Ut his diebus, postquam filius Dei conculcato capite Draconis victor ex morte ad matrem & apostolos rediit, dulcissimi congressus fuerunt & dulcissima colloquia filij Dei, primorum patrum quos iam resuscitarat immortalibus corporibus, & matris, & apostolorum: ita me velim iam ijsdem de rebus vobiscum posse colloqui. Et necesse erit nos de novis controversijs conferre sententias: Non enim volo Ἰδιοσ-

Αέγειν

recip. Iam me Doctori Vito adiunxissem nisi me molesta
quaedam retinerent. Scripsi autem amanter hos communes amici
cos. Exemplum orationis de duce Friderico tibi & socero tuo & Nicolao
mitto. & vobis omnibus salutem opto. Bene vale. die Paschatos

Philippus Melanthon.

EIDEM.

3, 169.

S. D. Clariss. vir & amice cariss. Scripsit ad me senatus Augustanus Imperatorem Carolum concessisse ut ecclesias suas ad normam Confessionis Augustanae constituant. Sic nominant Confessionem Ecclesiarum nostrarum. Hoc edictum prope simile est Cyri edicto quo reditus exulantibus Iudaeis concedebatur. Volunt autem Augustani indicari viros idoneos ad ministerium Evangelicum. At eo plus refert idoneos mitesque & concordes eo mitti, ne, si nova dissidia ibi orientur, Imperatorem suae Concessionis poeniteat. Indicavi igitur antea Reverendum virum D. Erhardum Snepfium cum tantum Inspectorem peterent. Nunc plures petunt. Te igitur & Davidem indicavi., teque oro ut cogites quantum referat illi urbi recte consuli & piam in ea concordiam constitui. Nec vero dubito te patriam amare & desiderio amicorum tuorum, quos ibi habes non vulgares affici. Sed magis Ecclesiae necessitate moveamur, quae ita lacerata est in ea urbe ut non sine magno dolore illam deformem dissipationem

dissipationem & scandala cogitare potius. Contra si pia ibi Concordia restitueretur, vulnus & animi sanarentur & Italiae exemplum prodesset. Quaeso igitur ut non remittes & Ecclesiae & publice operam ferre. Scribam eadem ad Davidem, tecum ut mihi respondeas oro. Bene vale. 5 Octobris.

Philippus.

EIDEM.

3, 170. S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Gravissimo consilio Dux Borussiae Academiam in illa ultima Germaniae ora, in urbe Regiomontana collocavit & conservare cupit, ut Evangelij semina latius in vicinas gentes spargi possint. Iudicat autem ita eam feliciter restitui posse, si tu ibi studia doctrinae gubernes, quia tuam eruditionem, pietatem & in omni officio vacillitudinem doctis & bonis omnibus probari intellexit. Quare te orat ut in Borussiam ad docendum venias, Viaticum dari curavit, & stipendium offert maius quam in caeteris academijs dari solet. Haec cum significare me tibi voluerit, ut literae eius, quas mitto ostendunt, principi pio & qui multis gentibus benefecit, & in hac senecta de posteritate sollicitus est, gratificandum esse censuj. Scio tuos labores in Academia nostra & Turingicis profuisse multis. Sed ibi propagares doctrinam in multas regiones quae hactenus nomen Evangelij non audiverunt. Scribo brevis quia tibi non deest consilium. Certe collegam virum eruditissimum

virum & modestissimum Iohannem Aurifabrum ibi habiturus
estis, cui quam dissimilis sit is qui iam tibi adiunctus est,
cogites, quamvis nondum totum aperuerit. Existimo ali-
quando post maiora bella moturum esse. De meis laboribus iu-
dicium doctis & bonis viris tui similib. libenter permitto, & me
filio Dei commendo. Bene vale. Die sexto Martij 1559.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

3, 171.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Hoc die videlicet ultimo
Martij, Hieronymus Stridonensis anno suae aetatis nonagesimo
primo mortuus est: anno post nativitatem Christi ex virgine 420.
anno post captam a Gothico Rege Alarico Romam sexto. Fugit
ille ex Europa in solitudinem Palaestinae & sycophantas & bella
Gothica: Nos quo possumus fugere? Minitantur Germanicae Tur-
ci & Galli: Et in omnibus locis multum periculorum ab inquie-
tis ingenijs. Sed tamen Deus servabit reliquias suae Ecclesiae, cuius
cives & te & nos esse non dubito. De Borussico negotio in-
tellexi tuam recusationem. Volo autem inter nos aeternam ami-
citiam esse, & si mihi dabit vitae spatia longiora Deus, decla-
rabo etiam benevolentiam si quibus officijs potero. Be-
ne & feliciter vale carissime frater.

Philippus Melanthon.

Hae omnes epl[ist]ae Christ. Lybio scriptae non sunt editae ?

Venerando viro, ingenio doctrina & pietate p[rae]stanti D. Christophoro Lybio diacono Ecclesiae dei in urbe Stendalia, amico suo.

S. D. Reverendus d. pastor ecclesiae n[ost]rae doctor Johann. Bugenhagen cupit te in Pomeraniam in aulam Episcopi Caminensis mittere, ut ibi non solum concionatoris munus fungaris, sed etiam usui sis in Ecclesiasticis controversiis audiendis, ma[n]d. iussit ad te scribere, & explorare tuam voluntatem. Omnino locum honestum & ingenio tuo de quo ambo praeclare sentimus, dignum tibi promittit. Et spero utiliter te patriae in ea gubernatione serviturum esse, si mandari tibi eam functionem sines. Oravo igitur ut mihi respondeas. literas mittere d. Hieronimus Strunde aut Magister Laurentius poterit. Bene vale. die 12 Augusti

Philippus Melanthon.

Venerando viro eruditione & virtute praestanti D. Christophoro libio pastori Ecclesiae Dei in oppido Tangermunda, amico suo carissimo.

S. D. Venerande vir & amice cariss. Scio te de ingeniis iudicare posse & honestos doctos ac literis excultos libenter ornare & provehere. Cum igitur in hoc Johanne bonum ingenium sit & spes sit eius industriam & diligentiam Ecclesiae profuturam esse, quaeso ut eum complectaris & regas. Scripsi de eo ad Senatum oppidi nostri. Reverendus vir d. Pastor Ecclesiae nostrae petit ut huic commendationem varias

venias quia exponet tibi politiorem Edto liberensis q quaerit
Bonno successorem, eamq. rem breuem agendam esse coram censet.
Longa deliberatio est quam non velle literis committi. Sed propter
nostram amicitiam petit ut ipse ducere advenias. Postquam autem
audieris re cogitata statuere poteris. Et si quam arbitror te gra-
vatim iter suscepturum esse: tamen ego quoque oro ut venias, ut
Remittendo tum morem geramus, atq. in re tuam humanitatem
& benevolentiam erga nos ostendes. Bene vale. die 27 Sept.
quo ante annos 3856 arca Noe constitit capit, quo exemplo
ostendit Deus se non deserere Ecclesiam. Responde per hunc an
jam ante ipse venias, quia velle D. pastor te adesse ante Lip-
siensium mercatum.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

S. D. Venerande d. Christophore & carissime frater: saepe veri-
lo hunc versum commonefacientem nos de conferendis operis:
ἡ δὲ χεὶρ χεῖρα καὶ πόδας πούς ἐνδεῖ. Indigeo Anshelmo
quem cum habeas oro ut mittas inspiciendum. Restituam enim
bona fide. Nuncium meo sumptu mitto, nec te onerari volo.
Bene vale. Salutem opto d. Hieronymo & vobis omnibus.

Philippus.

EIDEM

S. D. Carissime frater. In tantis publicis miseriis summa cura

omnes

omnes sapientes gubernatores debebant perficere ut in Ecclesijs tranquillitas esset, ne inuocatio impediretur quae est portus gratissimus in tanta maestitia. Nunc multi ad cetera publica mala hoc quoque addunt ut inuocationem piorum in Ecclesijs turbent, eijciant pastores idoneos aut incendant odia populi aduersus eos. Haec mala deploremus et sapienter quaeramus mitigationem. Si ceteri communi consensu receperint illam uestram formulam, populus minime reprehendet uos si et ipsi receperitis. Sed si alij non receperint, nec uobis uolim suadere ut odia populi contra uos excitaretis. Existimo autem posse flecti illustrissimi principis animum, ne urgeat haec mandata. Sed si omnino discedendum erit, mea officia uobis non defutura sunt. Et spero Deum nobis nidulos monstraturum esse. Etsi autem de meis consilijs et actionib. aliqui sunt alia iudicia: tamen Deus testis est me semper uoluisse ut et doctrina recte explicata et ut harum regionum Ecclesiae maxime tranquillae et concordes essent. Ac Deum quotidie oro ut me faciat σκεῦος ἐλέους. Bene et feliciter uale carissime frater. Petro et Cononi salutem opto. die 24 Octob. Anno 49.

Philippus Melanthon.

Illi postulationi omnino aduersandum est, si ubi proponitur, quae iubet ut se subijciant pastores declarationi Caesareae et generali Synodo. Haec postulatio prorsus impia est

EIDEM.

Reuerende

S. D. Venerande vir et amice cariss. Etsi veras et iustas causas habui vir clariss. non deserendas esse Ecclesias, neq. adversus crudeles Sycophantas earum consensum veritate consolor: tamen aegrius fero cum alio cum audio te et aliquos similes pios eruditos graves non factiosos mecum sentire. Nec profecto in hoc tanto luctu Ecclesiae decere existimo ut rixemur de linea veste. Et ipse legi et dedi legendam tuam παραίνεσιν scriptam πρὸς τὸν βλένιον reverendo d. pastori, cui ea lectio pergrata fuit. Suadeo autem ne πρὸς τὸν βλένιον mittas. Nam si mitteres, exundaret cum calumniosa responsione. Nolo autem te implicari huic certamini odioso. Paulatim minus avide leguntur tales Sycophantiae. Cumulat enim manifesta mendacia et multa calumniose depravat. In proxima responsione ad meam epistolam scripsit alicubi literas meas reperiri, in quibus ego petiverim Interim, ut ipse loquitur. Quis sit absurdum commentum vides. Sed omitto haec. Ad senatum tibe Contrem nondum scripsimus. Pastor enim non flagitavit, fortassis mole occupationum nostrarum impeditus, ut ea de re non cogitet. Imperator fuit in itinere versus Spiram sed valetudine retinetur. Sapientes viri valde metuunt futurum commentum Imperialem si vivat Imperator. Nos sciamus Deo Ecclesiam curae esse, et nostram salutem ei commendemus. Bene vale. die 29 octobr. 1550.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & amice cariss. Hodie huc allata est fama Tridentum à Gallicis & Helveticis exercitibus occupatum esse. Sed nondum habeo certos autores. Si autem vera est haec fama satis me excusat cur eo non accesserim. Sed habui alias graviores causas quas aliquando coram exponam. Magistrum Stanislaum senatui commendavi, hoc etiam ago quod sperem eum senatui & pastori obtemperaturum esse: idque ut faciat eum hortatus sum. Quod audita pia Confessione Illustrissimi principis Marchionis Electoris non seiunxisti te à caeteris pastoribus. Ecclesiamque, nec deseris Ecclesiam tuam, credo te pie facere, etsi scio qualia sint hoc tempore indicia quaedam quae sunt tibi maximorum motuum. Pastores harum regionum concordes esse & unum in Deo maxime opto, et quam necessaria sit nobis concordia propter alios qui graviores controversias movent res ostendit. Hodie accepi literas in quibus mihi scribitur dixisse Prussiacum Gorgiam: Er wolle mir ein ader schlagen, das das blut in gantz Deutschland springen sol. Cogita carissime Christophore qualis haec vox sit: Sed oro filium Dei ut nos regat. Scio me miserum hominem his maximis causis in quibus versor non esse parem. Sed fideliter in docendo quaesivi veritatem, cum magnae essent opinionum dissimilitudines. Sed Deo & Ecclesiam & me & omnes pios doctores & auditores commendo. Bene vale. 4 April. 1551.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

S. D. Venerande vir & amice cariss. Et servabit filius Dei re-
siduos Ecclesiarum & ut servat inter multiplices Diabolorum furores
veris gemitibus petamus. Spero autem & illustrissimum principem
Marchionem pro nativa bonitate & pro pietate sua non permissu-
rum ut pastores qui sunt organa Dei salutaria pellantur etiamsi
omittant ritus inutiles. Nos nova bella metuimus. Nam
Hessica terribili tremit horrida terra tumultu. Et exercitus qui
fuit ad Parthenopen adhuc in Thuringia vagatur. De Prussi-
cis disputationibus audivisse te opinor. Ducem Prussico petere
a multis principibus & civitatibus ut iudicia eruditorum de
scripto Osiandri sciscitentur. Dedi Consilium ut vicini principes
curent unam responsionem re deliberata ab aliquibus mitti ne
dissidia plura oriantur. Si quid audies hac de re mihi sig-
nifica. Accepi decem Ioachimicos missos a dno Hieronymo,
& retuli in rationes quod ei dices. Bene & feliciter vale.
die X Decemb. A° 51.

Philippus Melanth.

EIDEM.

S. D. Venerande d. Christophore & cariss. fr. Intelligo Se-
natum Brandeburgensem de te vocando ad gubernationem tuae
Ecclesiae deliberare & a me petivit ut tibi hortator sim, ut ad
ipsos commigres. Nihil mihi potentiae sumo, sed opto ut
vicina.

ministerio Ecclesiae feliciter regatur, et spero te in urbe Brandeburga utiliter Ecclesiae seruiturum esse. Nobis quoque propiorem te esse opto. Scriberem plura nisi nuncius festinaret. Et meas occupationes nosti. Bene et feliciter vale. 22 Januarij.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Venerande vir et cariss. frater. Est omnino verum vetus dictum, Sacra res consilium est. Nec humanae mentis acie effici ut omnia possunt, sed orandus est Deus ut ipse et consilia nobis ostendat, et gubernet euentus. Et hos versus saepe repeto.

συμβουλὴν ἀγαθὴν καὶ ἀσφαλῆ μὲν εὐτυχίαν τε

συμβουλεύει ἐμοὶ σοῦ πατρὸς ἀϊδίου. Senatus Brandeburgensis ante aliquot dies me orauit, ut tibi sim hortator ut gubernationem ecclesiae Brandeburgensis suscipias. Tum igitur ad eos epistolam misi tibi inscriptam, sed non cogitaui de Goslaria. Ubi autem in utraque parte pericula video: tamen quam fuerit inquieta Goslaria multis annis uidimus et difficilior est gubernatio in illis turbulentis ciuitatibus. Spero in hac uicinia te plus tranquillitatis habiturum esse. Hoc autem primum scire Brandeburgenses oportet an Marchio Elector permissurus sit, ut te accersant. Bene et feliciter vale carissime fr. die Timothei.

Philippus.

EIDEM. pastori Ecclesiae dei
in oppido Senonum Tangermund.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Cum abessem Lipsiae, hic a Senatu Brandeburgensi literae missae sunt ut ad Marchionem Electorem scriberem, ac scripsissem si adfuissem, quamquam literae meae gratiores erunt si nostra mitteretur responsio de Stancaro quam nondum absolvi, quia aliis editionibus impedior. Ego quidem autem de voluntate principis nulla cogito: aditus ad eum patent Canonicis quorum pharisaica odia novimus. adversaturum igitur esse Senatui Brandeburgensi metuo. Sed experiamur sane quid impetrari possit. Si adversabitur, Goslaria petatur. Significabis igitur Brandeburgensibus ut vicissim ad me nuncium mittant. Bene & feliciter vale. die 22. feb. Philippus.

EIDEM: pastori in oppido veteri
Brandeburga

S. D. Reverende vir & cariss. fr. Archetypum literarum Inclyti principis Marchionis Electoris misi, ut mecum erat, Senatui Brandeburgensi & Scholasticis tuis ut tibi ostenderent aut exemplum mitterent. Sunt clementer & honorifice de te scriptae. Nec ego ita sum morosus ut etiam, si qua aspersa molles responsio, non existimem dissimulandam esse. Exemplum tibi misi inclusum literis quas ad Diaconum Ecclesiae Brandeburgensis misi, ac rursus iam describerem si non properaret auriga. Mitto rursus exemplum

exemplum declarationis Brentianae, quae nunc post conciliationem Siculosam editur. Bene vale & rescribe. die 20 Martij. 1553

Philippus

EIDEM

S D. Venerande vir & cariss. frater. Etsi eram in magno luctu & dolore: tamen hanc ad te epistolam scripsi ac te oro ut nobiscum ores filium Dei ut servet Ecclesiae suae reliquias. Hac hora mortuus est meus minister Johannes homo fidelissimus, qui vera pietate Deum coluit & erga bonos iustitiam & veritatem praestitit, ut omnes testantur, & fuit homo castus & amans castitatis. Magnum vulnus accepi ipsius morte. Sed hac me consolatione sustento quod credo voci divinae: Beati mortui qui in domino moriuntur. Mitto tibi pagellam de paschate recte scriptam. Bene vale. Spero me ad nos Brandeburgam venturum esse. 3 Aprilis. 1553.

Philippus

EIDEM.

S D Reverende vir & carissime frater. Ut Paulus inquit: de Onesiphoro. δῴη ἔλεος ὁ κύριος τῷ ὀνησιφόρου οἴκῳ. ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε: sic nos bene precamur τῷ ἀρχιγραμματεῖ, ac oremus filium Dei, ut faciat eum vere ὀνησιφόρον, & confirmet ei vires corporis & animi. Existimo eum optare ut Ecclesiae sint tranquillae & non impediatur piorum

invocatio

inuocatio. Gaudeo enim quidem non fuisse diutiorem aut tragicam καταστροφὴν inspectionis istic factae. fortassis tempus leniet hos motus. Sed ut sunt uoluntates aulicae mutabiles, etiamsi non erunt postea mitiores non frangamur animis. Videmus ubiq. Cymbam Christi magnis fluctibus concuti. Marchio Albertus cum mille equitibus & mille peditib. tormentarijs celeriter fecit iter per Thuringiam ad Hercyniam & profectus dicitur ad Comitis Oldeburgij exercitum in Cayas; cui nouum bellum illaturus sit nondum audio. Responsionem de Stancari controuersia perscripsi, ac mittam Illustrissimo principi. Profecto magna causa est. Remouet ab officio Redemptoris diuinam naturam, cum clarissime dictum sit: Sic Deus dilexit mundum, ut filium unigenitum daret. Scripsi longius quam magnitudo causae postulat. Sed uob. quoque mittam legendam nostram responsionem. Bene uale & rescribe. Vellem uos ad nos expatiari. Salutem opto uobis omnib. & nominatim Collegis tuis. die VII. 1553.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reuerende uir & carissime fr.: Existimo de bello uos certiora habituros esse prius quam meae literae istuc adferentur.

Aiunt

Aiunt die dominico, id est, die nona Iulij pugnatum esse à duce Mauritio & Marchione, multos utrinq. interfectos esse. Caetera audiemus intra paucos dies. In oppido Lemberg in aere conspecti sunt duo ignei serpentes mutuo lacerantes colla & implicantes caudas, & inter serpentes conspectam esse aiunt crucem igneam, quae fortassis significat bella in loco Ecclesiae. Oremus filium Dej ut leniat poenas. Oro te ut mihi pugnae historiam scribas, sicut apud vos narrabitur. Bene vale. Die natali Iulij Caesaris. Anno Christi 1553.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Praeterita vituperari possunt, mutari non possunt, Ideo nec de clade nec de causis disputo, Sed doleo extinctum esse principem miris excellens virtutibus fuit, ut in hac postrema pugna etiam ostendit, in qua proditus & desertus, Deo iuvante vicit tamen. Et oro filium Dei ut Ecclesias harum regionum protegat & gubernet. Magna mutatio totius Germanici imperij impendet. Rege Angliae mortuo, iam regnum Anglicum Carolo Imp. commendatum est, & ipse occupatus novi regni constitutione sinet Germanos inter se tumultuari. Sed Deo curae erit Eccl[es]ia sanguine filij redempta. Et nos tot exitiis horum annorum commonefacti simus ardentiores

in

in Inuocatione. Te oro, ut, quoties erit occasio ad nos scribas.
Stellius ex Borussia cum reliquo comitatu rediit. Morinus propter
febrim iter facere non potuit. Utinam redeat saluus et incolumis.
Sed nihil responsum est nisi principem curaturum, ut Synodi
in Germania habeantur. Haec responsio est σχῆμα πολιτικόν
τοῦ λόγου ut Thucydides vocat. Salutem opto D. Citelio collegae
et aliis amicis. Bene vale. die 20. Julij. 1553

Philippus.

EIDEM

S. D. Venerande vir et cariss. fr. Nihil simplicius et planius
cogitari potest prima parte meae responsionis. Et tamen Vincentius
noster opposuit scriptum maledicum, in quo quid dicat nemo
intelligit. Cum igitur multi describerent tandem Lipsiae editum est.
Hoc mihi displicet editum esse, Ut docti legant et me admoneant
aut si erro. Tibi et venerando D. Kittelio mitto exempla et
valde vos oro ut legatis longique sententiam indicaturi. Exempla plura
non habebam. Gubernatoribus Scholae mitto Anglicam narrationem.
Pro cultris mihi donatis habeo gratiam. Vocatus sum ad sacrum
nuptiale nostri Davidis, qui in academia Rostochiana magna
cum laude docet et ibi ducit uxorem, Ac si potero ut experiar
decreui. Si igitur suscipiam iter intra tres septimanas ad vos ve-
niam. Bene vale. die 12 octob. 1553

Philippus.

EIDEM.

S.D. Reuerende uir & cariss. frater. Legi cum magno dolore tuam epistolam, Sed rectissimum & simplicissimum est & ad tranquillitatem Ecclesiae nostrae & animorum nostrorum accommodatissimum prorsus nullam mutationem in ritibus nostris facere. Si quis expostulabit, respondete reuerenter vos consulere tranquillitati Ecclesiae, praesertim posteaquam exempla proximorum annorum ostenderint quanta odiorum incendia orta sint ex minimarum rerum mutatione. Si iubebunt uos discedere non deerunt uobis hospitia hic & in hac uicinia, nec officia nostra uobis defutura sunt. Etsi migratio uobis & Ecclesijs uestris aliquid adferet incommodi: tamen plus esset incommodi si qua fieret mutatio sustinere odia & contemptum. Doleo talibus ineptijs turbari inuocationem piorum. Mitto uobis pagellas. Cum mittam Inclyto Electori meum scriptum de Stancari controuersia, orabo etiam ut parcat Ecclesijs suis recte Deum inuocantibus. Bene ualete. Salutem uobis omnibus opto. Anno 1553.

Philippus.

EIDEM

S.D. Reuerende uir & cariss. fr. Etsi et expecto tuas literas & earum lectione adiuuor: tamen etiam cum aliquando scribendi officium differtur nihil mali suspicor. Scio te talem esse qualis

boni

boni viri describuntur in veteri versu: ὅταν τὸ χρυσὸν τὴν
λίθον ἔλθῃ φέρων. Cum in Caluis difficultatibus constantiam te
praestare comperi, tum in amicitia firmitas mihi tua perspec
ta est his annis cum alij multi contra me arma ceperunt.
Ne fieri quidem potest in his occupationibus et tuis et meis ut
literis colloquamur quoties vellemus, sed tamen interdum lite
ris et monendi et consolandi et confirmandi mutuo sumus.
Decrevi post paucos dies istuc filias meas adducere, quod eo
faciam libentius, ut tecum coram prolixius colloqui possim.
In Ecclesia et Academia nostra vox doctrinae Dei beneficio
eadem est quae et in vestra Ecclesia est. Vidisse te opinor a
Westphalo corrogatas subscriptiones quas edidit περὶ ἀρτολα-
τρείας. Vetustatis testimonia inquiri mallem, quam istius
turbae turbulentiae clamores moveri. Precor autem filium Dei
ut nos doceat et gubernet. Petivit Westphalus ab alio
quodam ut mihi bellum inferat de hac quaestione in qua dico:
Nihil habere sacramenti rationem extra institutum usum. Vide
quo ruant isti, deinde ut suis assentiantur, deinde alia causa. Nunc
plura scribere properante Marco non poteram. Bene vale.
3 Junij. Anno 1554.

Philippus.

EIDEM

S. D. Reverende vir et carissime fr. primum tu(a) ~~(?)~~ (a)dia
scribam

scribam. In conventu vocato ex suoique principes omnes Duces Saxoniae, Marchiones & principes Hassiaci decreverunt se non discessuros esse a Confessione Augustana & de hac sua sententia scripserunt reverenter ad Carolum Imperatorem & ad fratrem. Oro filium Dei ut Ecclesias & principes harum regionum servet. Urbi vestrae & civibus vestris debere me gratitudinem iudico, quia, ut caetera omittam, patriae meorum filiarum, quas, ut Deus praecipit, diligo, & scis diuturnos conditas esse sepulchro in dominorum pectoribus. Adolescenti autem de quo scribis iudico utile esse initio ut sit apud praeceptorem domesticum. ideo generum doctoris Viti, Magistrum Sebastianum virum honestum & amantem disciplinae allocutus sum, qui ait officium suum nobis non defuturum esse. Et cum huc advenerit deliberari de tota re commodius poterit. Sabinus, ut spero, aderit proximo mense, qui cum venerit ad nos Christianiter cum filia. Bene vale. die 23 Martij anno 1554.

Philippus

Salutem opto Reverendo D Kittelio & nobis omnibus. Ante triduum misi pagellas de qb. expecto & flagito tuas literas.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Spero te iam legisse ea quae in conventu Naumburgensi in ripa Salae scripsimus, de

qb.

quib. iudicium nostrum sive nostro [?]. Ante nostrum iter mihi dictum fuerat, venturos esse ad nos etiam ex Marchia aliquos, & Marchio literas misit ad legatos principis Wiraleben gentis qui tamen et non venerunt ad nos. Tueamur nos consensum piorum & coniunctionem ecclesiae quantum poterimus. Nam aularum multae sunt mutationes. Hanc epistolam dedi huic Petro Bogio nato non procul ab Hamburga qui offert se ad operas scholasticas in vestra schola, & ad concionem de qua dixistis. Spero fore diligentem & latine loquitur sine vitiis grammaticis. Ad conciones nondum assuefactus est, sed pollicetur se studiose traditurum summam doctrinae ecclesiae χριστου, quam certe saepe repeti utile est. Si experimento diligentiam re[…] eum poteritis. Hic fideliter serviet. Bene vale. die 14 Aug. Anno 1554.

Philippus.

EIDEM

S. D. Reverende vir & carissime frater. Quantum ex tuis literis intelleximus D. pastor & ego, iudicamus & Ill[mum] principem & nos recte scripsisse quod flexilogia dicta non approbastis & quod tamen ἐπιτιμίαν flagitatis de Palinodia. Dederam & ego hoc consilium Duci Prussiaco ut brevi[…] na declaratione hic edita contentus esset nec adderet

novas

novas confessiones. Illyrici consilium ipsi initio placuit. De palinodia nullam Antagonistas mitiores esse. καταρτίζετε ἐν πνεύματι πραότητος inquit Paulus. Nemo in tota hac contentione atrocius laceratus est quam ego: Sed iudicium Deo et piis commendo. Non prius ut illi qui laceraverunt me dolore novo adficiantur. Nunc adest Polonicus Concionator qui affert Ecclesiarum polonicarum quaestiones ortas a Stancaro qui nunc est in Walachia. Mittam tibi exemplum meae responsionis. Nunc enim multa scribere non poteram. De cultris habeo tibi gratiam et mitto pagellas. Bene et feliciter vale. Iam enim scribo Prussiacis ut declarent quid nominent ἐνοίκησιν Χριστοῦ ἐν ἁγίοις. Postridie Conversionis Pauli. Salutem opto vobis omnibus. Anno 1555

Philippus.

Eidem.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Post iter nostrum octo dies et literas ex Berlino et ex Academia Heidelbergensi accepi. Palatinus quadraginta adolescentes in Academia vult assidue nutriri et singulis triginta aureos in annum constituit Dei beneficio. Scribitur in Ecclesiis et Scholis constituendis beneficentia eius eximia esse: Et mediocris ibi Ecclesiae tranquillitas est, καὶ ἂν βλακώδεις συκοφαντίας displicere honestis et doctis Viris. Mitto tibi Georgii Cracovii literas ex Augusta missas quas

gr̃as heri accepi. Oro ut meo nõie reverenter gratias agas Senatui nostro pro vino misso. Bene Vale. Anno 1559. die 13 febr. quo die antequam ex virgine christus natus e anno 160 Nicanor magno praelio victus est: quo ex͞e ostendit filius Dei Ecclesiam se in summis periculis defendere. Ita
vale. Salutem vobis omnib. opto & nominatim D Kiteko

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & chariss. frater. Edita est Sledani historia de germanicis motibus qui his triginta annis extiterunt, ac praecipue de Ecclesiarum mutationibus. Liber dedicatus est Duci Saxonico Augusto qui misit scriptori ducentos ioachimicos. Liberalitatem principis laudo. Sed historiam non laudo quia ἀπό ἔρξεως οἱ καλῶν οὐκ ἔστιν ἔστι καλα. Multa narrat quae malim obruta esse aeterno silentio. Si voles videre librum huc ad nos mittas. Nam apud nos exempla non habere existimo. Tria vobis exempla mitto Enarrationum Salomonis, quorum unum retinebis, alterum dabis vicino tuo Simoni, tertium Collegae Kitelio. Scio puerilis libellos esse, sed lectionem hanc utiliorem esse tu, mandes rentur quam lectionem tumultuum qui stultitiam & ignaviam nostram ostendunt. Cupio ut respondeas

mihi

mihi, ac significas an istuc Sledani liber allatus sit. Bene uale.
die 18 Maij 1555. Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Metuebam vehementis animi motus propter Saturni & Martis coniunctionem. Nunc accedit Cometa cuius est magna moles ardens in Virgine prope προτρυγητῆρα, tota fere nocte conspicitur. Cum igitur magnae rerum confusiones significatae sint, ardentiora sint pectora in invocatione filii Dei, qui dixit: Nemo rapiet oves meas ex manibus meis. Ac profecto magis doctrinarum certamina metuo quam alia bella, quamquam illa etiam petulantiam ingeniorum augent. Te fili Dei, domine Iesu Christe, caput Ecclesiae, λόγε καὶ εἰκὼν ἀΐδιε ἀϊδίου πατρὸς omnipotens oro ut nos gubernes & serves. Bene uale cariss. frater & rescribe. 7. Martij. A° 1556. Mitto pagellas.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Nondum audimus Regem Ferdinandum Ratisponam venisse, Et fortassis retinetur Hungaricis negotiis. Nam Turcicus Praefectus Budensis oppugnat arcem Zigeth in aditu Styriae. Alibi totam Transylvaniam occuparunt duces copiarum filij Iohannis. Nunc vero novi exercitus Turcici multi adducuntur in Pannoniam: Nam turcicus tyrannus ingentem classem instruit mittendam ad Syriae littus, Ideo scribunt Regem

Regem Ferdinandum facile inducias impetrare posse, si volens relinquat Transylvaniam filio Iohannis. Hoc etiam scribitur magnam partem Byzantij terraemotu disiectam esse. Existimo & turcico imperio fatalem inclinationem impendere & non procul esse illum laetissimum triumphum filij dej in quo ecclesiam universam adducet ad aeternum patrem coram cernendum. Bene & feliciter vale & rescribe. Mitto vobis pagellas in quibus narratio est de Cometa conspecto ante Caroli Burgundi mortem, cuius iter prorsus tale fuit, quale fuit proximi Cometae. 1556.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & caris. frater. Postquam tunc discesserunt pastores saxonicarum Ecclesiarum, venerunt legati a duce Megalburgensi Io. Alberto qui conditiones multo asperiores attulerunt. Miratus sum principem cuius ceteris mediocriter servivi, tam inclementer mecum agere, ac breviter respondi, Si me talem iudicent esse qualem in illis conditionibus me pingit iste, non me talibus decretis, sed palam interficiendum esse. Mox irati legati discesserunt. Scio flacium non quaerere veritatem: Ideo me Deo commendo. Bremae dissidia accensa sunt περὶ τῆς ἀρτολατρείας, & Iohannes Amsterdamus expulsus ad Comitem Hoiensem mortuus est subito morbo

morbo. Oro filium Dei ut nos gubernet. Bene vale. 6 Martij. 1557.

Philippus

EIDEM.

S.D. Reverende vir & cariss. frater. Mitto vobis exempla ora-
tionis de Nazianzeno, quam libenter vos lecturos esse arbitror, quia
pictura et praesentium certaminum, et exempla nos hortantur ut simi-
les aerumnas magis placide feramus. Acta in urbe Vangionum
& alias quasdam deliberationes circum exponam quae hactenus
iter meum remorata sunt. Nunc Staphylo respondeo qui edidit
horribilem criminationem adversus Ecclesias nostras. Nec doctrinam
suam exponit, sed ex nostris excerpit ἀντιλογίας, in quibus &
nostra dicta virulentis calumnijs depravat & adfingit multa
mendacia. Pacaeus qui factus fuerat κόλαξ Augustani Epis-
copi recens non procul ab Augusta Rhetica ab ebrio milite inter-
fectus est. Precemur filium Dej dominum nostrum Iesum Christum
& ut nos gubernet et protegat, & ut calumniatores & profligatores
reprimat. Bene vale. die 13 Martij Anno 1557. Salu-
tem collegis & vobis omnibus opto.

Philippus

EIDEM.

S.D. Reverende vir & cariss. frater. Nihil dubito de tua erga
me benevolentia, quippe scio & tui animi vestigium esse hunc ver-
sum: ἅπαν δὲ χρυσὸν τὴν ἴσην ἔχει χάριν. Habeoque tibi gratiam

& pro

& pro perpetua erga me benevolentia & pro pomis armeniacis.
Scito autem die Jovis proximo, videlicet die Julij 29 me & Pau-
lum Eberum & Cracovium iter ingressuros esse ut possis convenire
ad Wormaciense colloquium. Quare optarim te prius ad nos acce-
dere praesertim cum & eo die Paulo Luteri filio gradus doctorum in
arte medica decernendus sit. Bene vale. Salutem vobis om-
nibus opto. die 23 Julij Anno 1557. Philippus.

EIDEM

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Sabini reditum ex Sa-
linis adhuc expecto, cum quo fueram ad vos profecturus si paul-
lo ante has ferias huc redijsset. Sed eo invitante cum primum
potero, filias meas ad Annam adducam. In conventu Francofor-
diano deliberarunt principes nostri de tranquillitate nostrarum Eccle-
siarum & decreta facta sunt περὶ τῆς ὀσιάνδρου καινοτομίας,
περὶ ἀναγκαίων ἔργων, περὶ ἀδιαφόρων, καὶ περὶ μυστηρίου κοι-
νωνίας σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. Subscripserunt
tres Electores, Palatinus Saxonicus & Marchius & alij principes
quamplures. Missi sunt legati & ad Duces Saxoniae in Thuringis.
Non existimo probaturos esse hos Areopagitas aliorum sententiam:
Sed haec & alia multa coram. Rursus mitto tibi exemplum meae
responsionis, quia dubitabam, an accepisses antea missam. Bene

& feliciter vale. die 6 Aprilis. A° 1558. Mitto Epicedion Mycilli

Philippus

EIDEM

S. D. Reverende vir & cariss. frater. In Belgico & in Celtica crescunt Confusiones opinionum & scintilla Monachorum adversus recte invocantes Deum, etsi pijs multi admixti sunt fascinati malis opinionibus, ut fit ubi non sunt constitute Ecclesiae. Precemur autem filium Dej ut nos gubernet & protegat. De tranquillitate nostra deliberatis. Expecto continuam insaniam Areopagitarum vestrorum, novum qui nec veritatem nec concordiam quaerunt. Basilienses interrogati, An si Synodus indicatur a nostris accedere ad eam velint, non recusant. Tigurini recusant, quia praejudicijs nostris Condemnati sint. Sed non existimo hanc deliram mundi senectutem habituram esse legitimum Congressum in quo serio plures gentes deliberent de salute Ecclesiarum, Sed subinde maiores erunt dilacerationes: Ideo nunc tueamur Coniunctionem nostram quantum possumus. Optimum petere ad nos accedam. Bene vale. die 18 Aprilis. 1558.

Vaticinium

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Mitto vobis exemplar τῆς ὑπομνήσεως de Epistola Pauli ad Rom. scripta, quod velim vos legere ut

ut iudices, ac oro ut me moneatis similiter Christianam nimis. Scio amplitudinem apostolicae sapientiae non posse nostris tenuibus cogitationibus satis explicari, sed tamen pugnantia cum fontibus dicere nolim. Optarim autem aliquando senes pios & eruditos posse de multis quaestionibus colloqui. Mitto & exemplum disputationis in qua fit mentio novi certaminis. Pragae quidam contendunt Christum mere tantum ut deum invocandum esse, ut datorem bonorum, non ut mediatorem, et reijiunt hanc formam invocandi: Invoco te domine Iesu Christe & peto ut pro me intercedas apud aeternum patrem. Hanc formam pagatim reijiunt in urbe Praga. Cyprianus hac ipsa forma usus est in precatione ante supplicium dicta quae extat in Basil. editione pag. 505. Ego peto a te domine Iesu Christe, ut petas ut detur mihi &c. Vide locum. Credo ut exempla quaeras & mihi scribas tuas cogitationes. Bene vale. die 20 Maij 1558.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Utinam posteritas diu hoc genere longo uti posset quo nos utimur, in quo de doctrina colloquimur. Expecto autem responsionem tuam & de mediatore & de pagellis Ottonis [illegible] Epistolae Carolinae. Nunc mitto dulcissimum psalmum ac petito nomine honesti & docti viri qui

vocib. latinis enim vocitarunt ut amicis exempla dissimilibus. Si
nunc etiam assiduis gemitibus petamus a filio Dei quod in psal-
mo scriptum est: Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis pp
templum sanctum tuum. die vicesimo septimo Maij fiet renun-
ciatio doctoris theologici in qua nos adesse optarim. Bene vale
die 22 Maij 1558 Philippus

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Cum indicari nobis ido-
neum ad docendum in schola & in templo volueris, hunc Matthaeum
Tilonem Vernomensem tibi indicandum esse censui, qui & recte doctus
& facundus est. Potuit habere locum in Schola Swidbergensi, sed
maluit propior esse patriae, & habere aditum ad ministerium Eccl(es)iae.
Quare eum tibi & ceteris amicis commendo. Bene vale & re-
scribe. die nono Junij. 1558. Philippus

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. fr. Casta Deus mens est, casta
vult mente vocari, & leges coniugij sanxit. Ab ipso igitur casto
creatore, toto pectore felix coniugium filiae Sabini Annae peto.
Amicos etiam oro ut in coniugij ritibus nobis non desint. Ideo
ad Senatum vestrum & matrem aviam Annae & ad patruum
scripsi, teq. oro ut literas ad aviam scriptas cum patruo, ipse ei
legas. Scis amicos in talib. officijs aiorum rantia, imo pp ipsas
procellas

puellas sponte labores suscipere. Curabis igitur ut literae reddantur iis quibus inscriptae sunt. Iussi enim nuncium ut primum ad te accedat ut suam literas eo exhiberet. De Comeris ipse loquaris cum domino Simone & alijs amicis & potes ut sponsus non desint nales ex patre Brandeburgensi. Tuae prudentiae & fidei omnia haec negotia commendo. Bene uale. die 13 Iunij 1558

Philippus.

EIDEM.

S. D. Konrade uir & cariss. frater. Hodie cum essem apud doctorem Georgium Cracouium praefectum ad Iacobum Rungium, uenit ad eum hic Stargardiensis & petiuit sibi monstrari locum ubi doceret, ac nominatim fecit & mentio de eo loco in schola nostra ad quem nuper misi Bernoiensem qui non mansit apud uos. Petiuit igitur doctor Georgius ut hunc Stargardiensem tibi commendarem, quem & ego existimo magis idoneum esse illo Bernoiense quia & carmen scribit, & graecae linguae initia didicit & uidetur libentius facturus operas scholasticas. Ille Bernoiensi etiam uidebatur symposijs magis delectari. Curato igitur ut huic Stargardiensi locum in schola nostra tribualis, quam in re etiam doctori Georgio gratum facietis. Hodie literas accepimus Regem Gallicum obsidione cinxisse oppidum Argentoratum uicinum Didenhofen, & Argentoratum metuere.

mere obsidionem & quatuor millia militum in urbem praesidij causa collocasse. Turci nunc arcem Zigeth oppugnant. Ita utrinq. Germania in periculo est, & in medio seditiones moliuntur homines inquieti. Deus protegat & gubernet nos. Bene uale. die decimooctavo Iunij 1556.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Gaudeo tibi itineris in hoc aestu molestiam levisse dulcissimos congressus cum viris pijs doctis, candidis & amantibus publicae concordiae. Ac prodest tales saepe convenire, quia contraria factio, etiam si nihil molimur, fit longiuscule. Expecto & te & Paulum Praetorium, & cum Electore iam nobis sint secundi, his flentib. oportet primum nos admonere uestrum. Sed ad filiae secundas nuptias, Deo iuvante, te adfuturum esse spero. Psalmos vero oportet primum edi vellem, ac optarim prius edi quam ad nos accedat noster ἀρμοστὴς, quem tamen non ita metuas, ne existimationi nostrae aliquam nubeculam offundi sinas. Oro autem filium Dei ut nos gubernet. Bene uale & rescribe. die Iulij. 23. 1558

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Sapienter fecimus

istos

novos Laconicos Harmostas qui partim summam potentiam ap-
petunt, leges & dogmata condunt, & iugulant sine cognitione
quos volunt. Usitata sunt haec in Ecclesia. Nostri vicini βλάχοι,
ni convocatum iri synodum ut decreta sua exasperent. fortas-
sis attrahent τὸν μῶρον & Heshusium qui iam ī Bremae, &
alios ut habeant maiorem exercitum. Etsi doleo Ecclesiae vicem,
tamen scio hanc τοῦ λυπεῖσθαι [illegible] non perferendam esse quod
consulam, & filium Dei precor ut nos gubernet & protegat. Quid,
quid ἀξιόλογον audiero, tibi significabo quia iustum est esse
κοινὰ φίλων ἅπαντα, ac multo iustius κοινὰ τῶν εὐσεβῶν
θεοφίλων εἶναι. Bene vale carissime frater. Salutem reveren-
do d. Kittelio & aliis amicis opto. 15 Decemb. 1558.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Saepe Deus singulari
modo decreta asperiora facta contra pios subito lege tollit, ut
scis historiam Basilii Episcopi. Me quoque accusatum a nostro
inimico ductum crimine quidem in iuncula, sed Pontani uxor
fuit hortatrix ad mitiorem sententiam. Commendemusque nos
filio Dei qui ostendet hospitium si erit migrandum. Haec tibi
nostra officina dicerent, iamque cum amicis de loco quodam
collocuti sum. Mitto tibi carmen Eglini de Iohanne
Eglisa

Evangelista, quem etiam scis exulem fuisse, & quidem tunc vixisse cum tota Iudaea horribiliter vastaretur. Ubicunq. sumus, animi parati sint ad ferendam rabiem Sycophantarum & alia quae moliuntur contra Ecclesiam illi qui & literas oderunt & literarum studiosos. Bene & feliciter vale. Cal. Januarij 1559. Hic annus sit Ecclesiae & tibi & nob. om. faustus & felix sit faciat filius Dei. Amen

Philippus.

EIDEM.

S.D. Reverende vir & cariss. frater. Saepe recito versus eruditissimos & pios scriptos a Nazianzeno: ἀλλ' οἶδας ὄψιν, ἢν προχέῃς τὸ μέτρον. οἰκτρῷ γὰρ οἶκτος τοῦ θεοῦ ἐπιμίξεται. Laudanda est igitur clementia seu placabilitas praesertim in principe, sed utinam alter bonitate domini non abuteretur. Verum commendemus nos filio Dei. Cura hunc numeris (tempus enim indicabo cum sciam) audies multa de Fuldensi Synodo, quam volebant quidam convocari ut esset ἀντισύνοδος, Francfordianae contentionis retractatrix. Sed haec omnia. Bene vale. die 14 Januarij 1559.

Philippus

EIDEM.

S D. Reverende vir & cariss. frater. Doctor Valentinus offert se vestro senatui si discedat Cornelius. Scis autem medicum doctum, & modestum, & pietatis amantem qualis hic est, non solum in medendo prodesse multis, sed et Ecclesiis utiliter posse servire,

ut

ut memini multa exempla: quare oro ut eum omnibus commendes.
Hodie in praelectione recitavi versiculos Nazianzeni de mutua
condonatione quos adscribo propter grammaticum, si forsitan non sint
tibi familiariter noti. Sunt autem dulcissimi. ἴσθ' ὀφείλων
εἰ προέχεις τὸ πλέον. οἴκτῳ γὰρ οἶκτος τῷ θεῷ σταθμίζεται.
Cum scias te debitorem esse, si licet Deo, des commodato mansue
tudinem. Miseratione enim miseratio apud Deum ponderatur, vicis
sim permutatur, emitur. προέχεις est da commodato. Bene
vale. die 29 Iunij Anno 1559. Philippus

EIDEM

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Gratitudinem vobis
debeo quod meis filiabus non defuistis & oro ut vestris preci
bus Ecclesiam & nostras domesticas aerumnas commendetis. Mitto
tibi articulos Bavaricae inquisitionis, qui ostendunt quanta
sit caecitas adversariorum, adversus quos nos oportebat esse
coniunctissimos. Nunc publice trado responsiones ad singulos
articulos quas edere cogito propter Ecclesias vicinas illis locis
ubi tyrannis iam exercetur omnino inusitata. Bene vale &
ad me scribito. die 15 Octob. 1559 Philippus

EIDEM

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Mitto tibi & D. Vito
Kittelio propositiones Ebrei & aliorum quorundam, cumque existimem nos
ad pub

ad publicam testimonij renunciationem & ad precationem communem vocari, gaudeo ut huc veniatis. Quod eo facietis etiam quia quaedam de publicis periculis audietis, quae scire nos refert. Urbs Treverica circumsessa est ab Episcopo. Nunc audio deliberari de ea liberanda, quod si fiet, melius hoc bellum fore ceterisque tragoediis annorum triginta. Oro autem filium Dei ut poenas leniat & servet ecclesias quarum videmus in hac delira mundi senecta ingentes aerumnas esse. Sed confugiamus ad Deum qui dixit: Etiam in senecta gestabo. Bene vale & veni. die 29 Novemb. quo die mane filiolus, Dei beneficio, meo genero natus est 1559.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Non solum alij multi, sed etiam Ευσταθιος ad me scripsit περὶ βωμολοχίας Islebij & quidem consolationem addidit. Delectatus sum ipsius & iudicio & benevolentia. Consolationes vero mihi in hac senecta multo ante cogitatae sunt. Scio Deum velle ut recte docentes & recta facientes placide ferant saevitiam tyrannorum & sycophantarum. Et fero alios magis rabiosos. Scripsi τῷ εὐσταθίῳ me opponere omnium inimicorum clamoribus bonam conscientiam & iudicia piorum & doctorum in Ecclesia. Adiunxi & hanc confessionem, Cum sciam Deum veritatis defensorem esse, non passurum esse spero ut veritatem extinguant isti sophistae etiam me pulso

aut

aut interfecto. Veteris versiculus est: ἄγει δε εἰς φῶς τὴν ἀδι-
κίαν χρόνος, quod rectius diceretur: ἄγει δε εἰς φῶς τὴν ἀδι-
κίαν θεός. Recito amicis & bonis Tertulliani vocem: Si apud
Deum deposueris iniuriam, ipse est ultor: si damnum, restitutor
est: si dolorem, medicus est: si mortem, resuscitator est. Hanc
sententiam adscripsi, quia tibi iucundam fore sciebam. De quaesti-
one quam proposuisti respondi in pagella quid Lutherus & Pome-
ranus semper iudicauerint, ac spero te bonam sententiam proba-
turum esse, tamen oro ut rescribas, & an has literas acceperis &
an tibi satisfactum sit de quaestione. Bene vale carissime fra-
ter & rescribe. die 9 februarij 1560. Philippus.

Cum persona innocens propter alterius personae adulterium aut
desertionem permaneat libera, concedendum est innocenti
personae coniugium. Haec regula certa est & sine scandalo in
nostri Consistorij legibus scribi potuit.

De persona condemnata tantum hoc publice scribi potuit sine
scandalo, quod magistratus eam punire debeat.

Lex Moisi eam occidit. Ideo nostri libri nihil postea de novo
coniugio ei concedendo loquuntur quia relinquunt eam tanquam
mortuam, Et persona condemnata ius petendi novi coniugij a-
misit. Cum autem Magistratus paucas occidat, saepe inter-
rogati

rogati sumus quid consilij dandum sit lapsis. Deliberata res est à Lutero & Pomerano, & saepe sic responsum est: Hortanda est persona rea ut serio poenitentiam agat, & sive sit vir sive mulier, si aetas est grandior, suadendum ut in viduitate maneant, tanquam lugentes & poenam sustinentes. Sin autem aut aetas adhuc validior est aut queruntur ipsi se sine periculo non posse in viduitate esse, si ostendunt signa poenitentiae, concedendum est eis coniugium, sed non in eo loco, ubi vivit persona innocens. Hic casus est similis Mosaico divortio. Intelligat autem iudex sapiens in quib. casibus probabili ratione exempla sumenda ex politia Mosi sumere possit, quam politiam certe Deus probavit.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Mitto vobis poemata de coniugio, quorum lectionem spero non tantum sponsae, sed vobis etiam suavem fore, quia veris laudib. coniugium ornamus. Si plus fuisset temporis, etiam hanc sententiam insignem & memorabilem addidissem, quod semper inde usq. a vetustissimis temporibus in sola vera Ecclesia fuerit incorrupta doctrina de castitate & coniugio. Haec cum certo sonet in Ecclesijs nostris, sciemus nos habere illustre testimonium quod hi coetus sint vera Dei Eccla. Si potero ad vos accedere veniam, ut Sabini filiam adducam forma & virtute praestantem Dei beneficio, ac

ac coram plura colloquemur de dogmatibus et periculis Ecclesiae.
Iam scribo refutationem Stanckaroi, ac recens editus est liber
sine nomine autoris et tamen contra me nominatim scriptus
περὶ τῆς τριάδος. Ideo optandum est ut nos tueamur con-
iunctionem, quod utinam cogitarent Viri nostri qui totius
iam accenderunt dissidia in his Ecclesiis. Sed oro filium Dei
ut nos gubernet. Bene vale et rescribe de periculis, an sit
iter incundum lecto. Salutem opto vobis omnibus et Vittolio et
Sabini matri. Philippus.

EIDEM

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Apud Xenophontem
dulcissima est narratio de Hippia qui cum ex longo intervallo
Athenas venisset esset audiretque Socratem eadem docentem
ac repetentem quae tradiderat ante multos annos, deridens eum
ac sese efferre magnifice, ac dicere se subinde nova excogitare.
Socrates fatetur se τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν dicere. fortassis
me quoque multi derident, eadem in Schola repetentem. Sed
hoc puto rectius esse, ac optarim nos optima propriissimis ver-
bis et quidem iisdem syllabis in Ecclesia sonare. Vestra iu-
dicia scio candida esse, Ideo pagellas proximae disputationis
vobis mitto. Oravi etiam ut mihi cives cum et mittas cul-
tros

tros quales ante misisti, quos Expecto Camerarij cura, et proximum mitto. De bellis non libet scribere. Vagantur passim per genus humanum, et Germanici imperij periodus consummata est. Longius facta est igitur Electorum potentia, primum familiae palatinae, postea Saxonicae, tamen uno monarchiae. Oremus filium Dei ut perpetuo teneat et servet Ecclesiam et aliqua Ecclesiae hospitia. Bene vale et rescribe. Cal. Maij Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Et debeo et habeo gratiam Senatui vestro cum pro benevolentia erga me, tum vero etiam pro vino misso, teque oro ut meis verbis reverenter Senatui gratias agas. Mitto tibi duo exempla disputationis, etsi nuper misi, quorum alterum dabis Secretario Senatus vestri. Eos primum potero ad vos expatiabor. Nunc adest Archiepiscopus Magdeburgensis princeps Sigismundus. Aulici narrant Ducem Henricum Brunsvicensem duxisse exercitum ad Rostochium. Bene vale et rescribe. 4 Maij Philippus.

EIDEM.

S. D. Cum scripsisset mihi affinis meus te aegrotare valde angebar animo ac Deum vitae fontem orabam ut tibi longiora vitae spatia concederet in hac militia et propter publicam Ecclesiam et propter domesticam

Ecclesiam

Ecclesiam tuam. Postea nuncius dixit te convalescere. Quod si potes scri
bere, quaeso ut quamprimum significes mihi qualis sit tua valetudo.
Oro autem Deum conditorem generis humani & vitae fontem, patrem
domini nostri Iesu Christi ut tibi vires animi & corporis confirmet.
Ideo filius assumpsit humanam naturam, ut nos sibi insertos tan
quam surculos sua vita & suo succo vivificet, sicut inquit Ego
sum vitis, vos palmites. Bene & feliciter vale. 22 Maij

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Saepe quotidie interro,
gor de ea quaestione quae & tuum animum exercuit. Conge,
ram igitur in unum libellum testimonia eruditae vetustatis
quae ostendunt illius purioris aetatis consensum, quae illam recen
tiorem inclusionem in panem prorsus ignorat. Ubi veteris Ecclesiae
perspicuam sententiam pii considerabunt, postea sciunt disputent
an licuerit Recentiorib. aliam sententiam comminisci. Nec contem
nendum esse vetustae Ecclesiae consensum statuo ubi περὶ ῥητοῦ
καὶ διανοίας quaestio est. Aiunt οἱ μεθουσιαῖοι se τὸ ῥητὸν
tueri, cum Paulus tantum dicat esse κοινωνίαν σώματος. Nec
obscurum est quid Graecis κοινωνία significet. Multa enim ipso
libro de veterum dictis dixeram. Sed mirabatur potuisse recen,
tiores tantum audere ut de re tanta a vetustate discederent
quasi non & audacius alia finxerint. De tota re coram colle

quemur

gemuntur, quia complecti epistolis non possum. Bene vale. Pro cul-
tris pagellas tibi mitto. in Pentecoste. Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Adfuit in publica re-
nunciatione gradus vir doctus et honestus Extmannus in qua
te quoque adfuisse optarim. Fuit recitata explicatio dicti Esaiae:
Si peccata nostra erunt ut coccinum et ut vermiculus: et dic-
tum, cur vermiculi mentio fiat, et qui sit color vermiculus.
Cum coccus nascitur ex vermem qui est immediata mate-
ria sanguinei coloris. Peccatum quiescit aliquandiu, postea fit
vermis, et cruentat nos in poenis: Sed filius Dei delergit cruo-
rem. Mittam tibi pagellas cum fuerint editae. Quaeso ut
cures mihi pro loculamento emi cultros Tangermundenses non
grandiores multo nec minores iis quos antea misisti: et digito
aurato factos. Dedi priores partim Camerario partim doctori
Alberto Concionatori Bremensi, partim aliis quibus admodum
placuerunt. Bene vale. die prima Augusti.

Philippus.

EIDEM

S. D. Cariss. frater. Legi tuum scriptum et probo, sed verecun-
dius loquor cum dico de copulatione duarum naturarum. Non utor
hac phrasi: Necesse fuit, Oportuit Mediatorem esse deum et hominem.
Sed

Sed utor hac phrasi, Congruebat: qua more et alij usi sunt, ac studeo vitare offensiones. Sed tuo more loquuntur Irenaeus et Chrysostomus ἔσεσθαι τὰς δύο φύσεις ἀσυγχύτους [illegible] Dei. Sed haec coram. Atque utinam saepe de talib. reb. colloqui possemus. Oro autem filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis et resuscitatum ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις, ut nos doceat et gubernet et adiuvet et faciat nos σκεύη ἐλέους.
Pro tuis pomis Stramerianis mitto vobis pagellas, et tibi gratiam habeo tum pro munere tum vero pro perpetua benevolentia. Bene et feliciter vale. Salutem opto tibi et collegis et amicis. die 17 Augusti.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Cum hic Fridericus Ueanus in Academiam Pomeranicam mittatur, velim te literas ei ad Iacobum Runginum dare. Non enim dubito te quasi colloquio Iacobi delectari. Mitto autem tibi pagellas disputationis cum te hodie adesse optarim. Professo enim de magnis reb. institutae explicatio. O rem miseram; quod doctorum et piorum colloquia impediuntur Sycophantarum rabie. Cum iste venero de his reb. loquemur. Tu interea

curato

curato ut nostrum habeamus ... eruditum [illegible] erat anno superiore. Bene vale. 3 Novemb. qui 6 mensis כסלו id est [illegible].

Philippus

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Scriptum de controversia Noribergae docentibus proposuimus, cui subscripserunt omnes, praeter duos qui abdicarunt munus docendi. Alterius tanta erat inscitia & audacia, ut solet ἀμαθία θρασος ἀπειροθάρσους, ut diceret Christum per accidens iustificare. Nunc vero his remotis a ministerio, una est Dei beneficio, vera & consentiens vox omnium nostrorum docentium in Ecclesia Noribergensi. Exemplum scripti nostri mittam. Nunc enim duae paginae in officina typographica absolutae sunt. Spero etiam ceteris Ecclesiis hanc explicationem profuturam esse. Diaconus quem vocastis mihi notus est. Spero modestum fore & tuis monitis obtemperaturum esse, quod ut faciat hortaberis eum discedentem. Optarim eius pronuntiationem concionib. aptiorem esse. Sed fortassis diligentia moderari eam poterit. Hac de re mihi scribes. Bene vale. 13 Novemb. Plura nunc scribere non potui.

Philippus.

Clarissimo viro, Abdiæ Prætorio, in inclyta Academia Francof. lectori, fratri suo carissimo.

Hæ omnes ep[isto]læ Abdiæ Prætorio scriptæ non sunt editæ.

S D Doctissime vir & carissime frater. Scimus filium Dei λόγον ἀϊδίου πατρὸς, qui protulit Evangelium, Dextrum aeterni patris, studia doctrinarum & regere & tueri. Hunc toto pectore oro ut nos in hac militia gubernet & faciat ut tua migratio in Academiam, Ecclesiae, studijs publicis & tibi sit fausta & felix. Opto etiam aeternam esse harum Ecclesiarum & Academiarum concordiam. De fama itinerum meorum, scito mutatum esse consilium de Pomeranico itinere. Cum Synodus indicta esset quae putabatur in urbe Parthenope conventura esse, scripsit Dux Pomeranicus hoc tempore me non evocari quod existimaret me propter Synodi disputationem oportere domi esse. De chronicis quae scribis, ominari nos εὔφημα velim. Si unam addam seqentium temporum historias, & partem quam edidi, probari tibi valde opto. Squallidior est quam velim, quia satis mihi tempus deesse ad emendationem. Sed institui ut adolescentes inuitentur ad veterum lectionem. Bene vale. 24 Maij 1558. Salutem opto Pannonio & vobis omnibus

Philippus.

EIDEM.

S.D. Doctissime vir et cariss. frater. Propter adolescentulos repetivi in scholis seriem veterum Imperiorum, quam certe prodest illi aetati proponere: Et voluntatem meam vobis probari spero. Exempla duo mitto isthuc teq. oro ut Christophoro exhibeas id quod ei inscripsi. Utinam ad narrationes ipsas perpoliendas plus et temporis et eloquentiae mihi contigisset. Sed spero alios et feliciores et magis disertos hoc exemplo excitatos meliora scripturos esse. Oro filium Dei custodem Ecclesiae ut nos omnes gubernet et protegat Ecclesias. Quaeso mihi significes an has meas literas et priores acceperis. Bene vale. Cal. Iun. 1558.

Philippus.

EIDEM.

S.D. Clarissime vir et carissime frater: In libelli chronici inscriptione quibusdam hos versus addidi:

Ἐστι χερσὶ καθαρᾶ δόντος τόδε δῶρα φίλοισιν
Ἔστω καὶ φίλη ἐν δεξαμένοισι χάρις. Te spero ξὺν χαρίτων εὐνοίᾳ accepisse exemplum chronici libelli; et an acceperis quaeso significa. Nam per proximum tabellarium misi. Quae de Sycophantica censura sparsa à Flacio scripsisti ad generum meum, iudico vere et graviter scripta esse. Nunc expecto decreta Turingica de quibus deliberabimus cum prolata fuerint.

Nuncius properabat, ideo addere plura non potui: Sed semper nos unum esse in Deo volo. Mittam de die nuptiarum filiae Sabini pertinentiorem tabellarium: Nam te quoq. vocabimus. Bene vale. die 7 Iunij. 1558. Salutem reverenter optat Peucerus Scriptoris brevi prolixe. Philippus.

EIDEM.

S. D. Clarissime vir & carus. frater. Voluit Sabinus vocari Senatum Academiae nostrae ad publicum ritum desponsationis filiae ante annum. Etsi non libenter onero vos: tamen eo non gravatim ad vos scripsi, quia collegium nostrum expeto, & te ut ad nos venias ad diem constitutum oro, etiamsi Senatus alios mittet publico nomine. Dies publicae desponsationis constitutus est 27 Iunij. Epistolam ad senatum Academiae scriptam quaeso ut tu exhibeas. Iussi .n. nuncium tum ad te accedere, teq. oro ut mihi rescribas. Significes et an libellos chronicos acceperis. Bene vale & rescribe. die 13 Iunij 1558.

Philippus

EIDEM

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Et amore nostro & iudicio debitatis suum quod ad nos expatiati estis, nobisq. & de beo

debeo & habeo gratiam. Post iter nostrum scripserunt ad me amici Norimbergenses, Senatum dimisisse Concionatorem qui fuit ἐν τῷ βλακικῷ τάγματι πρωτοστάτης. Adhuc expectatur editio Censurae βλακικῆς de gratia in aula Turingica contentiones fervent. Quicquid intellexero tibi significabo. χαῖρε [illegible] τῶν φίλων ἄλλ. Audio venerari τὴν [illegible] ἀναγ[illegible] & alias quasdam gregis istius delitias. Etsi certamina maiora fieri doleo: tamen si respondendum esse iudicabo, dicam Deo iuvante quae & vera sunt & Ecclesiae utilia. Bene vale & rescribe. die 20 Iulij 1558. Philippus

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Existimo labores meos in illa ora Balthici littoris multis profuisse. Sed nunc voluntates alienata sunt. Et tu vetus illud nosti, ἀπολέμου τοῦ ἀμάξης, τῶν δ᾽ ὄρων οὐ μέλει. Quare non ausus sum scribere ad regem, cum quidem huic Georgio, quem iudico virum bonum esse, libenter gratificaturus essem. Sed fortassis nocuissent eis meae literae. Mitto tibi orationem de nostro sene Pastore cuius lectionem tibi & multis bonis spero non inanem fore. Nuper ad nos missus fuit Isletius qui amanter a nobis exceptus est, ut narrare

narrare poterit ἀρχιγραμματεῖο. Bene vale. die 25 Augusti 1558.
Philippus.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Ego vero & velle[m] te adfuis
se, & ut conveniamus operam dabo. Etsi enim consiliu[m] nostru[m]
fuit Socraticu[m], Ne quid principu[m] no[min]e responderetur: tamen hoc
additum est, Oportere nostros docentium no[min]e habere scriptam de
fensionem si illi rursus indicent synodum aut edent illas suas
sententias. Formare ig[itu]r necesse & scriptu[m] de quo deliberare & prin
cipes & eruditos res poscit. Ardet Europa horribilibus bellis. In
terea in media Germania ista Sphynx βλεκιαν dissidia acce
dit partim variissimis sophismatum πλοκαῖς, partim defensione ma
nifestae εἰδωλομανίας. Bavari iam ediderunt capita Inqu[i]
sitionis contra nostros. Hi armantur clamoribus Flacianis. De
quaestione agitata inter Islebinu[m] & Fagium nihil ad me prin
ceps scripsit & utilius est ἀμνηστίαν sanciri. Nosti n[am]
alteru[m] intra doctrinaru[m] metas nolle circu[m]ire, sed delitias
quaerere in dicendo. De bellicis rebus narrantur quaedam
de quib[us] ex aula v[est]ra habebitis certiores historias. Scis
illud Homericu[m]. κακὸν ἀτρεμέωλια βάζειν. Bene va
le.

vale. die 9 Septemb. 1558. Salutem opto & Sabino & fideli & Crolochio. Nescio an acceperis orationem de pastore nostro. Ideo mitto aliud exemplum.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater: Scis illud Demetrij Phalerensis quod dixit Aristotelem in epistolis interrogatum de longioribus disputationibus solitum respondere ταῦτα οὐκ ἔστιν ἐπιστολικά. Idem ego sentio nunc ipse. Libenter ad te integra nostra mitia de nostris disputationibus mitterem: sed scis mihi tempus deesse. Omnino autem decrevi coram tecum de multis rebus colloqui. Deus καρδιογνώστης testis est me non φιλονεικίᾳ aut δοξομανίᾳ, aut κενοδοξίᾳ sed simplici studio quaesivisse explicationes controversiarum quae extant. Et semper nostri iudices esse pios & doctos. Sed haec coram. Mitto pagellas Bavaricas & iam institui responsiones ad singulos articulos in quibus necesse sit & βλακικά quaedam attingere. Sed Staphylum referire durius oportet. Bene vale. die 24 Octobr. Curato ut huic meo nuncio des aliquid literarum

Philippus

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Gratulor nobis halcyonia

nostra

uestra, & opto ut sint diuturna. Sed exorti sunt uenti in nostra
uicinia qui nouas tempestates Halcyonum nidulis minitantur.
Titulo Viris Saxonicae editus est liber, quem multi nobis contra Gor-
gonem opponent. Mea causa non ualde doleo, sed in Ecclesia sta-
bilire mendacia & idola ualde doleo, & agnosco huius aetatis se-
nectae mundi morbos. Fient subinde maiores dilacerationes.
Nec existimo defuturos Antagonistas illius Gorgonis Architectis.
Oro autem filium Dei ut nostra Vulnera sanet & quam plurimorum
pectora capulet spiritu s. sancto ut unum in ipso sint.
Credo Ecclesiae & nunc & ad posteritatem profuturam coniunctio-
nem quae adhuc in Academijs mediocris est: Nec profecto
istos Agyrtas qui nobis & Veritati inimici sunt metuo. Be-
ne Vale & rescribe. die 9 februarij 1559. Φ.

EIDEM.

S D. Ea nocte quae secuta est laetissimam ἑορτὴν paschatos,
ui capti sunt Ionae Andreas pastor Ecclesiae senex, & Victo-
rinus ac abducti in arcem uicinam Leuchtenberg ubi car-
cer est latronum. Constat pietatem & modestiam in his duobus
uiris eximiam esse, sed ardet odio nostri flacius. Id osten-
dit in his honestis uiris cruciandis, quib. etsi nihil nobis
cum

nobiscum negotij est: tamen asperitas quae in nos exercetur, non placet. Precor filium Dei ut nos gubernet & protegat. Nunc enim occupatus labore colligendae disputationis de Romano pontifice qui conatur eximere Germanis τὸ ἀξίωμα τοῦ αὐτοκράτορος. Commendo tibi hunc

D Schrad.r

doctorem Iuris, virum integerrimum & amantem Concordiae publicae. Te quaeso ut eum complectaris. Bene Vale. die nono Aprilis 1559.

Philippus

EIDEM.

S D. Clariss. vir & cariss. frater. Scis Athenienses in templo Palladis pictam fuisse τὴν ἔριδα hac specie. Corpus fuit ophidiodes, supra caput auri massa, & circum hanc duo Gryphes de ea massa dimicantes. Utinam ἔρις ex tota hominum vita, non solum ex templis absit: Sed quid fiat videmus. Nostris dissensionibus confirmatur rabies in hostibus & in alijs qui praedarum spectant κοινωνίαν. In Belgico post finem Gallici belli atrocius exercetur saevitia in homines pios propter doctrinam quam antea. In vicinia procedit iracundia etiam adversus alios praeter captivos. Et iam edet longum volumen Sarcerius quod velut Areopagiticam censuram de dogmatibus nobis proponet. Adversus tot Gryphes & sphynges protegat nos filius Dei, dominus noster Iesus Christus ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ, δικαιοσύνη τε, καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις. Foveamus nostram coniunctionem,

ut

ut minus sit ταραχῶν. Bene vale. die pugnae Leuctricae, a qua huc annus est 1919 annus. Salutem tibi gener meus adscribi ius sit, qui accidebat nondum liberatus febri cum haec scriberem. Iterum vale. Garcaeum tibi commendo 1559.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Scio disputari unde sit Bavariae appellatio, a Bojis ne, an a vocabulo Avares, praeposita una litera. Fuerunt autem ἀβαρεῖς seu pars Hunnorum seu vicini, qui Iustiniani tempore cum Hunnis coniuncti Thraciam Illyricum & Pannoniam vastarunt. Et recte scripsit Iornandes, Hungarorum nomen compositum esse ex Hunnorum vocabulo & Avar, quod est ἀβαρεῖς. Nostros vero Noricos a Bois dictos cum Italia muis. Optemus autem & Noricis & Pannoniis Ecclesias recte constitutas & tranquillas. Mitto tibi pagellas nostrae responsionis & mitto ut censori erudito & candido, Ac te oro ut iudicium mihi tuum significes. Staphylus iam sua σκέμματα contra me edidit spargit, & βλεννινὸς Τύφων edidit quiddam de humana voluntate, cum & recte & vere cunde locutus sim & seq. quam ordinem divinitus traditum: fides ex auditu est. Nec nolim dubitationes augere. Sed expecto tuum iudicium. Bene & feliciter

feliciter Vale. Salutem vobis omnibus opto. Peto ut rescribas. Ca
lend. Septemb. 1559. Philippus

EIDEM.

S D. Doctissime vir & cariss. frater. Responsiones meas de
Bavarica inquisitione tibi mitto, & mitto ut iudici, ac peto ut
mihi significes praesertim περὶ ἑκουσίου, an hanc explicationem
quam vides hinc inde scriptam esse, probes. Non tam oppugnare
quam exponere horridiores quaestiones volui. Scis enim turbari ani
mos labyrinthis illarum disputationum. Mitto autem & Χά-
ριτας quas exhibebit tibi noster Henricus collega carissimus.
Spero collegio vestro & Musas & charites interfuturas. Nec
tantum illas Atticas sculptas a Socrate, sed etiam Χάριν τοῦ
υἱοῦ Θεοῦ. Bene vale & rescribe. Cal. Octob. Salutem opto
vobis omnibus ac nominatim doctori Sroto, cuius palacio gra-
tulor vocem Evangelij. 1559. Philippus

EIDEM

S D. Clariss. vir & cariss. frater. ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται,
ὅτ᾽ ἂν ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ. Cum autem nuper nuncio igno
to tradiderim Confessionis Augustanae graecam interpretationem tibi
exhibendam, quaeso te significes an eam acceperis. Nam hic nuncius
mihi notior est & citius, Deo iuvante redibit. Alter vagabun
dus

per longinqua Sarmatarum rura. Scribitur Romae pontificem crea-
tum esse Carpensem, cuius laudantur mores, & in rep. moderata
consilia. Existimo deliberationes de Synodo fore. Utinam & nostri Pon-
tifices in Synodo pia sanarent nostrarum Ecclesiarum vulnera. Be-
ne vale & rescribe. die 28 Octob. 1559.

Philippus

EIDEM.

S. D. Clariss. & doctiss. vir & chariss. frater. Spero senatum
inclytae Academiae vestrae non defuturum esse consilium in diiudi-
catione nostrae Controversiae & in tuendo consensu omnium piorum
& eruditorum de hac propositione: Nova obedientia est necessaria.
Seu: bona opera sunt necessaria. Non abiiciam has propositiones,
etiamsi dira mihi minitetur tota illa factio Antinomorum. Miror
tuum Antagonistam istic non cogitare quantum nobis domestica
concordia opus sit, cum legerit haud dubie Stanislai scripta. Mi-
ror etiam cum toties nobis bellum inferre cum priorum certami-
num eventus non ignoret. Furores erant: Divinitatem mortuam
esse. Necessario fieri bonas & malas actiones. Nunc accedit & hic
furor, quod damnat propositionem: Nova obedientia est necessaria Seu
bona opera sunt necessaria. Quid delectat eum toties movere
tumultus inter amicos, & quidam tetras & monstrosas opiniones
afferre

adferre? Potius feriat hostes Ecclesiarum nostrarum. Est omnino necessaria & sapientia & virtus discernere cives & hostes. Legi pagellam scriptam contra me ad doctorem Widerstadium. An putat mihi deesse in causa nostra optima, quod respondeam, si vellem domestica dissidia augere? Sed tamen optarim eum moderari impetus suos. Etiam me mortuo viri pij & eruditi testabuntur nos vera & utilia Ecclesiae docuisse. Ipse gloriatur se legere volenes, quos si intuetur, prodere eum debebat, se defendere propositiones, quas si illi audivissent, execrati essent. Sed desino. Tantum hoc addam: Valde doleo, & extrema ac deliras senectis Ecclesiae fata deploro, ac filium Dei oro ut nos doceat ac gubernet, & faciat ut multi unum in ipso simus, & nos protegat contra Pontificios & alios sophistas. Nec vero dubitemus filium Dei servaturum esse suam Ecclesiam & nos in ea qui veritatem sine sophistica docemus. Isti praestigiatores sibi proponant dictum Syracidae: ἔστιν ὁ σοφιζόμενος ἐν λόγοις μισητός, οὐκ ἐδόθη αὐτῷ παρὰ κυρίου χάρις. Scriberem plura si non alijs negotijs impedirer, & tibi in causa optima non est opus nostra disputatione. Huic vicissim est illud Pindaricum: εὐώνυμον ἐς δίκαν τρία ἔπεα διαρκέσει. Tribus verbis & refutari furor Antinomorum & huius Antagonistae potest. In Roman. scriptum est: Debitores sumus.

sumus. Christus inquit: Quod debuimus fecimus. Item: Milita bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam. Sed tibi notae sunt nostrae explicationes: Ideo nihil addo. Mitto hunc tabellarium meo sumptu & peto ut rescribas. Mense Novembri 1559

Philippus

EIDEM.

S. D. Doctiss. vir & cariss. frater. Cum dubitarem an vidisses interpretationem graecam confessionis Ecclesiarum nostrarum: dedi huic nuncio exemplum, ac iussi tibi exhiberi. Nuper & Byzantium misimus per Diaconum Ecclesiae eius urbis, cuius narrationes tibi exponemus, si quando coram poterimus colloqui. Narrabat multas adhuc in Asia & Graecia & Illyrico Ecclesias & in aliquibus mediocria doctrinarum studia, sed tristem esse servitutem. Et vides in Europa ubique servitutem crescere. Petamus igitur ardentibus gemitibus ut filius Dei nobis opem ferat. Pro tuis muneribus mitto vicissim Χριταν & opto nobis χάριν Θεοῦ. Bene vale & rescribe. die Lucae. 1559.

Philippus

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & carissime frater. Mitto tibi capita disputationis Eberi, quae cum scriberem, saepe cogitavi illud: Ζεῦ

μοῦ

καὶ μὖν δακοι ἄνδρα δίκαιον. Te oro ut ἄλλα tuarum defensio-
num nobis mittas. Cum essem in arce Lochana Elector Mar-
chicus clementer mecum loquutus est, sed praecipue de Victorino
καὶ περὶ ἀναζητ[illegible], quam et ipse reprehendebat. Tem-
pus impedijt quo minus [illegible] μονομαχίας cum eo loquerer.
Properabat enim ad venationem et me reuocabat tempus renunci-
andi testimonij. Sed ubi sciero quid actum sit inter nos, deliberabo
locum ad quos scribendum sit. Tu in causa optima, conscientia
rectae sententiae et optimae voluntatis te erigas. Bene vale et
rescribe. die Brumae 1559. Philippus.

EIDEM.

S D. Clariss. vir et cariss. frater. Hic noster ciuis pergit in
vicinam nobis Borussiam, dedi tamen ei literas quia libenter te
cum quotidie colloquerer. Audio vicinas nostros Hyenae synodi
conuocaturos esse, ut sua Sloira decreta exasperent et fortassis eo ac-
cersant τὸν μῶρον et Hesbusium qui nunc Bremam venit, et alios
ut populo numerus etiam fucum faciat. Hae [illegible]
non opprimunt veritatem. Nos modeste dicamus recta et petamus
et expectemus a filio Dei auxilium. Flagito de propositionibus
Ebeni tuum iudicium. Bene vale et rescribe. die 15 Decemb. 1559
Philippus

EIDEM

S D. Clariss. vir et carissime frater. Hanc epistolam cum
Scriberem

scriberem die 13 Januarij, quo ante annos 55 natus est Ill^mus princeps Elector Marchio, nobiscum vota faciebam, ut Deus creator & vitae dator, & custos legitimorum imperiorum vires aiae & corporis Illustrissimo principi Marchioni Electori confirmet & longa ei vitae spatia tribuat, & ut hic veniens climactericus 56 sit ei faustus & felix. Hunc autem nuncium ad mittimus ut adferat istuc τὸ γραμμάτιον missum doctori Schradero. Te igitur oro ut nostras literas & γραμμάτιον ab hoc nuncio accipias & clariss. Viro D Schradero exhibeas. literae sunt amanter scriptae de Academiarum coniunctione tuenda, Et hoc officium quod a te petimus ex eo genere est de quo sunt versus Enniani: Ut qui lumen de suo lumine accendit & cet. Καὶ ἀγαθὸν τὸ διακονεῖν [illegible] ... pertinet. Oratio igitur ut hanc totam rem pro tua prudentia & fide ita agas ut nostrum studium Schraderus cognoscat & mihi rescribat. Mitto picturas Vuiciorum magistratuum, & peto ut alteram exemplum exhibeas viro clariss. dn. Sabino, Alteram tibi dono. Latina nondum fuerunt edita quae prius debuerunt edi. Significes aliquid περὶ διζήματος τοῦ μηνός. Bene vale. die 13 January. 1560.

Philippus

EIDEM.

Clariss.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Ut Polycarpus aures obstru-
ebat digitis si quando in eos qui Marcionis & similium furen-
ter dicta recitabant: ita & ego magno dolore adfectus sum legens
illas tetras corruptelas quas publice in loco Dei sonant inimici
nostri quos certe sequetur Adrastia. Oro autem toto pectore
filium Dei λόγον ἀϊδίου πατρὸς ut nos doceat & gubernet,
& mentes discentium flectat ad amorem veritatis & proprietatis.
Verum est prorsus illud Euripideum ἀπόλεσον γλῶσσα
αἰσχίστη νόσος. Scripta tibi iucundiora mitto. Spero
tuas literas nobis allaturum esse nuncium qui istuc attulit
doctori Schradero τὸ γραμμάτιον ὅπερ ἔπεμψεν ἡ βουλὴ
τῆς ἀκαδημίας. Historica hoc tempore non habebam
ἀξιόλογα, nisi ea quae de bellorum apparatib. in Tu-
ringia non obscure narrantur. Sed commendo nos filio
Dei & te nobiscum coniungere preces volo. Bene vale
die 18 Januarij. 1560 Philippus.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Cum alij multi ad me
scripserint περὶ βωμολοχίας Islebij; tum vero & Eusta-
chius qui non solum queritur de his Ecclesiae vulneribus, sed
etiam.

etiam me consolatur. Delectatus enim iudicio ipsius & tua voluntate er-
ga me. Consolationes nobis antea notas esse necesse est, quae par-
tim ex lege Dei partim ex Evangelio sumuntur. Scimus recta
dicenda esse, etiamsi tyranni & hypocritae nos interficiant. Deinde spe
auxilij divini leniendum esse dolorem. Nam filius Dei opitulabitur
veritati, iuxta dictum: Quod est ex Deo, non dissolvetur. Haec cum
quotidie cogitem, adiungo interdum sententiam Tertulliani, quam
adscribam, quia tibi & alijs gratam fore scio: Si apud Deum de-
posueris iniuriam ipse est ultor; si damnum, est restitutor; si
dolorem, medicus est; si mortem, resuscitator. Non igitur frangor
animo in explicatione modesta veritatis. Legi tuas responsiones,
& eos probo, Ac filium Dei precor, ut ipse testimonio suo illustret
veritatem, sicut ille precabatur: Χριστὲ σῶσον σεαυτόν. Re-
cens Lutetiae crematus est vir excellens sapientia & autoritate
inter eos qui ibi sententias dicunt in regio iudicio, nomine Burgius.
Feramus multorum piorum exemplo, sycophantarum rabiem, quam
tandem Deus reprimet. Existimo nostrum Glirum ex aula
ad nos redijsse iactitantem suos triumphos & rabiosius vocifera-
turum esse quam fecit antea. Tu modestiam quam hactenus prae-
stitisti, ex multi tibi non sinas. Scriberem plura si temporis con-
cederetur. Habeo enim nuncios Basilienses & alios qui me im-
pediunt

pediunt. Bene vale. die 13 februarij quo die ante annos 1719 Nicanor à Macabeo victus est. Salutem omnibus omnibus opto. 1560.

Philippus.

EIDEM.

S D. Clariss. vir & cariss. fr. Omnibus ætatibus fanatici seu Enthusiastici hoc μορμολύκειον sibi induerunt quod se nominarunt πνευματικούς, alios pios superbe desp[e]xerunt & literarum doctores vituperarunt. Idem consilium plus millies repetit Stenkfeldius. Sic & Luthero conviciabatur factio seditiosi hominis Monetarij. Audivi ipse iactitantem Pelargum Cygneum colloquia cum Angelo Gabriele, Et quis fuerit exitus Monetarij, seditione mota in Turingetis non ignoras. Non. n. abijciamus literarum & rectas literarum explicationes propter μορμολύκειον. Fatemur nos esse literarum doctores, Deum autem dare incrementum. Cum perscripseris tuam confessionem, quæso ut eam nobis mittas. Nam ubi legero, nisi erit aliquid de quo tecum velim deliberare, addam sine cunctatione ὑποσημείωσιν, ut consensus nostri testimonium extet. Mitto tibi duo exempla secundæ partis chronici operis, quorum alterum dabis Dno Sabino. Misissem colligata, si tempus ligari concessisset. Huic nostro nuncio equitem Adolescentem Norimbergensem adiunximus iturum ad urbem Stetinum. Cum autem viam

viam ignoret, quaeso ut istic adiungas cum aliis doctis honestis si qui nunc iter facturi sunt ad urbem Stetinum. Si comites habere equites non poterit, rursus ipsius sumptu hic noster tabellarius cum eo iter faciat et sit viae monstrator. Nomen est adolescentis Gabriel Meichsner Noribergensis. Notus est Joachimo Camerario a quo mihi commendatus est. Proficiscitur ut sit in aula Comitis de Neugarden. Oratio ut hoc hospitale officium non gravatim praestes. Bene Vale. die 27 Martij 1560. Philippus

EIDEM.

Clariss. vir & cariss. Fr. Lipsiae vidi his diebus editam longam orationem τοῦ Βλασχικοῦ συρφετοῦ, in qua petunt a Duce Joanne Frid. ut Synodum convocet, in qua publice fiat ut in Synodo condemnatio eorum qui non probant eorum τὰ ἰδιόδοξα. Subscripsit Morlinus qui est fax ad augenda dissidia. Si procedet consilium erit nuspiam Synodus. Nos simus memores dicti. Ipsi maledicent Deus autem benedicet nob. Non dubito Christiano convientus esse tam multos quam multos accersunt. Distractiones tamen & odia istae furiae augebunt. Pagellas mitto de studio linguae Graecae lectio minus insanis quam sophismatum Glirii. Bene Vale. Salutem d. Sabino & aliis amicis opto. die 6 April. 1560.

Philippus.

Hae epistolae ad Georg. Bucholzerum non sunt editae in ultima editione epistolar. Melanthonis in folio et in 8°.

Reverendo Viro, eruditione & Virtute praestanti D. Georgio Buchholtzer, pastori Ecclesiae dei in inclyta urbe Arctoa fratri suo carissimo.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Dei beneficio hic mediocris tranquillitas est, nec vagantur morbi saevi qui multos interficiant. Librum Wimariensem ex nostra aula expecto, quem cum audiam vetera sophismata Flacica repetere, non valde eum desidero. Heri Stenkefeldianum librum contra me scriptum accepi, in quo repetuntur contumeliae ministerij Evangelici, & depravatur dictum Pauli. Unus est mediator Christus. Inde argumentatur ille praestigiator Verbum aeternum non esse medium quo Deus est efficax. Talis sophistica principum severitate compescenda erat. De Vatabli editionib. mihi placet ut filio gratificemini. quia verum est Vatablum fuisse virum doctum in lingua Ebrea, & grammaticas admonitiones utiles tradidisse. Sed utilius est filio conferre interpretationem germanicam Lutheri, & usitatam latinam ad fontes. Et vellem eum non distrahere intentionem in plures versiones. In Belgico pugnatum est mense Iulio, & in Gallico exercitu aliquot millia trucidata sunt, & multi nobiles viri capti. Sed existimo vos habere integram narrationem. Utinam

nos

nos intuentes illam tristem tragoediam gallicis & belgicis exemplis mo
destiores & petiremus a Deo pacem his regionibus & Ecclesijs. Bene
valete. Die S. Augusti. ~~4 Aug~~. D Sabino epistolam, quam ei in
scripsi, ut mittatis oro. 1558.

Philippus Melanthon

EIDEM.

S D Reverende vir & carissime frater. Insiti sunt ab ipso con
ditore Deo hominum pectoribus στοργὴ erga sobolem, ut sint com-
monefactiones de στοργῇ in Deo erga filium & erga nos. Vult igitur
Deus nos dolore adfici in reb. adversis nostrorum. Sed vult
nos etiam dolorem ita moderari ut decet. Haec tibi cum nota
sint, scribo brevius & filium Dei dominum nostrum Iesum Christum
oro ut servet Ecclesiam & in ea nostras familias ut ipsum vere
celebrent in tota aeternitate. Quod interrogas de verbo ἐντυγχάνειν
non dubia est significatio. Intercedere vel interpellare, apud
iratum aliquid pro alio petere. Christus intercedit ut merita sua pro
nobis offerens. At spiritus sanctus interpellat ut inclinans ad peten
dum & accendens corda nostra & adiuvans. Exempla verbi pluri
ma colligam. Nunc hoc adscribam quod legitur apud Plutarchum
de legatis missis ad Coriolanum petituris pacem. ἐνετύγχανον
αὐτῷ καθεζομένῳ &c interpellarunt eum sedentem &c. Miror
reprehensores nostros ne quidem veteris Ecclesiae testimonijs moveri

Perspicuum

Perspicuum est quod ex Eusebio recitamus. Utinam docti de mul-
tis rebus colloqui possent, quia uides subinde fieri maiores dila-
cerationes. Mitto rursus exemplum nostrae disputationis quod
ostendit nos laborare ut in nostris Ecclesijs & ueritas & consensus
retineatur. Hoc nostrum studium adiuuare multos optarim. Be-
ne uale & rescribe. pridie Cal. Decemb. 1556.

Philippus.

EIDEM

S. D. Reuerende uir & carissime frater. Nondum huc redijt
Valentinus Engelhart Mathematicus. Scire autem nos oportet, quid
responsurus sit illustrissimo Duci Prussiae a quo in Academiam
uocatus est. Ideo si apud uos est Valentinus, curate ei dici ut
aut scribat nobis aut huc cito redeat. Si non est apud uos,
queso ut uestris literis mihi significetis ubi sit. Existimo id
scire uirum clarissimum Thomam Matthiam. In Belgico cer-
tum est iam post finem belli gallici exasperatam saeuitiam
contra pios propter ueram doctrinam. Deus gubernet & protegat
Ecclesiam suam in his regionibus. Audio ueram esse famam
quae narrant Romae Gropperum mortuum esse. Bene & feli-
citer ualete. die septimo Iunij. Oro Deum aeternum pa-
trem Domini nostri Iesu christi datorem & conseruatorem
uitae nostrae, ut Illustrissimo principi Marchioni Electori
&

& uobis confirmat animae & corporis uires. 1559.
Philippus Melanthon.

EIDEM.

S D. Reuerende uir & carissime frater. Utinam & res pub,
lica diutius uti potuisset consilijs viri excellentis ingenio & uir
tute D Cancellarij, & familia paterna consuetudine diutius
frui potuisset. Sed Deo uocanti nos ex hac statione obedien,
dum est. Filium commendauimus viro clarissimo doctori Snei,
denwein, ubi habet honestum sodalitium studio literis deditum.
Mitto uobis exemplum libelli chronici. Talia scripta iuuentuti
plus prodesse existimo quam maledicos libros Staphyli & flacij.
Oro autem filium Dej ut reprimat sycophantas, & ecclesiae
tribuat doctores & gubernatores diligentes ueritatem & pacem, ut vox
diuina praecipit inquiens Diligite ueritatem & pacem. Bene va,
lete. die octauo Maij. Philippus Melan.

EIDEM

S D. Reuerende uir & cariss. frater. Scripsit ad me Illus
trissimus princeps Palatinus elector, petitq. sibi mitti librum e,
ditum de doctrina & ritibus Ecclesiarum nostrarum consilio Ill^mi princi,
pis Marchionis Electoris, ut collatione talium formarum adhibita
melius deliberare de suis Ecclesijs possit. Non dubito autem
pete

peti nostram formam pia voluntate, & scio Illustrissimum principem Marchionem Electorem libenter opitulari Ecclesijs multarum regionum. Et nos docet hortari pios ut se collatione utilium scriptorum confirment. Ideo te oro ut has meas literas Illmo principi Marchioni Electori ostendas, & petas tibi concedi ut exemplar mihi mittas. Teq. valde oro ut huic meo nuncio civi Witebergensi tradas librum de forma doctrinae & ritibus Ecclesiarum vestrarum. Ego precium etiam libenter mittam. Ex conventibus Augustano & Polonico scio vos habere certiora quam ego habeo. Sed ex Vienna literas accepi in quibus scribitur Turcicum tyrannum aegrotum esse & propter discordiam filiorum, cum permisisset Adrianopolin ducturus exercitum in Pannoniam. Bene vale. die 8. feb.

Philippus Melanthon.

Libellus doctoris Petri de Coringio dulcissime scriptus est. Ideo tibi misi, si forte ad vos non esset allatus

EIDEM.

S D. Reverende vir & cariss. frater. librum de Ecclesijs Marchicis misi Electori Palatino & primum Illmo pr. Electori Marchioni deinde & vobis gratias ago. Audio rursus bella in multis locis, etiam in Bavaria parari. Ruunt imperia in poenas, quas ut Filius Dei leniat precemur, & inter tantas ruinas servet Ecclesiae reliquias.

Nunc mitto in aulam Ducis Saxoniae responsiones de libro Vimari-
ensi, quas haud dubie & Electori Marchioni Dux Saxoniae mittet.
Sed mittam & ego cum primum erunt descripta. Nunc mitto
vobis Colossenses. Bene valete. die 27 feb. Phil. Mel.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Deus conditor coeli, &
luminum coelestium, & anni, faciat ut hic veniens annus sit
faustus & felix Ecclesiae & Germaniae. Id eo petamus ardentius quia
coelestes significationes terribiles sunt & videmus odiorum & dissi-
diorum incendia crescere, quae ut restinguat filius Dei, dominus
noster Iesus Christus custos Ecclesiae toto animo pectore oro. Colloquij
in urbe Vangionum initium fuit nobis non insuave. disputa-
tum est enim de norma iudicij in iudicanda doctrina Ecclesiae.
Nos defendimus normam esse debere Scripta prophetica & aposto-
lica & symbolica. Illi contra contenderunt normam esse oportere
Consensum quem ex dissimilib. interpretib. & temporib. colligunt.
In multis magnis rebus ostendimus posteriora tempora a sincera
antiquitate dissentire. Post hanc primam velitationem invide-
runt occasiones abrumpendi colloquij quib. adversarij libenter
usi sunt, etsi Rex Romanorum praeceperat ut procederemus. Illus-
trissimo principi Marchioni Electori reverenter gratias ago quod
de me

de me clementer in hoc meo luctu & multis meis dolorib. locu
tus est. Meis filiabus adhuc opus fuit matre rectrice. Sed
commendo nos Deo patri orphanorum quem oro ut seruet Ec
clesiam suam & nos in ea. Bene vale. Cal. Ianuarij. An
no 1558. Mitto pagellas meo more.

Philippus.

Epistolam inclusam quaeso ut mittatis Hieronymo Standen

EIDEM.

S D. Reuerende uir & cariss. frater. De colloquio inchoato
in urbe Vangionum audies ex viro clariss. D Sabino, quae
fuerit praecipua causa quae nostros disiunxit. Ex qua disiunc
tione postea aduersarij occasionem sumpserunt abrumpendi col
loquij. Semper studiis conseruare coniunctionem nostrorum quan
tum ego potui. Nec ulla sunt a me orta consilia distractionis
ullo tempore. Sed uides quantum furoris sit in meis inimicis
qui non tradunt deum corpus, sed excerpunt mutila membra, quae
calumniose exagitant. Commendo autem me & Ecclesiam Deo.
D Sabinus petet a te beneuolentiae erga nos tuae significatio
nem, quam si sine tuo damno exhibere potes, quaeso ut bene
uolentiam ipsi tuam declares. Bene vale. In Epiphanijs. Aº 1558

Philippus.

Ago etiam gratias quod tuetur & nostram amicitiam semper
conseruasti

conservasti & benevolentiam tuam mihi & meis declarasti. Vetus versus est. Bonus vir semper sibi similis est.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Vult utrumque Deus & ut doleamus cum avellimur aliquantisper à nostris, aut illi à nostro conspectu avelluntur, & ut dolorem moderemur, ut scis. Multum exempla te consolari poterunt. Nam cum alij sancti viri viderint tristiora funera, cogitemus nos quoque communium calamitatum socios esse oportere, nec volimus eximi à communi lege cum & nos simus massa peccati. Consoletur te etiam beatitudo filij. Saepe opto mortem, ut viator noctu iter faciens optat diem, quia videre coram lucem illam cupio, de qua nunc ex sermone divinitus tradito & nos & alios docemus. Moventur ingentia certamina in multis locis, de natura divina in filio. Et mecum disputant viri quidam de ea quaestione. Sed Deum oro ut nos gubernet. Valde optarim nos coram aliquando de multis rebus colloqui posse. Mitto tibi responsiones grammaticas & historias quas petijsti, & oro ut mihi significes an hunc fasciculum acceperis. De filij epitaphio cogitabo. Faciam etiam si aliquot versus cum velle te hoc intellexero. Sed significabis mihi an epitaphium eadem scriptum sancte matrone con-

ingi

corrigi D. Islebij uobis placuerit. Bene & feliciter uale. die
2 Ianuarij Anno 1557.

Philippus.

De uerbo ἐντυγχάνειν certum est id uerbum significare interpellare
uel compellare, uel interuenire. Paulus eo utitur Rom. XI. Elias
compellat Deum contra Israel. Paulus 1 Timoth. 4. Sanctificatur
cibus per uerbum & precationem. ibi ἔντευξις simpliciter significat
precationem. 1 Timoth. 2. ἐντεύξεις intercessiones. Nazanze-
nus in oratione de filio Dej narrans Pauli locum ad Roman. 8
aperte inquit: πρεσβεύει ἔτι καὶ νῦν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς σωτη-
ρίας. Legatione fungitur etiam nunc pro mea salute. Quid dici
clarius potest? Ex scriptoribus historicis multa possem
testimonia citare. In Pelopida inquit Plutarchus, Tyrannum
thessalicum prohibuisse, ne admitterentur ad captiuum Pelopidam
homines allocuturi eum. ἐκώλυσεν ἐντυγχάνειν αὐτῷ prohi-
buit eum alloqui. Aristoteles ait dialecticam utilem esse
πρὸς ἐντεύξεις, id est, ad colloquia, ut ordine & apte colloqui
inter se possint hi qui uolunt aliquid inquirere.

In Eusebij Ecclesiastica historia libro sexto capite postremo, Epistola
est Dionysij Alexandrini ad Nouatum, in qua hæc desunt verba:
Et erat non inferior gloria sustinere martyrium, ut scindatur

Eccle-

quam est illa, Ne Idolis immoletur. Postea sequuntur verba hyperbolica quae non opus est veritati. Potes inspicere locum, & in lectione omnium humanorum scriptorum candor in iudicando adhibendus est, & interdum eminentia accedat ad tempora confusiones.

De Nicephoro scias complexum esse historiam a tempore Apostolorum usq. ad Imperatorem Phocam. Recenset & miserabilem exitum Imperatoris Mauricij, cuius excellens virtus fuit. Vixit Nicephorus ante annos circiter quadringentos, tempore Imp. graeci Emmanuelis qui factus e Imperator Constantinopolitanus anno 1142. Eo tempore fuit Imperator germanicus Conradus Suevus post Lotharium Saxonem. Hic Conradus Suevus gerit bellum cum Guelpho Duce Bavariae, qui ad familiam Comitum Zolrensium pertinet, ex qua sunt Marchiones Brandeburgenses qui nunc Marchiam tenent. Obsederat Conradus arcem Winsperg vicinam oppido Heilbron, in qua erat Guelphus cum coniuge & multis viris & matronis nobilibus. Desperata autem defensione arcis, mulieres petunt sibi concedi ut fide publica ex arce in Bavariam redeant, cum reb. quas gestare possent. Concedit Imperator. Mulieres exportant viros & pueros. Imperator videns hanc mulierum virtutem, parcit ferit. Postea Conradus & Guelphus simul in Asiam profecti sunt ut iuvarent eos qui receperant Ierusalem

salem. Circa illa tempora uixit Nicephorus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Scripsit ferinarius carmen, non captans aliquid, sed ut nobis laudantib. virtutem matronae gratificaretur. Ego pio studio edi volui. Sed tamen expectabitur ad nos ferinarius cum erunt tempestates mitiores. Velim autem te mihi aliquid de iudicijs vestris significare, an placuerit carmen an officium fuerit gratum. Epitaphia filijs tuis componi scripta curabo & edam. quos certe dilexi, quia ingenijs valebant, et deum oro ut extes ad posteros serventur bona ingenia quae & veritatem & pacem ament. de Turcicis rebus certo scribitur, filium Regis Persici mortuo patre, bellum instaurare & retraxi Turcicos exercitus in Asiam. Bononiae nobilis adolescens disputavit clavas Petri necesse potestatem gladij. Is Romam ductus est & ibi supplicio adfectus. De verbo ἐπιλήσχεται addo exemplum ex Actis Cap. 25. Festus inquit se saepe interpellatum esse de Paulo. ἐνέτυχε ἐμοί. Bene vale & rescribe. die 18 Ianuarij.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Etsi iam dedi literas, amico nostro Iohanni Schostero, tamen postea has addidi

addidi. Dux Subaudiensis minitatur bellum Helvetijs, quod si motum fuerit, geretur pontificia & gallica pecunia. Nunquam crudelitas in Gallia maior fuit, quam hoc tempore. Matronae & virgines nobiles nudatae ducuntur in Rogos. Precemur filium dei ut clementer opem ferat ubique pijs innocentibus eum. Bene vale. die 22 februarij. 1560.

Philippus Melanthon.

EIDEM

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Oro Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, creatorem cum filio suo domino nostro Iesu Christo & spiritu suo sancto, ut leniat moestitiam Illustrissimo principi Electori Marchioni & Illustrissimae Dominae, & habitet in eis, sicut in Esaia scriptum est Habitare Deum in moestis et innocentibus & suam eis laetitiam communicare. Confirmavi eis vires animae & Corporis oro. Ex Hungaria vir peritus & dignus fide scribit inducias esse inter Imp. ferdinandum & Turcicum tyrannum, quia filij Turcici tyranni dissident inter se de successione. & alter filiorum ad Persas fugit. Aiunt & de Synodo deliberationem esse, inter Imperatorem ferdinandum, Regem Gallicum & Hispanicum. Deus servet & protegat Ecclesias suas. Cum Scribis de convicijs quae in me sparguntur, non exulcerant animum.

Nam

Nam conscientia mea non est saucia & de genere doctrinae pijs omnibus iudicium permitto. Bene vale. 24 die May. Nunc plura scribere non potui. 1559.

Philippus

EIDEM.

S. D. Reverende vir, & carissime frater. Pagellas de morte Forsteri misi & alias quasdam. Scripsi etiam curaturum me esse ut filijs epitaphia non inepta scribantur. Id Deo iuvante faciam. De concionatore Polonicae linguae gnaro respondebo intra paucos dies, Nam hic munus non exspectabat nostram deliberationem cum amicis. Iam adsunt doctor Ioachimus Morlin, pastor Ecclesiae Brunsvicensis, & alij, pastor Lubecensis Hamburgensis & Luneburgensis, ut tollant controversias inter Illyricum & me. Sed initio testati sunt se nolle de dogma instituere colloquium. Quid propositum sit nondum scio, sed scribam. Bene vale. die Conversionis Pauli

Philippus.

Er hat unterschriben Pauli. ta spiraverat.

EIDEM

S. D. Reverende vir, & cariss. frater. Scio bonis viris iucundam esse recordationem bene meritorum. Ideo mitto orationem de doctore Pomerano, ac spero vobis lectionem eius voluptati fore. Mitto & alterum librum Stenkefeldij nomine scriptum in Silesia. Ita passim habet ille fanaticus homo suos satellites, qui multas Ecclesias turbat.

Sed

Sed filium Dei oro ut nos gubernet, & efficiat ut nostra Ecclesiae unum sint in Deo. Spero clarissimum virum Cancellarium Illustrissimi Electoris Marchionis istic narrasse, legatos omnium hic ex ceptos esse. Bene vale. Cal. Septemb. 1558.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & chariss. frater. Nescio an pagellas de Thammero vobis miserim. Ideo nunc mitto. Semper fuit rixosa & hallucinatrix ipsius natura, Nunc plane fanaticos furores ribi. Adversus tales oportebat nos pro dei beneficio recte docemus con. iunctiores esse. Mitto & aliam pagellam de Orione. Post merca tum lipsicum scribam & mittam plura. Bene vale. die Maij quarto.

Philippus

EIDEM

S. D. Reverende vir & chariss. frater. Hanc epistolam die Polycarpi scripsi, quem & Marcion & alij fanatici orib. probris lacerarunt. Doceamus vera modeste & proprio sermone, nec frangamur animis propter fanaticorum hominum rabiem. Rex Spartanus inquit, Satis est me Spartanis meis placere ὅσια ποιοῦντα καὶ λέγοντα. Ita ego piorum & doctorum iudicijs Contentus sum, Cum quidem sciam me vera & utilia pietati docere. Oro autem filium Dei ut nos gubernet. Exemplum orationum vobis mitto. Bene valete.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Saepe audivi meam coniugem his postremis annis suos vitae repetentem verba psalmi singulari motu animi. Non deficiat in senecta virtus mea. Idem precemur de nobis ipsis & de Ecclesia. Oro filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, qui dixit Ego sum vitis vos palmites, ut & Ecclesiam suam sanctam gubernet ac protegat, & Illustrissimo principi Electori Marchioni & tibi confirmet vires animae & corporis, & nos omnes clementer regat, & faciat nos sibi palmites esse vivos & placentes. Valentinum nostrum tibi commendo. Bene & feliciter vale. Cal. Maij 1559

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Etsi nunc in multis locis grassantur fames & bella: tamen sequens annus multo maiores calamitates adferet. Erunt enim horrenda Eclipses Solis & lunae, Et dissidia opinionum & prophanitas hominum attrahet poenas. Thammerus qui Mahometicas seu Ethnicas opiniones spargit vagatur in dioecesi Mindensi, quem publicus Episcopus magistratus politici adficere debebant. Interea nostri viri & te ipso tacente litigant de adiaphoris. Sed oro Deum ut nos gubernet & protegat. Scribere prolixius festinante tabellario non potui.

Bene

Bene valete & rescribite. die 3 Aprilis. Mitto vobis duo Exa[mpla] orationis Mathesij, quorum alterum potestis dare Illustrissimo principi. Philippus

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Si mihi plus otij esset non solum exempla epistolarum mearum describerem, sed eti-am componerem eas accuratius. Sed manifestum est quam parum mihi sit otij. Non habeo exa[mpla] epistolarum quas mitti petis, sed nunc alias pagellas mitto, ac ostendi velim Illustrissimo principi. Quamprimum potero ad te colloquij causa expatiabor. Hunc hospitem virum doctum & honestum Magistrum Iohannem Ca-selium amicum meum tibi commendo. Bene vale. 15 April.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Responsionem scripsit Reverendus vir d[ominus] pastor Ecclesiae nostrae de prohibitione sanguinis facta in historia quae recitatur in Actis Apostolorum cap. quintodecimo, & de alijs articulis. Eas paginas mittet vobis dominus Andreas ex Brandeburgo. Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oremus ut Ecclesias in his regionib[us] immensa misericordia ipsius mediocriter constitutas servet & regat & earum concordiam tueatur. Non iudico seditionem esse modeste docere manifeste vera & expetere eorum. Clarissimo

Vito

Viro d. Cancellario mittam dialecticam luc concinnatam. Bene valete. die omnium Sanctorum

Philippus Mel.

EIDEM.

S D. Reverende vir & amice carissime. Declarationem, quam sic vocatis, remitto vobis. Vidi eam antea, & intelligo magis conformationem factam esse, collectam ex dictis Lutheri, qui si videret articulum de iustificatione, ut in libro recitatur, non probaret eum. Quod de argumentis additis, de tolerandis infirmis meam sententiam flagitatis, dico & ego multos naevos in singulis tolerandos esse. Multa vitia & magnam caliginem singuli habemus, sed tamen doctores curent ut fundamentum doctrinae maneat incorruptum ut monet Paulus. Ego graves causas habeo quare meam conscientiam approbatione libri nequaquam onerari velim. Et principes pie facerent, etiamsi politicis consiliis moti receperunt librum, si non onerarent pastorum conscientias approbatione tot articulorum quos pauci intelligunt. Formulam quae legenda est ante Canonem existimo a scriba mendose aliunde descriptam esse. Et cum pugnare videatur cum ipso Canone nam aliud intus, aliud foris ut in Comoediis, recitabit sacerdos in toto sancto & venerando ministerio. Bene valete

Philippus

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Oro filium Dei ut tribuat faustum & felix coniugium pudicae filiae vestrae & genero. Venissem ad sacrum nuptiale eo tempore sciturum domi, sed profectus eram aliquanto ante ad aegrotantem Marchionem in vallem Ioachimicam. Illa sola causa impedivit quo minus ad vos venerim. Sed dono testabor meam benevolentiam cum primum habebo nuncium mihi notum. Mitto de toga & pallio quae subito scripsi. Nam nuncius properabat. Illud miror suspiciose vos interpretari quod non veni. diligi a me homines Marchicos multa signa sunt. Habeo filias Marchicas virtute & forma divinitus ornatas quae mihi certe sunt carissimae. Multis officiis etiam coniunctus sum cum multis praestantib. viris in Marchia. Et si aliquid tribuitur meis scriptis, haec etiam ostendunt meam reverentiam erga Illustrissimos principes Marchiones ortos a nobilissima Guelphorum stirpe. Propterea suspiciones illas cum dolore legi. Et ego homo apertus non delector hoc genere interpretationum, cum & Paulus dicat: Dilectio non est suspicax. Bene valete. Magna pars Constantinopolis terrae motu disiecta est & multi homines oppressi sunt ruinis. Deus protegat & defendat nos. 14 Iulij. Anno 1556.

Philippus.

Consuetudo fuit Romanorum, Graecorum & Ebraeorum, singulos vi-
ros uti duab. vestibus. Interior nominabatur latine tunica, graece
& ebraice ΧΙΤΩΝ, ex qua vere est nomen tunica per metathe-
sin literarum. Et figura fuit talis qualis conspicitur Romae
in veteribus statuis, non multum dissimilis illi figurae quam
nos nominamus Leibrok, sed tamen demissa ad genua vel
paulo infra. Exterior vestis Romana erat toga, minus
figura dissimilis est pallio & nostris vestibus exterioribus.
Est autem figura talis qualis in veteribus statuis Romae cernit,
Nodo iuncta in humero sinistro, & in latere sinistro aperta fuit
insigne discrimen inter Togam & pallium adeo ut discerneret
figura togae Romanos ab alijs gentibus. Pallium fuit
exterior vestis longa Graecorum & Ebreorum similis Senensi pal
lio seu propemodum talibus pallijs qualibus in luctu nunc
honestiores homines utuntur. Tale fuit pallium Eliae, Christi.
Color fuit violaceus vel ceruleus obscurus, griseus grauw accedens ad bla, ceruleum
sicut hodie orientales & Afri plurimum utuntur tali colore,
ut existimo vidisse Illustrissimum principem ante Witeber-
gam, regis Aphricani vestem. De pilis Camelorum
peregrinantes dicunt fieri plurimos tales pannos schamlott
in Cilicia, & vehuntur Venetias & fiunt vilis pretij. Credo

viorum

uerum esse, eos pannos quos nominamus Schamlots fieri
ex pilis camelorum.

EIDEM.

S. D. Reuerende vir & chariss. frater. Cum nuper breuius
scriberem, non addidi quae de coloris uestium figuris aut uocib.
addenda erant. Toga fuit Romana & distincta figura ab aliarum
gentium uestitu, & aiunt Arcadicam fuisse & primo ab Euandro
in Italiam allatam esse. Pallium fuit Graecorum & multarum
gentium exterior uestitus, & aliud longum et aliud breue. Penu-
la ut nunc sunt Hispanicae Penulae. Paenula fuit seruorum,
cursorum, publicanorum. Praeter has figuras fuit exterior ues-
tis Senatoria quae fuit prorsus similis tunicae honesti Sacerdo-
tis longae, cum manicis nec angustis nec laxis sed mediocrib.
ut antiquae statuae ostendunt. Et tali ueste usum esse Christum
ei consentaneum est quia ciuis fuit in municipio Capernaum.
Non igitur incessit palliatus ut Pharisei aut milites, sed indutus
tunica senatoria ut honesti homines in municipio Romano. La-
tinis nomen stola de muliebri uestitu usurpatum esse tantum
ostendit textus in iure. Sed in lingua graeca στολὴ est illa longa
honestior ciuiorum tunica: Ideo in Euangelio fit mentio de filio pro-
digo stolae primae. Et apud Xenophontem Cyaxares mittit Cyro

stolam

stolam auditurus legatos in veste senatoria. Vag. recte iudico Illustrissimum principem de veste Christi existimare non pallio usitam esse sed illa honestiore seu senatoria tunica. Scribam alias plura. Bene valete. die Laurentij. 1556. Philippus

FIDETI.

S D. Reverende vir & carissime frater. Doleo tantam rabiem esse calumniandi, ut etiam in viris vivo mant sycophantes contra Grammaticam. Dum nos vocabulorum Etymologias quaerimus, ut me quidem grammaticum deceret, & consideratio antiqui vestitus nos de veteri modestia admonet, ut Aeschines laudat gravitatem Solonis quem ait nec manum protulisse in dicendo extra pallium: interea quidam εὐλαβεῖς dixerunt me velle renovare adorationem lacerarum caligarum Iosephi. Sed etiamsi doleo, tamen tibi grammaticas interpretationes de calceis & sandalijs mitto. etc. Bene vale. die Matthaej 1556.

Philippus.

Calcei a calce est generale nomen. Et veteres calcei usitate sic dicti, si integri sunt mei calcej & sunt sacerdotum olim fuerunt. Et tales fuisse Romae senatorum calceos ostendunt veteres statuae. Sandalia si non integri calcei sed sub pede volunt tabellae & supra pedem sublita ligatula a σανίς id est tabella & δέω ligo. quia tabella inferiores propter calorem in solo fuerunt densiores. Caligae sunt tegumenta paulum supra genua incipientia & desinentia ad talos, Strümpf, Strümpf, hosen

hosen: militib. usitatae & alijs. Sed militum caligae fuerunt ornatae sup bruma saga .i. tunicas militares. Nam veteres nomine usa indignis caligis ut nostrae sunt legentes continuo tales femora & tibias. Omnia vestes sub exteriori veste semper fuit intus tecta brevis tunica quae nominatur χιτων. Corpori proxima fuit interula hembdt. Ocrea est tantum tybialium, beinharnisch Stifel, ocrea coreares. Latini dicunt nomen ocrea a oculo factum esse quasi ob cura. Haec etymologia rectior est quam alia quam formant à κορύσσειν id est armare. Unde dicitur usitatum nomen Kürisser quasi κορυσσῆες, quod saepe utitur Homerus.

EIDEM

S. D. Cum ederem latinas pagellas de figura domini nostri Iesu Christi & de matris figura, volebam addere graecas, quia in fontibus proprietas maior est, sed typographi insulsitas impediebat nos. Cogito tamen si quando rursus edentur addere graecas pagellas. Vestra germanica interpretatio mihi bene placet. Oculi charopi nec latine nec germanice satis perspicue redduntur. Sunt autem similes leonum & columbarum oculis. Ideo in mea versione graecum vocabulum retinui. Observavi autem in multis hominibus singularem ingenij vim esse in ijs qui habent charopos oculos. De figura capitis etiam libenter cum amicis disputarem. Nam graece est vocabulum quod sic sonat quasi velit dicere non tristre caput animi

natum

natum sursum vergens quod significat homines iracundos & temerarios. Rotunda figura significat ingeniosos sed astutos. Utinam certam de graeca & latina & germanica discrimen potuerim. Remitto vestram manum quia non scripsistis, an hic excudi velitis. Si non iusseritis excudi, cum amicis de utraque versione vestra dispiciabo. Bene valete die 9 Iunij. Mox exhibebo epistolam quam inscripsi viro clarissimo D Doctori Melchiori Kling, quia res magni momenti est

Philippus Melanthon.

EIDEM.

S D. Reverende vir & carissime frater. Vult deus extare multas regum & principum historias primum ut sint testimonia praesentiae Dei in imperijs, deinde ut sint commonefactiones de virtutibus. Et profecto optarim multarum familiarum germanicarum res praeclare gestas notas esse. Valde igitur probo consilium Iohannis Schosseri viri excellentis ingenio & eruditione, quam & integritate morum modestia & pietate ornat quod ex antiquis scriptis veritas historias principum Marchico profert, teque oro ut eum Illustrissimis principibus Electori & filio commendes. Mitto & scripta contra Staphylum. Exemplum alterum dabis Illustrissimo principi. Bene vale & rescribe die 12 Aprilis.

Philippus

EIDEM

S D. Reverende vir & carissime frater. Certissimum est à Deo

Deo qui miranda sapientia & bonitate genus humanum condidit,
insitus esse cordibus humanis στοργὰς erga cognatos, & illis eum, ut
sint commonefactiones de suo amore erga filium & erga nos. Vult nos af-
fici desiderio nostrorum: Ideo pietas est quod in morte sororis honestae
matronae non sine maestitia estis. Sed sit modus: Et cogitandum est,
nos debere acquiescere in cogitatione voluntatis dei. Sit & haec conso-
latio in conspectu, quod accessit ad dulcissimam consuetudinem Ecclesiae
Coelestis iuxta dictum: Beati mortui qui in domino moriuntur. Co-
gito & ego quotidie de hoc itinere & cupido ex ipso illam lucem in
qua Deus erit omnia in omnibus & procul aberunt sophistica & sycophantica.
Quod longiorem enarrationem dictorum Pauli scribi vis,
etsi in re manifesta non opus est longa disputatione: tamen in
praefatione Bavaricae responsionis de illis Pauli dictis explicatiores
aliquid intexam. De conviciis nihil respondebo, sed sequar psal-
mi norem: Illi maledicebant, Ego autem orabam. Suo me Deo ju-
vante, vera dominisse & docere & iudicio Ecclesiae me & mea semper
subiicii. Fugi absurda & hyperbolica quae sunt perniciosa in mo-
ribus, etiamsi in vulgo applausus sient. Te etiam adhortor,
ne petas institui colloquium cum nostro adversario, sed suo loco
dicas necessarium ut Iohannes Apostolus vixari cum Cerintho noluit.
Vincet veritas, quantumvis ~~etiam~~ premere eam maledici conantur.

Mitto

Mitto vobis exempla orationis proximae. Bene vale. Deus confir-
met & Illustrissimo principi & vobis animi & corporis vires.
Historica recentissima haec habeo, quod Romanus pontifex Regi
Gallico Henrico qui ante paucos dies mortuus est tribuit ante
mortem ius occupandae Angliae. Curia armare eum voluit ad
delendas & Anglicas & nostras Ecclesias. Filius Dei protegat &
gubernet nos. X. Augusti. Anno 1559.

Philippus Melanthon

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Etsi praeter ea quae in
proximis literis ad te missis scripsi nihil habebam, tamen cum
Ferinarius vir doctus & honestus & tui amans istuc proficisceretur,
dedi ei hanc epistolam ut aditum ad te haberet. Historiam cladis
Gallicae scripsit Comes de Schwarzburg ad principem Anhaltinum
Wolffgangum. Certum est etiam in Belgico decollatos esse quosdam
Hispanos qui struxerunt proditiones. Precemur Deum ut nostris re-
gionibus tribuat salutarem pacem. Ferinarius vidit Stenkfel-
dianum scriptum quod mihi recens missum est & narrare potest
quales furores contineat. Defendit hoc argumentum: Unus est mediator
Dei & hominum Christus. Ergo verbum externum non est medium
quo se Deus communicat. Manifestum est Paulum loqui de mediatore
propitiationis, non de instrumento cognitionis. Si plura exempla habe-
rem mitterem unum. Bene vale & rescribe. die 7 Augusti 1558

P.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. die februarij 19 accepi duas epistolas quas ad me scripsisti, quarum prior continet alteram criminationem qua me publice insectatur Islebius, cum quidem sciat utrumque me & recte scribere, & sibi multa honesta officia praestitisse. Sed Deo Ecclesiam & me commendo. Saepe hoc dictum Tertulliani & mihi & alijs recito. Si apud Deum deposueris iniuriam ipse ultor est, si damnum restitutor est, si dolorem, medicus est, si mortem resuscitator est. Oro filium Dei ut Ecclesiarum suarum vulnera sanet, etiamsi me inimici mei occideant, quorum conscientiae norunt me ipsis benefecisse. Mitto recentem orationem quam spero te propter historiam non gravatim lecturum esse. Has honestorum virorum & bene meritorum laudes libentius recito quam convitia, & iuventuti & posteritati haec scripta utiliora esse iudico. Nova bella movent Galli contra Scotos & Anglos. Et Gallica classis dissipata est. Sabaudiensis minitatur Bernensibus. Bene vale. 19 febr. 1560.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Et virum bonum & poetam bonum esse Iohannem Schosserum scimus, cuius virtus eo etiam magis laudanda est quia venam ad celebrandum Deum & ad optimorum principum egregia exempla illustranda confert.

Ex

Exhibebit tibi carmen scriptum de nuptijs: quaeso ut ei praebeas hospitium. Etsi enim Musas & Charitas secum trahit comites: tamen hae non sunt oneri ijs qui eas excipiunt. Mitto & orationem de Pontano, quam spero te cum voluptate lecturum esse. Bene vale. Dat. 22 februarij.

Philippus

EIDEM.

S. D. Reverende vir, & carissime frater. Oro filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum sedentem ad dexteram aeterni patris, largientem dona hominibus, ut servet & regat Ecclesias & politias harum regionum & det felix coniugium Illustrissimis principibus duci Iulio sponso & sponsae. Hodie ex Spira mei affinis viri prudentis literas accepi qui scribit certo confirmatam esse a novo pontifice Electionem Imperatoris Ferdinandi. Nominantur in ea epistola Cardinales qui adfuerunt. Prodest non praeberi occasionem atrocioribus odijs & dissidijs. De comitatu in Wertheim contentio inter Landgravium & Moguntinum mota est. Precemur filium Dei ut nos omnes gubernet & non sinat fieri vastationes Ecclesiarum & politiarum in Germania. Mense Decembri Parisijs combustus est vir nobilis & valde doctus, qui inter eos qui regunt iudicium Parlamenti praecipuus fuit, viro nomen fuit à Burgo, Cuius confessionem ad vos mittam: nondum enim describi potuit

tuit. Sed precemur Deum aeterni patrem D. N. Iesu Christi, ut Ecclesiae suae opem ferat. Bene vale. die 13 febr. quo ante annos 1719 victus Nicanor a Macabaeo poenas dedit blasphemiae: quo exemplo Deus ostendit se vere Ecclesiae defensorem esse & fore contra blasphemias: & ut nos defendat regat & adiuvet petamus. Johannes Ungarus petit sibi dari coniugem filiam Imperatoris ferdinandi. Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Non dixi mihi oblatam esse speciem quae mihi praedixerit mortem, sed de alio quodam viro nostro loquuti sumus, qui ante annos aliquot mortuus est. Fuit hic vir honestus & doctus & non impius Mulfort, qui aliquot diebus ante mortem, cum quidem mens alioqui integra ei esset, dixit speciem mihi similem sibi oblatam esse, quae eum in morbo consolata sit & diem praedixerit qui finis morbi & vitae futurus esset: ac respondit eventus. Meam vitam Deo commendo, ac libenter ad dulcissimam consuetudinem Dei, Christi & Ecclesiae coelestis accedam, ubi non exercentur praestigia sophismatum ut nunc in hac vita multi putant decoris ingenij esse sophismata fingere. Carolostadius anno

proximo

proximo ante Lutheri mortem extinctus est in peste Basiliensi.
Heri literas accepimus in quibus scribitur periculose aegrotare Du-
cem Saliacensem. Libellos vobis mitto, inter quos sunt duo
exempla orationis de doctore Pomerano, et una exa orationis de
Congressu Bononiensi quorum unum dabitis Illustrissimo principi
Electori, et unum clarissimo viro Thomae Matthaeo. Oro etiam
ut illustrissimo principi Electori reverenter gratias agatis meo
nomine pro dono quod tribuit viduae Lutheri qui fuit filius pa-
tris Lutheri Doctoris. Bene valete. Properabat nuncius ideo
plura scribere non potui. Hoc adijcio. Esaiae 53 ubi noster
textus legit Tradidit animam suam in mortem, Ebreus legit,
Effudit animam suam in mortem. Nullo expressius ita
significatur mors quam verbo tradidit. Die 25 Martij quo
die scribitur creatos esse Adam et Hevam ante annos 5521

Philippus Melanthon.

EIDEM.

S D. Reverende vir et carissime frater. Pastores Ecclesiarum
articulos proposuerunt minus duros quam Dux Megalburgensis.
Itaque magis placide pastoribus respondi. Curabo utramque actionem
describi ac vobis mittam, ut integre possitis agnoscere quid et
proposuerint et responderim. Me cupidum esse pacis silentium
meum ostendit, sed flacius non desinit nova bella moliri.

Iam scripsit librum quem Senatus Maideburgensis non voluit
edi, in quo reprehendit quod in definitione Evangelij feci mentionem
poenitentiae, cum Christus proprie patefaciat peccatum quod mundus non no-
vit filium dei nec credit ei. Audio eum reprehendere etiam
quaedam de peccato originis. Respondi Domini Magdeburgensi, ut si hoc
corpus doctrinae quod pio studio collegi, non placet Flacio, edat no-
vum de omnibus articulis. Si illius doctrinam Ecclesiae anteferent, nihil
repugnabo. Hoc agit ut calumnijs captet animos populares, & pas-
sim a multis pecuniam extorqueat. Multi iam cernunt quid agat.
De triumpho iussi pingi integram seriem quae extat in Plutar-
cho in vita Pauli Aemylij. Primo ibant milites gestan-
tes spolia & pictas urbes & regiones. Proxime currum antecede-
bant capti Reges & principes. Deinde veniebat sedens in cur-
ru victor, Et sedebant apud eum filij parvi & filiae ut spec-
tarent paternam gloriam. Sequebantur proxime liberati ab hos-
tibus cives & principes. Deinde sequebantur Senatores & Capitanei
praecipui qui fuerunt apud victorem. In postremo agmine pars
militum erat & plebs. Facilis accomodatio est. Praecedunt
Angeli gestantes crucem in qua pendent chirographa deleta
tanquam spolia. Haec imago dulcissima est, peccata nostra superata esse
& legem spoliatam iure accusationis. Deinde ante currum domini
Cantium

ducuntur vincti diaboli & tyranni, & heretici & impij Pontifices.
Postea venit Christus in curru triumphali, quem trahunt prophe-
tae & Euangelistae & sunt libri in curru: Currum sequuntur
liberati patres: Adam Heva, Abraham & tota multitudo Sanctorum.
De Enthusiastis vide librum scriptum tripartita historia. Prior-
ibus similes fuerunt Stenckefeldio & Anabaptistis. dicebant diuinam
illuminationem petendam & expectandam esse ieiunijs & alijs
exercitijs, verum non esse efficacem cogitatione scripturae & usu
Sacramentorum, Nec intelligebant fide sic erigi corda a Deo
cum intuentur scriptum verbum & ex scripta promissione sustentat.
Jam Augustani petiverunt ut de hac re scribam. Megalbur-
gensis nominatim petiuit in suis articulis ut damnarem quae
in Marchia concessa sunt, cum fuerunt deliberationes de Inte-
rim. Adeo duriter mecum egit, Sed repudiaui illas condi-
tiones perspicue. Mitto tibi orationem de duce Luneburgensi
Ernesto. Potes illustrissimo principi exemplum mittere. Mitto
& intimationem de Forstero. Bene vale. die 3 Martij. 1557.

Philippus Melanchthon.

Plures alias ad Bucholzerum Philippus
scripsit: quae sunt edita a Manlio. Verum
tam corruptae & depravatae, ut satius sit vel
non editas esse, vel aliquando edi aliter.

Viro optimo D Erhardo Schneppio, docenti sa-
cras literas in urbe Marpurgo, amico suo.

S D. Statim cum in Turingiam venissemus accepimus literas ex aula nostri principis, ex quibus intelleximus Viennam summa vi à Turcis oppugnari. Hac fama paulo post ita confirmata est, ut dubitari non possit quin sit verior quam vellemus. Et existimo ad nos quoque perlatum esse: Ego tamen significare tibi volui pro nostra amicitia ut tuas preces conferres una cum nostris ad salutem publicam, ut Deus latrocinium Turcicum depellat. Hoc quoque te adhortor, ut quantum potueris autoritate tua ac fide efficias, ne istuc Cinglianum dogma irrepat. Scio Nibacchium hominem esse vehementem & audacem: quare valde metuo ne quid moveat. Mirabiles tumultus excitatura res esset si in vulgus permearet. Vides n. ferociam gentis istius. Ego scio non posse bona conscientia a quoque doceri Cinglij commentum: Ideo te rogo, mi Erharde, ut in hanc rem nervos tuos omnes intendas, ut Ecclesiae tuae pacem retineas. De omnibus nostris rebus quaeso ut ad me per occasionem scribas. Vale. pridie Divi Lucae. Saluta reverenter meis verbis nostrum pastorem francum. 1529. Φιλιππος.

Non ed.

Eidem docenti Evangelium Stutgardiae.

Edita.

S D. Nuper scripsi tibi de meis privatis rebus in quib.

cam

eam & prudentiam & fidem praestitisti, ut libenter & fatear & prae-
dicem me tibi per omnem vitam debere, daboq. operam ut re tibi
gratiam aliquando referam. Sed nunc de publicis. Princeps Catto-
rum significat nobis, magnopere se optare ut moderate tractes
Blaurerum. Ego etsi scio te non solum fideliter sed etiam prudenter
versari in ministerio Evangelij: tamen non potui facere quin ad te
scriberem, praesertim postulante principe. Primum, mi carissime Er-
harde vides invidiam quae si damnari suas Ecclesias penitus
viderit, quanta est futura conscientiarum perturbatio? quantum
odium totius renovatae doctrinae? Mihi illa fulmina anathe-
matum nunquam placuerunt, etiamsi quid in aliquib. desiderabam.
Deinde cum spes sit aliqua fore ut de concordia agatur in illo
ipso articulo Coenae Domini, disputationes quasdam in illud tempus
optarim reijci. Hodie egi cum Luthero de formula Concordiae
quam scis propositam esse à Bucero. Ait se eam probare, modo
ut sic sentiat. Scis autem qualis illa formula fuerit. Confi-
tentur datis rebus illis pane & vino, vere & substantialiter
adesse Christum. Ego quidem nihil requirerem amplius, sed
tibi non fero leges. Tantum te oro per Christum ut cogites
sananda potius quam exacerbanda esse haec dissidia. Me non
poenitet mei consilij quod hactenus ab his rixis fere omnino

abstinui

abstineam. Ac de tota re malim coram tecum loqui. Spero autem fore ut hac de re principes cogant aliquam synodum, idq. brevi: Et scio hoc in deliberationibus esse. Jam aditus ad concordiam patefactus est per eam interpretationem de qua cum Lutero Bucerus convenit: deinde per Ambrosij interpretationem de qua tecum convenit. His occasionibus utamur ad conciliandas ecclesias & sanandas mentes ambiguas. Magnum est fateri praesentiam verum & substantiale: Illa sris ignota fuisse veteri Ecclesiae quae de mutatione panis, de dimissione corporis & sanguinis plerique postea disputarunt. Haec scripsi optimo studio idem & spectans & sentiens quod tu. Non n. tecum pugno, nec patrocinor adversarijs, sed conciliari Ecclesias optarim. Et tuimice stulti afficior, teq. hac in optimam partem interpretaturum esse spero, idq. ut facias te etiam atq. etiam oro. Bene & feliciter vale. XVI Septemb. 1534.

Philippus Melanchthon.

Rdo Viro, eruditione & virtute praestanti D. Erhardo Sneppio, doctori Theologiae, fratri s. carissimo.

S. D. Rde vir & cariss. fr. Nulla in coelo & in terris ardentior vox audita est quam precatio filij Dei in illo admirando agone in quo orat aeternum patrem ut faciat, ut nos unum in ipso simus. Ad hunc summi sacerdotis nostri precationem scio te quoque

ed.

te quoq. nota, gemitus & lacrymas tuas adjunges, Et spero consensum in his Ecclesiis, ipso filio Dei iuuante, mansurum esse. Responsionem meam de communicatione ἰδιωμάτων & de mediatore ad Marchionem, uobis missurus sum, cum primum totam descripsero. Et te uolo ut iudicem legere. Praeterea quaedam de [illegible] & multis alijs omnino, Deo juuante, colligere uolo. Viro integerrimo D Stigelio gratiam & debeo & habeo quod ad nos accessit. Bene vale.

Philippus.

EIDEM.

ed.

S D. Reuerende uir & amice carissime. Etiamsi in hoc tumultu Ecclesiae & harum regionum multi assiduam meschiam ubiq. bonae mentes circumferunt: tamen ubi Ecclesia tranquillior est & iudicia uoluntatesq. de doctrina congruunt, si non minor est dolor, tamen minus impeditur inuocatio. Tali in loco cum sis, & habeas collegas uiros bonos & doctos, spero tibi nonnihil leniri exilij difficultates, Itaq. oro ut interdum ad nos scribas. Sempre enim & uestra doctrina apud nos uobiscum congruet, & beneuolentia erit perpetua. Nec bene faciunt quidam uolares amici nostri qui meae Ecclesias nostras falsis probris traducunt, cum quidem miseriae seruitutis nostrae magis adfici debebant. Ipsi n. in libertate minus sustinent calamitatum quam nos. Sed haec alias. Collega noster Vitus Winshemius uir doctus & integer ad uos

ex.

expatiatur, quem ut complectaris te adhortor. Mihi enim cum eo vetus & firma amicitia est, multis illius officijs erga me confirmata, & studia hic praeclare adjuuit. Spero eius congressum tibi gratum fore. Bene vale. 19 Iulij. Salutem opto collegis.

Philip. Mel.

EIDEM.

S. D. Post iter Davidis nostri, dux Lignicensis Lipsiae cum Ioachimo de suis Ecclesijs collocutus est, eiq. mandata ad me dedit. Mitti ad se petit virum doctum, gravem & peritum gubernationis ecclesiarum, qui sit & lector theologicus in urbe Lignicia & inspector ecclesiarum totius ditionis. Additurus est & alios lectores ut coram ex Ioachimo & me audire poteris. Genus hominum placidum & officiosum est: Lignicae sonus non alienus a nostra consuetudine: mundicies victus eximia est. Itaq. certam piam & honestam functionem ibi habiturus es, si eam accipere voles. Bene & feliciter vale & exprimito voluntatem tuam significato. 22 Maij

Philipp.

EIDEM.

S D. Reverende vir & cariss. frater. Dabis veniam maerori & occupationibus meis quod non scribo prolixius. Primum autem ago gratias Deo quod tyrannum repressit ne plus noceret. Mitto autem pagellas meae responsionis de vicinorum calumnijs quas ego non

moroj

Edita /

Non ed.

moni, sed respondi interrogatus. Nunc mihi Elector Marchio valde
irascitur de priori parte, de qua inter sanos nullam controversiam
fuisse aut esse existimo, sed vult me approbatorem esse Islebianae
propositionis, quod Christus mortuus sit secundum humanam et divinam
naturam. Quis unquam sic loquutus est? Possem tibi longam
Iliada de his calumnijs scribere, sed Deo me commendo. Oro
autem ut legas et severe judices. Nec disiunxi me unquam a
te et tui similibus, nec me disiungam. Nec unquam volui
novi dogmatis autor esse, sed communem doctrinam sonantem in
ecclesijs nostris colligere et recitare conatus sum, et ordine
quem iunioribus in discendo prodesse existimavi. Et semper oro
filium Dei ut ipse Ecclesiam doceat, servet, gubernet et me fa-
ciat organon Ecclesiae utile. Mihi nec potentiam nec opes
quaesivi. Iniurias tuli non leves, et nunc fero. Optarim au-
tem propter gloriam Dei et pp communem salutem quam plurimos
in his Ecclesijs docentes conjunctissimos esse. συμφερτὴ δὲ
ἀρετὴ νεάρων. At vides quanta sint agmina quae palam op-
pugnant Ecclesias nostras. Et quotidie velut e Titanum sang-
uine novi hostes nascuntur. Stanckfeldij recens scriptum misit
mihi Senatus Augustanus et responsionem flagitat. Jam Stancarus
in Polonia, Staphylus in Silesia, Margita in hac vicinia, Funccius
in

in Prussia nos allatrant. Placidius etiam ex his regionibus et ex hac vita discedam ut bene ingeniorum rabiem effugiam. Sed oro filium Dei custodem Ecclesiae suae ut nos gubernet, et servet aliquos coetus recte docentes et recte discentes, ac veram eum invocatione celebrantes. Bene vale et rescribe copiosius de tuo et generi tui viri doctissimi iudicio de nostris pagellis. Genero tuo salutem opto. Die natali Lutheri

Philippus.

Viro optimo D Erhardo Sneppio, docenti Evangelium pure et pie Stutgardiae: suo amico.

S D. Islebius scripsit deprecatricem epistolam ad Illustrissimum principem Ducem Wirtebergensem: Eam ut tu optimo principi exhibeas, oro te, et quidem per Christum qui haec officia reconciliationum ut scis, requirit. Maxime placatum nobis principem cupimus, et efficiemus Deo volente [illegible] officijs quam nos quidem praestare possumus, ut intelligant omnes nos honori Illustrissimi principis ex animo favere, Et versamur nos quidem tecum in Magna reipublicae parte. Ideo optandum est ut principes ad Christum [illegible] nostros labores quorum Ecclesiae et reip. praestamus, nobis sint placatiores. Me hic tenuerunt adhuc Anglicae disputationes Sed nunc spero breui te videbo. Rogo te ne eum Islebium tibi commendatum. B. V. postrid. Purificationis

P. M.

Egregia pietate et doctrina praedito D. Erhardo Sneppio, amico suo. Stuggardiae.

Ed.

S. D. Cum nostrae Ecclesiae omnis generis pericula et agones propositos esse scias, spero te forti animo ferre difficultates quae istic tibi acciderunt. Intellexi enim te migraturum Stuggardia. Quare cum utilissime possis Ecclesiae Christi servire in Misnia nostra quae iam paret successori ducis Georgii, duxi ad te scribendum esse, teque adhortandum ut in nostras regiones te conferas. Nam extincto duce Georgio, Ecclesiae Misnorum instaurabuntur. Cogita autem quantum accessio amplissimi ducatus ad Evangelii propagationem et ad publicam pacem allatura sit momenti. Has tantas res diligentia tua in his locis adiuvare poteris. Quare te adhortor ut ad nos Witebergam venias auditurus quae tibi conditio in Misnia proponatur. Magna humanitas est gentis Misnorum, qui etsi Homeri aetate durius vivebant: tamen nunc nihil ea natione civilius est. Illam tamen laudem quam iis Homerus tribuit cum hominum iustissimos vocat, tueri diligenter student. Volo autem ut Cyprianum mihi respondeas. literas tuas Joachimus ad me mitti curabit. Bene vale Dominica Iubilate. 1539.

Ταῦτα ἐκέλευσέ με [illegible]
ὁ σατανᾶς.

Ph.

Viro optimo D Erhardo Sneppio, gubernanti Eccle-
sias in ditione Illustrissimi principis Wirte-
bergensis: suo amico.

S D. Opto ut Chrs gubernet ministerium tuum ac provehat ad gloriam Dej & salutem Eccta. Profecto .n. nulla in terris diffici- lior est administratio qz Ecctarz hoc presertim tempore inter tot scan- dala, in tanta vulgi licentia, in tanta ingeniorum petulantia: Sed haec pericula vincet Christus. Has lras reddet tibi vir optimus Si- gismundus Prius Austriacus Sacerdos qui nos audivit multos annos & dra, gravitate, pietate & moderatione eximia pditus est. Discedit ex his regionib. ppt valetudinem, alioq libenter eius opera hic usi essemus: Commendo igr eum tibi: Est .n. idoneus ad docendam Ecctm. Curare ut eius rationem habeas, & etiam aliq. etiam oro. Illmo principi nro eut commendes rogo. Dicat nos pp publicam Eccte concordiam, ut mutuo nos amori complecta- mur & ornemus Ecctm, etiam concordia nostra. Bene vale

Phil.

ed.

Viro integerrimo & egregia pietate & doc-
trina predito D. Erhardo Sneppio, docenti
Ecctm Stutgardiae suo amico Phlippus.

S D. Gratulor & Illmo principi & nobis oib. reditum ex Austria

ed.

in

in patriam, de quo quod me certiorem reddidisti valde delectatus sum
& officio tuo & literis q quidem plenae erant amoris erga me tui.
Rogo itaq. te ut benevolentiam erga me tuam conserves. Nam ego
profecto ad utilitatem reip. summa cura refero & studia omnia mea
& consilia. Deo volente, proximo vere visere amicos isthic constitui.
Hunc sacerdotem Theobulum hominem probum tibi commendo: pollicetur
mihi se ex tua voluntate facturum esse omnia. Nec ostendit
aliam migrationis causam nisi valetudinem. Novi nihil habebam.
De Synodo non dubito, quin Caesar in Italiam profectus hanc ob causam
venerit ut Synodum indici curet. Magnae deliberationis res erit
nostris principibus cogitare quid & quomodo acturi simus, Itaque adhortor
ut in hanc cogitationem tu incumbas: etsi nihil aequi spero posse
impetrari a pontificibus. Et ut vereor Galli simulabunt studium
pontificis ut perturbent Germaniam. Sed haec alias. Bene vale.
pridie divi Matthiae. 1535. Philippus

EIDEM.

S. D. Has literas dedi Laurentio Bentio scholastico nostro propterea quod
ipse affirmabat tibi suam causam notam esse. Ait sibi ab Illmo
pr. spem factam ut alicuius sacerdotii aut stipendii eius subsidio sumptus
studiorum tolerare posset, si a me commendationem isthuc secum afferret.
Cum igitur adolescens tantum flagitet testimonium, quod ne impertiamq

tiamur iure gentium cognitum, dedi ei has lras, ubiq confirmo
hunc Laurentium ingenio valere & naturam habere capacem
bonarum disciplinarum. Itaque bene posuit in lris sed paupertas
ejus studia impedivit nonnihil. Nunc n. cuiptam sibi operam servi-
endi quaerit. Si Illmus pr. tantum flagitat testimonium,
rogo ut ei veritas harum meum captum, & pulo te sine offensione eig
cum posse Illmo principi commendare, si qua ei antea spes facta
est. Si adjuvabitur ab illmo principe Tubingam se conferet. Fe-
ceris honeste si ingenium tale exitaveris & adjuveris. Scis .n.
hoc tempore rationem habendam esse juventutis magnopere, ne in
tanta discentium paucitate literae & religionis doctrina extinguantur.
Commendo totum negotium tuae prudentiae & fidej. Luthero
Dei beneficio, recte valet, & hae regiones Dei bnficio tranquillae
adhuc quidem sunt, & ut diu sint faciat Chrs. De Turcis
etiam silentium est. Aiunt Adrianopoli exercitum Turcicum
pestilentia dissipatum esse. Bene vale. 12 April.

Philipp.

EIDEM.

S. D. Si fieri posset mallem tibi amicos comendare, ne quid ed.
molestiae tibi afferrem: sed interdum haec officia extorquet
mihi necessitas. Illud autem cavebo, ne tibi doctos malos
aut improbos commendem. Hic Castellanus e Lausannensis
diu

diu fuit scholasticus academiae nostrae, postea quaesivit victum labore chalcographico, quem propter oculos debilitatem sustinere diutius non potest. Homo probus ac modestus est. Quaerit in patria aliquam conditiunculam sibi & liberis suis. Dicitur communi domino nostro ut domi apud suos vivere malit quod mihi videtur non contingere posse unquam, etsi id promiserant Astrologi. Sed ego negotijs involvor & obruor. Commendo tibi hunc tabellarium, ut quantum potes eum juves. Bene vale. dominica Cantate 1535.

Philippus Melanthon

EIDEM.

ed. S. D. Scripsissem prolixius nisi hodie fuissent mihi longiores epistolae adornandae ad Academiam Tubingensem quam ego non minus amo quam nostram. Spero utramque fore domicilia perpetua & christianae doctrinae & verae philosophiae. Mitto iam eo hominem excellenti doctrina praeditum in graeca & latina lingua, qui futurus est ibi professor ut spero. Conterraneus est Domini Hermanni. Nomen est ei M. Matthias Illyricus. Tibi quoque eum commendo. Oro te ut de vestris rebus, de statu Ecclesiarum, de vestra amicitia aliquid ad me scribas aliquando. Nam te propter pietatem & singularem virtutem amo ut qui maxime. Lutherus te salutat. Has literas reddet tibi Conterraneus noster Ludovicus Bebius vir doctus & probus, exercitatus in Academijs & aulis, quem tibi commendo. Bene vale.

Philippus.

EIDEM.

ed.

S. D. Valde delector amore tuo & beneuolentia singulari, teque rogo ut te a me ex animo amari statuas. Veni Tubingam ut sum pollicitus, & nostrum Ioachimum, Dei beneficio, mediocriter ualere gaudeo, tum uero & mihi uoluptati fuit uidere reflorescentem scholam. Habetis enim hic multos egregie doctos uiros, et Ioachimi uoluntas optima est erga scholam. Quare optandum est ut aula bonis studiis & uoluntates praeclaras adiuuet. Nam cum horum temporum perturbationem & ea quae impendent cogito: magnopere contendere dum sub. omnibus puto ut hanc scholam conseruetis. Nisi enim in hac schola fuerint conseruatae literarum religionis & piae doctrinae, metuo funditus perituras esse. Scis autem curam retinendae eruditionis pertinere & ad principes & ad ceteros qui praesunt. Illustriss. princeps Wirtebergensis clementer mihi significauit suam uoluntatem. Respondi, ut ex me audies, si mea opera possem aliqua ex parte nostrae reip. esse: mallem hic & apud Ioachimum quam alibi uiuere. Sed non uideo quomodo possim auellere me ab iis cum quib. hactenus uersatus sum. Bene & feliciter uale. Ioachimus te amanter salutat. Breui ero tecum.

Philippus.

EIDEM.

Etsi mihi

ed. S. D. Etsi mihi tua beneuolentia gratissima est: tamen meminisse me scribere non tam conditionem me quam principis beneuolentiam expetere. Agnosco enim meas uires non esse pares illis certaminib. quae istic praesertim in Academia, cuius sensum non ignoras suscipienda erunt. Itaq. rem totam permisi iudicio & uoluntati principis nostri. Si omnino uult uti Dux mea opera, facilius impetrasset mihi commeatum, si ad tempus flagitasset. Sin illud agitur ut mihi consulatis, neq. ex hoc exilio in patriam reuocetis: illud etiam uob. cogitandum erit, An sustinere ea certamina possim ad quae accersor. Sed scribam certiora ubi uoluntatem principis nostri cognouero, totamq. rem uoluntati Dei permitto. Bene vale.

Φιλιππος.

Viris optimis D Erhardo Sneppio & Johanni Brentio, amicis praecipuis. Semptlich vnd sunderlich.

ed. S. D. Hic tabellarius flagitauit a me literas ad uos & commendationem in qua rogem ut sua opera utamini in aliqua parochia. Senex est honestus. Nam diu apud nos uixit. Nomen est Georgio Torso Norimbergensi. Non libenter sum uobis oneri, sed tamen facere non possum quin bonis calamitosos ac bonos uobis commendem. Scio uos esse uiros pios καὶ ζηλοῦντας τὴν ἀγάπην, ἣ πάντα στέγει. δεῖ οὖν καὶ ἡμετέραν δέησιν στέγειν. Cogor enim officio, ne desim talibus. Bene valete. 14 Septemb. 1535

Φ.

Egregia eruditione et pietate praedito D Erhardo
Sneppio, inspectori Ecclesiarum Christi in
ducatu Wirtenbergensi.

S. D. Hanc ad te epistolam, cariss. Erharde scribo, die 17 April. q° ante annos 3831 Noha in arcam ingressus est, quo exemplo testatus e Deus se in diluuijs orbis terrarum, hoc est otb. terribilib. mutationibus imperiorum mirabiliter seruaturum esse Ectm. Cum. n. pericula sint in conspectu, hoc exm & similia cogito, ut me ad inuocationem Dei excuitem. Oremus, optime Erharde, deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi ut principes gubernet & seruet Ecclesias. Hodie iter ingredior profecturus ad Coloniensem Epm, cui jam deliberationes absolutas esse arbitror. Dedi autem hanc eptm huic mistro Ste-phano ilsfeldensi fratri mei famuli qui in quadam perturbatione a[nimi] sui tam longum iter ad fratrem in Saxoniam suscepit. Narrat se duxisse uxorem a qua cum eam non plus trib. mensibus ha-buisset desertus est. mulier enim accusat impotentiae. Et ipse fatetur se nunc quidem uires uiriles amisisse; sed initio conii[ugii] eas habuisse se incolumes adfirmat, eaq: fascino & incantatione aliqua laesum indicat. Sed quoquo modo se id h[abe]t, si mulier eum deserit, ipse extra culpam e. illud tantum metuit ne patrimonium amittat. Non uideo cur amitteret, si illa

tantum

tantum allegat impotentiam. Rogo igitur te ut bovem miserum consilio tuo et autoritate tua juves. Magnae sunt humanae miseriae quas lenire nostris officijs quantum possumus et donare deus concedit studeamus. Nostra Academia dei beneficio tranquilla est. Bene et f. vale et aliquando ad me scribito. die 17 Aprilis

Philippus Melanthon

EIDEM.

ed. S. D. Accepi tuas literas, de lipsico negotio graviter scriptas et plenas amoris erga me tui. Nunc Cruciger et fridericus Myconius praesunt Ecclesiae lipsicae. Reddet tibi hanc epistolam Bernardus Ebreus qui cupit manere in nostra regione. quaerit igitur munus aedituj in aliqua ecclesia. Ideo autem hinc discedit, quia cum uxor conveniret clam cum alio, postea orta suspitione furti de ipsa, mulier male sibi conscia fugit. Cum vero non tolerabitur illa in nostris oppidis, sequi adulteram et fugitivam Bernardus noluit. Ipse extra culpam est. Quare tibi eum commendo. Et haec scripsi plane, ne secus de ipso suspiceris. Est homo probus. Quaeso ut propter hoc nostrum testimonium habeas eum commendatum. In Misnia nostra jam in omnibus oppidis Dei beneficio Ecclesiae emendatae sunt. Bene vale. 12 Septemb. 1539

Phil. Mel.

EIDEM

ed.

S. D. Reverende vir & amice carissime. Cum ante annos duodecim Ratisponae essem, donabatur mihi siclus gentis Iudaeae quem Luthero donabam. Nuper vero Norimbergae similes fieri curavi. Et eram vobis allaturus si iter per Turingiam fecissem. Nunc in valle Ioachimica mox quidam imitati sunt, sed litterae agrestius formatae sunt: mitto tamen. Mei fuerunt integri τετράδραχμοι. Nescio pondus huius numismatis quod in valle Ioachimica amici cudi curaverant, teque oro ut hanc significationem benevolentiae non asperneris. Mitto & academiae gripheswaldensis responsionem ad Baltici Erichii scriptum. Bene & feliciter vale. die XI May. Salutem opto vobis omnibus

Philippus

EIDEM. Wimariae.

ed.

S. D. Reverende vir & amice carissime. Cum tabellarium ad te proprium post paucos dies missurus sim scribo brevius. Interea mitto Rostochianam epistolam scriptam a viro integerrimo Burenio, qui hospiti tuo viro excellenti virtute & eruditione d. Francisco notissimus est. Sed arbitror te in hac nostra vicinia retineri posse, de qua re coram loquemur. Coniugi tuae Victorini & filiis hospitis tui meo verbo salutem dices & felix faciat Deus aeternus pater d. n. I. C. Caelum & caelestes amans conditor generis humani. Bene vale. 4 maij

Philippus.

Clarissimo Viro, sapientia & virtute praestanti
D. Francisco Burcardo, Consiliario inclytorum
ducum Saxoniae &c. amico suo veteri
& carissimo.

Nov 60. S. D. Clariss. vir, & amice carissime. Ideo Deus humano generi
στοργὰς indidit ut sint commonefactrices de ingenti amore suo erga
filium & erga nos, & ut sint vincula humanae societatis. Vult igitur
affici nos desiderio nostrorum, & in luctu pietatem probat. Sunt autem
in optimis naturis στοργαὶ expressiores. Postquam igitur decessit ex hac
vita filia tua talis praesertim cuius iam pietas & virtus excellens
& illustris erat: non dubito te & honestissimam coniugem tuam magno
re in dolore esse, quam in re non equidem accuso mollitiem animi
tui, sed pietatem potius agnosco & probo & nobiscum doleo. Sed
tamen cum pro sapientia tua scias utrumque a Deo praecipi, & ut
lugeamus, & ut modus sit moestitiae: repugnabis dolori & tibi
& honestissimae coniugi tuae eas consolationes proponens quae dimittas
certae traditae sunt. Nihil dicam de physicis causis mortis.
Vidisti enim quanta fuerit naturae imbecillitas, sed voluntatem
Dei intueamur, & consideres non quid nobis acciderit incommodi,
sed ad quae bona vocata sit filia. Leniet re. utraque cogitatio
dolorem: quia praecipue Deus nec volentes ipsi obtemperemus, et simus

discedentes ex his aerumnis qui se filio Dei commendant Caelestis Ecclesiae consuetudine fruuntur. In hac aliquando post dulcissimam filiam & parentes nostros rursus complectemini. Ex his fontib. qui tibi noti sunt consolationes haurite. Moventur etiam animi bonorum exemplis quae cum has aerumnas communes esse ostendunt, de causis humanarum calamitatum & de remedijs nos commonefaciunt. Qualia spectacula viderunt primi parentes qui tot suorum interitus cernebant. Huic longo agmini optimae partis generis humani nos quoque inseri patiamur & filio Dei nos commendemus: cui te quoque & tuos vestris gemitibus commendo. Bene vale. Torgae. prid. Cal. Septemb.

Philippus.

Saepe tuam domum praeteriens de te cogito, & arcem quotidie intuens deploro has communes calamitates. Mitto tibi versus testes horum nostrorum gemituum.

Honesto viro, eruditione et virtute praestanti
Magistro Adamo Curio Freistadiensi:
in aedibus Philippi Melanthonis.

S. D. Carissime Adame: Cum propter aeris pericula & quia oeconomiam meam mecum esse me mutare scripsi dno Michaeli ut nos aliquantisper vel ad se accersat, vel mittat Lipsiam aut Erfordiam: Ea de re scriptum esse ad te arbitror: Cum poteris ei indicare sententiam tuam. Haec ideo significo,

~~Kleine ed~~ Epla Melanthonis ad Ad. Curcum non sunt editae.]

significo ut tu ipse cogites quid maxime & fieri velis & huic tempori con-
veniat. Nam & propter tempestates & propter syderum positum metuo
bum grassaturam esse. Oro autem filium Dei ut nos servet incolumes.
Bene vale. die 13 Januarij. Phil. M.

EIDEM. in oppido Northusen.

S. D. Est omnino virtus & multarum virtutum nutrix verecundia,
etsi paulo aliter Aristoteles loquitur; Et pudorem tuum laudo, Sed
non impediat officium. Est autem officij tui ad amicos poletes, inter
dum aliquid de tua voluntate & de ijs negotijs scribere quae nos
scire prodest. Scribas igitur non tam timide. Nam mihi non magis
curae est una domus quam nostra, Et scire nos vicinarum ecclesiarum sta
tum plurimum refert. Mitto exempla disputationis proximae, Dno
Michaeli, Georgio & Jacobo: plura enim non habebant typographi. Magis
ter Erasmus sibi laborat. Cingulum dedi dicem Ioachimicos, Et
volo dno Michaeli reverenter gratias agere. Profecto vivus digna
esset publica liberalitate, Sed pauci gubernatores de nostris studijs
cogitant dictum velus, τιμαι δε τα πραγματα χρειωδη ποιει.
Tibi mitto Eclogam Stoij, Tuo auditori psalmum Stigelij: Et dicta
tabernacula: quorum ab eo saepe legi volo. Bene vale carissime
Adame. die 9 Iulij quo ante annos 2162 Ierosolyma a rege Chaldeo
capta est, & tamen delicta polita mirabiliter servata sunt reliquiae: Serva-
tur

tur Ieremias & alij multi. Oremus igitur & speremus nunc quoque coe
leste auxilium. Salutem opto Iacobo & Georgio. Philipp.

EIDEM.

S.D. Ego vero & candore tuo delector & literarum officio, ac abs
te peto ut saepe ad me scribas, nec alienari voluntatem tuam a
nobis sinas calumnijs quae contra nos sparguntur, cum tibi & Acade
miae nota nota sit & extent mea scripta quibus aperte refutantur
Sycophantiae illae. Nec melius Stoicos qui nunc renovare delira
menta περὶ τῆς ἀνάγκης conantur. Putabam illam porten
tosam opinionem sepultam esse: Sed quia quidam eam ἀναζωπυροῦσιν, addam explicationes de ea utiles. Sed haec alias. Testi
monium tibi scribam post paucos dies. Deum oro ut studia tui discipuli
gubernet & ipsum adolescentulum optima indole praeditum servet, cuius
menti semina optimae doctrinae nunc intexito. Bene vale. die XI
April. Salutem opto D Georgio pastori ecclesiae ad S Petrum
Philippus.

EIDEM.

S.D. Carissime Adame: Scis omnes naturae partes sua quadam
lege coagmentatas & coniunctas esse, ita, ut mutua ope serventur.
Quare dixit Aristoteles τῷ ἀντιπαθεῖ τὸ ἀνάλογον σώζεσθαι ἑκάστου τι
κτλ. Sint igitur & inter nos mutua officia. Delector tua in scri
benda

bendo assiduitate, & respondebo quoties erit occasio. Salutem opto amicis nostris qui Ecclesias docent, quibus dicito etiam in ipsa Buda Hungariae frequentem ecclesiam esse quae recte instituta est. In Gallia, Italia, Anglia Hungaria, Polonia Dania tranquillitas est. In Belgia & in hac ora Saxoniae tumultus erant. Domina Maria soror Imperatoris ad fratrem profecta est ut impetret Belgicis edicti mitigationem. Pagellam tibi mitto, brevi missurus libellos utiles tuo auditori quem Deus servet incolumem. Testimonium etiam tibi scribam. Magister Erasmus in patriam profectus est. Bene vale. die 5 Augusti.

Philippus

EIDEM.

S. D. Carissime Adame: Dei beneficio in his regionibus per quas iter feci, inde usque a Lipsia ad Norimbergam non solum consensus fuit docentium in Ecclesijs, sed etiam amicitia. Haec tranquillitas [illegible] Quamquam ecclesiarum mihi lenit dolores, quos circumfero ingentes. Et esset similis tranquillitas ad Albim si pauci quidam non canerent seditionum classica: sed oremus filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum ut ipse vulneribus ecclesiae sanandis medeatur, sicut Dexpressit se in typo Samaritani. De te & tuis discipulis quaeso ad me scribito. literas breuis ad me pulsitet mittere. Iterum & feliciter vale. Salutem opto D. Caspero & Sitemanno. die 19 Feb.

P

EIDEM.

S. D. Carissime Adame: Cum oblatus esset certus tabellarius iturus in

in vestram urbem dedi ei hanc epistolam ad te, ut mihi significes an Dominus Michael Augustam profectus sit. Scripsissem ipsi si certo scivissem eum domi esse. Nam de conventu quodam ei significarem quod scire eum utile esset. Norimbergae opinio est Imperatorem eo accersiturum esse post bellum Saxonicum. Quaeso si adest Dominus Vitus, petas ut ad me scribat. Bene vale. die pugnae Marathonicae.

Φιλιππος.

EIDEM
in Academia Ienensi.

S. D. Carissime Adame: Delector et virtute et benevolentia tua erga me, ac Deum oro ut te et auditores tuos servet incolumes, et gregem imbecillum Ecclesiae suae de quo dixit: Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem, gubernet et protegat, ac multorum mentes vera amicitia copulet ut unum in ipso simus. Eodem die literas a viro clarissimo Michaele patre tuo auditoris accepi quae tuae mihi exhibitae sunt. Cui idem respondebo quod tibi iam significo. Mihi videri commodius esse ut Ienae maneatis aliquantisper, donec videamus, an aestate sit salubris hic aer. Metuimus enim luem: Nec alia fuit causa cur vos hoc tempore abesse maluerim. Bellum minus movit me. De meo itinere alias ad vobis scribam. Nunc mitto vobis exempla tabulae, alterum tibi alterum Michaeli. Bene vale. Salutem opto domino Stigelio viro et poetae optimo et tuis auditoribus, quibus alias scribam.

Philippus.

Venerando viro, eruditione & virtute praestanti D. Adamo Cureo, docenti Evangelium in Ecclesia Dei, in inclyta urbe Vratislavia, fratri suo carissimo.

S. D. Venerande Adame & amice carissime. Toto pectore gratias ago filio Dei, domino nostro Iesu Christo, quod ita gubernavit Ecclesiam in inclyta urbe Vratislavia, ut dissidia dogmatum non turbave-rint piorum invocationem annos jam triginta, Nec ulla Ecclesia in Germania fuit tranquillior: sed beneficium Dei agnoscite & deinceps tueri studeatis. Simul etiam petatis una cum filio Dei summo sacerdote nostro ut aeternus pater faciat ut unum simus in ipso. Habetis senem doctorem Moibanum, virum optimum, qui haud dubie vobis assidue hortator est ut concordiam tueamini. Nec ulla gra-vior oratio in hoc genere cogitari potest quam illa est in Epistola Johannis: ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστί, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐν τῷ θεῷ μένει, καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ. Gaudeo tibi locum in Ecclesia Vratisla-viensi attributum esse & filium Dei oro qui sedet ad dextram aeterni patris ut det dona hominibus, ut nos quoque gubernet. Amicitiae nos-trae memor esto & saepe ad nos scribito. Metuo bella per Albianos plus quam civilia campos, praesertim mortuo adolescente Episcopo Par-thenopes, de cuius exuviis dimicabitur. Deus leniat poenas. Bene vale. Salutem opto reverendo doctori Moibano, Magistro

Bal

Baldasaro, Praetorio, Wincklero, Sagero, & nobis omnibus.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Venerande vir & carissime frater. In dandis consiliis sit causa honesta, pia & probabilis: & simul orandus est Deus ut guberner eventum, sicut scriptum est, Commenda Deo viam tuam & spera in eum & ipse faciet. Adhuc iudico pias & graves causas fuisse non discedendi ex urbe Aristocratica. Plurimum enim refert in talibus urbibus esse viros recte sentientes & moderatos & non tribunitios. Oro autem Deum ut nos omnes gubernet. Bene & feliciter vale. die Conversionis Pauli.

Philippus

EIDEM.

S. D. Venerande vir & carissime frater: Saepe in deliberationibus hanc precationem recito: συμβουλὴν ἀγαθὴν καὶ ἀφθονον εὐτυχίαν, συμβουλεῦσαι ἐμοὶ τοῦ πατρὸς ἀΐδιον. Profecto enim vera est vox Danielis: Deus dat sapientiam. Oro igitur Deum fontem sapientiae ut tuum consilium regat. Audio esse ducem Georgium salutarem principem & in eo lucere multas egregias virtutes, pietatem iustitiam & modestiam, & Reipubl. gaudeo, & Deum oro ut ei adsit, Opto etiam ut Ecclesiae illius habeant pios doctores: Sed tu, si datur tibi vicinis hominibus gravioribus, mallem non discedere ex ea statione in urbe Aristocratica in quam Deus te collocavit

multa

Multum refert in urbibus majoribus retineri doctores recte eruditos & moderatos & non ἀγιστικοὺς. Haec ita scribo ut tamen te arbitrio tuo de summa rei statuere velim, & Deum oro ut regat hanc deliberationem. Bene vale. die 24 Septembris.

Philippus

EIDEM.

S.D. Venerande vir, & carissime frater. Dabis veniam brevitati literarum, quia non solum varietate operis sed etiam dolore impediebar quo minus multa scriberem. Civile novum & horribile bellum impendet. Lycaon arrogat sibi titulum Electoris Saxonici & hunc tribui sibi inquit a Carolo Imp. si dux Augustus velit recipere τὴν σφίγγα Augustanam quae nominatur Interim. Vides hoc agi ut opprimantur Ecclesiae harum regionum omnes. Sed oro filium Dej ut nos protegat, & protecturum esse spero. Vos quoque precibus vestris has regiones iuvate. Pagellas vobis mitto in quibus consideres velim explicationem περὶ λόγου & de ea cogitationes vestras mihi significato. Bene vale. die Verni Aequinoctij. 1555

Philippus

EIDEM.

S.D. Venerande vir & carissime frater. Hodie mecum in prandio fuit exul pulsus ex Ecclesia in finib. Bohemicis. Is narrat principi Ferdinando quum audiverit, non placere hanc crudelitatem, Et tamen sacrificulos Boemicos valde ea ipsa cohortum, Ad

mi..

ministratorem, ut noiat, & eius factionem rigore ut recte docentes pellantur. In valle Ioachimica nondum sedata res est. Oremus fili um Dei ut nos gubernet & ecclesiis opem ferat. Mitto vobis pagellos quia plures non habebam ad manus. De Sygaione tota fabella de qua nuper scripsi, vanissima fuit. Dei beneficio tranquilla est nunc Saxonia, & oro Deum ut faciat ut haec halcyonia sint diuturna. Bene & feliciter vale. die 21 April. Philippus.

EIDEM.

S D. Venerande vir, & carissime frater. Cum tot annos & labores & aerumnarum mearum spectator fueris non ignoras saepe me impediri quo minus iis amicis scribam quorum & recordatione & collo quiis valde delector. Erit igitur prudentiae & gravitatis tuae boni consulere quod non saepius ad te scribo. Malim etiam de dogmatibus tecum & cum similibus colloqui. si tempus nulla scribendi con cederetur quam de populi fabulis aut principum tragoediis. Nunc occu patus eram Baltica quaestione. Postulatur ab iis qui Osiandro adversati sunt ut fateantur se non docuisse de inhabitatione Dei in sanctis. Omnino necessarium est explicari personarum pro prietates. filius salvator est & merito & efficacia. Et filius q est λογος non tantum respectu patris sed respectu nostri exposuit primus promissionem & simul fuit & est efficax in credentibus

&

& dat nobis de spiritu suo ut in Iohanne scriptum est. De his quaestionibus mittam vobis responsiones meas. Bene & feliciter vale. Calend. februarij. Mitto tibi fasciculum quem ut mittas integrum uiro D. Benedicto, psalo, et mihi significes an miseris. Iterum vale. Cal. feb. 1555. Philippus

EIDEM.

S D. Venerande uir & cariss. frater. Cum paulus iubet ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον θεοῦ, certe eriam proprietates & perspicuitates praecipit. Nec me existimes sine magno dolore & ante hoc tempus audiuisse & nunc audire multorum ἀκυρολογίας & aenigmata, quae uere sunt ut de sphynge dixit Euripides, ἄμουσοι ᾠδαί. Ergo proprietatem & perspicuitatem, & studeo fugere ambiguia: Sed non semper respondent meo conatuj euentus. Interdum infirmitas cedit operj, interdum metu calumniarum impedior. Denique multa impediunt ὀρθῶς dicentes & scribentes, eos etiam qui ingenijs & eruditione excellunt. Scis de Pericle dici, solitum optare quoties dicturus erat, ne quod sibi uerbum excideret quod quemquam offenderet. Memini Durerum pictorem, qui dicebat se adolescentem in pingendo amasse uarias & inusitatas figuras nunc senem intueri naturam & conari quantum omnino posset, proxime eam in[...] imitari: sed experiendo se agnouisse quam difficile sit non aberrare à natura. Fit hoc etiam in dicendo. Sit autem & modus

modus diligentiae. Nam & illud nobis laudatur, τὸ λίαν ἀκριβὲς
λογομαχίας τίκτει. Quaeso ut rescribas mihi, An mea responsio-
ne, quam tibi mitto, tuae quaestiones utcunq. explicatae videantur.
Bene vale & rescribe. Die 25 Septemb.

Philippus.

Usitatae & receptae propositiones hae sunt in Ecclesia: ὁ λόγος est Deus:
ὁ λόγος est homo. Christus est Deus. Christus est homo. Haec re-
iecta est: Christus est creatura, propter insidias: quia Arriani sic
eam interpretabantur ut dicerent τὸν λόγον etiam sine humana natura
esse creaturam, id est, seu vocem creatam missam ad Ecclesiam, seu
personam creatam ex nihilo missam ad Ecclesiam. Quamquam enim Arriani
voluerunt videri aliud sentire quam Samosatenus: existimo tamen eos idem
voluisse, sed praestigijs verborum offudisse populo caliginem generalibus
verbis. Posteriores scriptores in tertio libro Longobardi distinc-
tione septima addiderunt verborum rixis novas & spinosas cavilla-
tiones quas prorsus omitti propter ambiguitatem satius esset cum res
exprimi alijs verbis perspicue possit. Haec propositio ab illis
scriptoribus reiecta est: Christus in quantum homo, creatura est.
Alia vero non multum dissimilis recepta est: Christus secundum
humanam naturam creatura est. Haec exilitas disputationum
fugienda est praesertim cum res aliter perspicue dici possit. Multo
majores

majores & graviores aliæ quæstiones sunt de re, quid sit λόγος, an sit ὑφιστάμενον ὁμοούσιον τῷ πατρί. Hic simus vigilantes & veram invocationem retineamus contra Samosatenum, Arium, Mahometum, Servetum & similes præstigiatores. Vagatur in Polonia quidam Lithuanus qui Servetica, id est, Mahometica περὶ λόγου spargit, Et cum librum scripsisset Cracoviæ Radzivilus sapienter prohibuit editionem. De cæteri & περὶ λόγου & περὶ πνεύματος edere testimonia ex scriptis propheticis & apostolicis collecta.

De altera quæstione recte dicitur & sine ambiguitate, Nova obedientia est effectus fidei in nobis, sicut dictum est: ὁ θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν. Item: Ephes. 2. οἷς προητοίμασεν ὁ θεός: id est praeparavit. Et πρῶτον αἴτιον est tota divinitas. Agit autem pater per filium docentem, qui inquit: Ego sum vitis, vos palmites: & pater per spiritum sanctum accendentem corda, Ideo dicit Paulus fructus spiritus. Deinde recte dicitur: Nova obedientia est effectus fidei, ubi magis proprie dicitur, effectus Dei accendens fidem, sed tamen & Paulus dicit, πίστις ἐνεργουμένη διὰ ἀγάπης. Alia forma parit disputationis. Nova obedientia est finis fidei. De gemmata obedientia verum est, sicut Petrus inquit κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως. Et verum est, Ideo fide accipimus reconciliationem, ut postea deleto peccato & deleta morte simus ipsi in vita æterna integra iustitia. Et ibi congruit argumentum: finis est melior [illegible]
res

res quae antecedit finem, ut habitatio melior est quam domus; Usus
melior est quam materia praecedens. Perfecta novitas seu iustitia sequitur actu
antecellit fidei. Sed de inchoatione in hac vita non sic loquimur.
Inchoata obedientia antecellit fidei. Possent haec etiam subtilius
disputari, sed teneamus illud volens. ἀμαθέστερον καὶ σαφέστερον.
Usus est melior quam materia. Sed de efficiente aliter dici potest, Usus non
est melior efficiente causa, ut Deus est melior mundo. Mens Archimedis
est melior quam machina fabricata. Sed sit modus subtilitatum. Et
libenter de omnibus vestris quaestionibus aliorum piorum & eru-
ditorum iudicio audio. Philippus Mel.

EIDEM.

S. D. Venerande vir & cariss. frater. Quoties Albim pleno fluen-
tem alveo aspicio, gemens cogito, non si tantum funderem lacryma-
rum, quantum hic fluvius undarum vehit, exhaurire meum
dolorem posse quem circumfero plus triginta annis propter dissidium
quo nunc ardet Europa. Omnia vero paulatim docendi sunt ho-
mines, & fovenda est languidi corporis Ecclesiae coniunctio, & parcen-
dum infirmis placet mihi quod particulis de disputationum metis
& scripsi Dno Norenbergio severe cogendos esse eos pastores, &
alios qui populum docent, ne extra eas metas excurrant. At
profecto non prodest de omnibus quaestionibus vociferari ad populum.

Eligi

Eligi Paulus ea iubet, q̃ conducunt ad aedificationem. Quid autem con
ducunt ad aedificationem tales quaestiones quales sunt papisticorum?
Quid mures comedant rodentes panem consecratum: & aliae multae
& Westphalicae: An corpus sit ubiq; ? Et Saxoniana: Si quid ex il
lo ex calice ut cadatur. Dicendum potius de praesentia filij
Dei, quam in ministerio est efficax, & fide consolationes multe accipi.
Et de fructu τῆς κοινωνίας dicatur, & populus doceatur ut saepe
& reverenter hoc se pignore confirmet. Ego intra metas maneo,
quas scripsi in examine. nec Praetorij instar, nec Stosselij postulatis
moveor ut eas disputationes agitem q̃ nec prosunt Concordiae nec
pietati. Quid vetus & purior Eccta senserit, intelligi potest ex
eruditorum testimonijs. Si Praetorius non manebit intra metas con
silitas, tu migrato rum ex corlato, sed subita ma loco dicto,
ita ut prudentes intelligant te & pietati & tranquillitati Ecclesiae con
sulere. Id consilium do multis in alijs locis. Nam ubiq; anguntur
animj eruditorum & piorum propter hanc quaestionem, et necesse erit
tandem convenire aliquos ad explicationem. Oro autem filium Dei
ut nos omnes gubernet & sanet Ecclesiae vulnera. Bene vale &
rescribe. prid. Cal. Augusti. 1559. Philippus

EIDEM.

S D. Venerande vir, & amice carissime frater. Evangelium &
poenitentia

potentia Dei ad salutem omni credenti. Tota igitur divinitas vere adest &
est efficax in omnibus gradibus ministerij, videlicet sonante voce Euangelij,
& in usu Sacramentorum, sed ordo consideretur. Filius profert Euan
gelium ex sinu aeterni patris & ostendit patrem: Ita simul adest pater
& per filium dat Spiritum sanctum. Haec pijs certissima sunt. Et
utile est considerare discrimina patris & filij & spiritus sancti, de quibus
in examine aliquid dixi. Nec negari potest ipsum filium adesse in
Baptismo, quia expresse dicitur: Baptisabit vos spiritu sancto & igni. Et invo
catio patris, filij & spiritus sancti in Baptismo testimonium est de praesentia.
Sed interrogas: Eodemne modo adest in Baptismo & in Coena filius?
Respondeo Quod ad effectum attinet, adest divinitas eodem modo
sonante Euangelio & in usu Sacramentorum, sed modus utrunque dis
cerni potest. In baptismo adest filius ut ad regenerationem, In coena
ut ad renati confirmationem seu vivificationem in qua testatur se
assidue in nobis ut in membris suis efficacem esse & nos facere
sibi membra, sicut inquit: Ego enim vites vos palmites. Ac loquor
de praesentia in sumente. Nihil enim habet rationem sacramenti extra
usum institutum. Romanus ἀρτολατρείαν. Eruditissime Paulus in-
quit: Panis est κοινωνία σώματος, quo dicto affirmat: Extra
sumptionem panem non habere rationem Sacramenti, sed in ipsa com
municatione pignus esse quo inserimur corpori christi: Sed de hac

tota

tota re & te & doctos atque pios optarim placide posse colloqui: Et literas tuas expecto quibus significabis an nobis hac de re scribi a te copiosius. Bene Vale. Philippus

EIDEM.

S.D. Venerande vir & carissime frater. Scripsi ad te nuper de praesentia filij Dei in Evangelij ministerio quam per eum colligit aeternus pater Ecclesiam in hac vita, sicut dictum: Tradet regnum Deo & patri. De illa nostra responsione scire cupio an eam acceperis & quid iudicas. Nunc igitur tuas literas flagito. Simul autem peto ut sit ἀμνηστία offensionum inter te & d. Cratonem. Nec de causis disputo. Volo nos omnes propter filium Dei coniunctos esse: In hac ergo te etiam volo te propter meam amicitiam ἀνεξίκακον esse. Scribam plura cum tuas literas accepero, Et iam ad negotia molestissima eundum erat. Bene vale. die 12 Ianuarij. Philippus

EIDEM.

S.D. Venerande vir & carissime frater. Magis prodest scire praesentiam & efficaciam filij Dei in ministerio Evangelij de qua dicit: Ego sum vitis, vos palmites: Sine me nihil potestis facere. quam papisticas disputationes quas vitare etiam δυσφημεῖν est. Ideo scripsi nuper de illa efficaci praesentia in uero usu. Et simul in eo usu filius Dei nos testatur esse membra sui corporis, & quoniam

in

in nro usu nos corpori suo inserit, ut Hilarius dixit: Haec sumpta & hausta faciunt ut ipse sit in nobis & nos in ipso. Diligenter a te velim considerari purioris antiquitatis dicta: Mitto vobis pagellas in quibus citatae sunt aliquot durelas sententiae veteris. De offensionibus vestris nihil scribo, quia prorsus volo te esse memorem dicti veteris: μὴ μνησικακεῖν. Bene vale. die 28 feb.

Philippus.

Egregia doctrina et Virtute praedito
Magistro Mattheo Collino in Acad^a:
Pragensi: amico carissimo.

Eptas Philippi de Collino ad Senatum urbis & Academiae Pragensis scriptas quere infra: in fine libri.

Hae omnes eplae ad Collinum non sunt editae.

S. D. Delector amore & officio tuo, mi Colline, quod memoriam nostrae consuetudinis & benevolentiae retines. Colamus has nostras Scholasticas amicitias & demus operam ut decet ξυνοῖιν ὁδὸν ἐρχομένων ut prosint reip. Literatorum coniunctio certe utilis est ad tuendam ecclesiarum consensionem & iuvanda studia. nosti illud homericum: συμφερτὴ ἀρετὴ ἀνδρῶν. Ratisbonae multi Boemi me adierunt: Ex his intellexi ipsum de orano, mei nostra ortas esse discordias. Doleo a vobis avelli Henricum, cum quem profecto & amo & facio plurimi. Spero sedatum esse certamen gaudeo. Leg. rogo ut de re aut aliquid mihi significes. Legi carmen de Cruigero Cyrenaeo: probo inventionem & versus ipsos

sui ipsos. difficile est his materijs nitorem addere. quod cum conor facere, longiusculas descriptiones admisceo et intertexo locos qui mi videntur iucundiores, etsi sunt, ut vides, non valde ἀρθρῶδες ... Turcica victoria pijs magnam curam et maestitiam afferunt, sed nostros heroas nondum satis excitant. Utinam Deus doceat manus nostrorum ad praelium. Spero filium Dei propugnaturum et servaturum esse suas Ecclesias. Bene vale et rescribe. die 27 Septemb. Salutem opto Wenceslao.

EIDEM.

S. D. Vidi ante multos annos Hopi amici nostri γνώμας, et probavi: etsi quaedam materia postea explicatius tradita sunt, ut video te ipsum, dum reddis explicationem recentiorem et accuratiorem secutum esse. Soleo accurate discrimen facere quod est herere in renatis et peccatis contra conscientiam: Id discrimen tu apte reddis in versu: Si quid agis prudens etc. Bene pentem necessariam videbis praetermissam in gnomis Hopi. Caeterum libellum tuum approbo et editione dignam iudico. Legetur a pijs et studiosis ut Prosperi Epigrammata quibus Augustini sententias ille reddidit. Salutem opto Wenceslao. Bene et feliciter vale carissime Matthaei. 27 Iulij

EIDEM.

S. D. Gratum est mihi munus tuum praesertim cum sciam ab optimo animo proficisci: Χαρίτων δὸς θυμὸν ἄριστον ut in veteri proverbio dicitur. Tua lucubratio edetur ut ad nundinas Lipsicas ad te mittatur. Prodest exempli causa ad invitandos studiosos edere talia scripta: quare libenter addam praefationem. De vestra valetudine nonnihil sum sollicitus. Si grassari lues nondum desijt, vellem vos expatiari in loca alia ubi aer est salubrior. Apud nos, Dei beneficio, et salubritas est aeris, et tranquillitas reip. quam ut Deus tribuat studijs diuturnam opto. Certe Deus pater liberatoris nostri Iesu Christi regit Ecclesias suas. Mirabiliter tyrannus Brunsvicensis a Deo profligatus est. Bene vale. 12 Septemb.

EIDEM.

S. D. Meministi Gelenium doctum et bonum virum Basileae mediocriter vivere, dignum quidem splendidiore fortuna: Sed ego suas latebras anteferrem valde luculentis functionibus. Cum igitur videas quantum tibi in patria sit certaminum, statuas tandem an ibi mansurus sis, an vero in Germaniam rediturus. Quod si mavis in Germaniam redire, aliquid

consilij

consilij Deus ostendet. περὶ δὲ μου uides non posse constitui, nisi de se
de & domicilio prius decreueris: οἶκον μὲν πρώτιστα inquit Hesiodus.
Sed ubicunque simus, quaedam difficultates ferendae sunt ut uides
hanc ipsam rerum naturam indigna multa pati καὶ συστενάζειν τῇ ἐκκλησίᾳ. Non igitur communi legi nos eximamus,
sed a filio Dei seruatore nostro Iesu Christo petamus & expectemus
auxilium qui Ecclesiam & studia literarum non penitus deleri
sinat. οἱ ἄρχοντες καὶ βασιλεῖς ζυγομαχοῦντες ταράττουσι καὶ κινδυνεύουσι πάσας χώρας μικρὰς τοῦ ἐμφυλίου:
quare a Deo petamus defensionem, Praesidia humana nulla uides. Mitto tibi summa poemata Stigelij. Bene uale. die quo
Maria uirgo attulit in templum filium Christum recens natum,
ac testata est primogenitos dedicatos esse deo, ac sacerdotes esse debere. 1544.

ΕΙΔΕΜ.

S D. Experimur ubique Ecclesiam dei uere in terris exilium esse.
Et quamquam alibi plus alibi minus est similitudine: tamen ubique
secum exercent magna pericula. Scripsi tibi antea si uoles in
Germaniam redire, meam tibi operam non defuturam in quaerenda
aliqua functione. ac si linguam nostram calleres, nunc haberem
tibi conuenientem conditionem: Ac mea officia & studia tibi nunc quoque
& mitto

promitto. Sed si in patria manes, servitus sapienter ferenda est, ut postea ubique mala aliqua & toleranda & deploranda sunt: Nec tu ignoras illud Pindaricum quod est in Pythijs: ἓν παρ' ἐσθλὸν πήματα σὺν δύο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι. τὰ μὲν ὦν οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν, ἀλλ' ἀγαθοί τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω. Ita si manes in patria, leniendo mala sunt & danda opera ut cogitatione aliarum utilitatum quas ex te capit iuventus, compenses incommoda. Nam ibi quoque prodest tuus labor Ecclesiae & aliquando post messis fortassis uberior erit. libellum tuorum poëmatum excudi curabo. In tanta occupationum varietate & difficile est mihi multa simul agere, & typographorum magna est incivilitas, qui etiam causam morae praebuerunt. Bene & f. V. Cal. Jan. 1545.

De quaestionib. sic respondeo. Magna & tristis est servitus Ecclesiae in multis locis: sed tamen vere membra sunt Ecclesiae omnes qui Evangelium Dei amplectuntur nec socij sunt defensionis idolorum ac saevitiae, sed hos furores improbant, etiamsi oppressi servitute impedire non possunt. Et tales recte sentientes dico uti posse integro sacramento quod in nostris Ecclesijs porrigitur, simul & sublime uti potestis. Malim

quidem

quidem sumi ab aliquo sacerdote non hoste Evangelij sed agnoscente veritatem & probante. Nec refert utrum verba Cenae pronunciet palam aut clam. P. M.

EIDEM.

S. D. Carissime Colline. hanc epistolam scripsi die Baptistae collegae nostri qui instauravit Evangelij lucem cum filio Dei se palam terris ac generi humano ostendent. Cogitabam igitur pericula nostri ordinis, illos summos viros mente intuens, ac me fama de discessu Caroli Quinti Imp. ex conventu qui fuit in urbe Vangionum, ut hec attentias cogitarem moverat. Postulavit Carolus Imp. ut nostri permitterent se permissuros regi tionem synodo Tridentinae, ac ostendi se curaturum ut res iudicarentur per homines doctos non per Romanum pontificem. Nostri bis permissu non ausi sunt fidere. Discessit igitur Imp. Carolus & conventus ... habere ut audio inculam. Sed Deum oremus ut Ecclesiam sibi colligat, servet & regat. Hunc Iohannem tibi commendo. Comperi enim bono ingenio praeditum esse, & feliciter didicisse unum res homines ut ipse postea intelliges: quare eum complectere. Foveamus nostrum gregem, hoc est, homines bonis ingenijs praeditos & excultos literis, ac

cir.

circumferentes doctrinam filij Dei ac celebrantes ut Baptista ce-
lebrabat, nec frangamur animis, etiamsi pericula proponuntur:
Servabit enim Deus Ecclesiam suam. Bene & f. Vale. 1545

EIDEM.

S. D. Carissime Colline. Etsi non abundo otio, legi tamen istam Viti
declamationem vel potius criminationem in qua gloriatur se ci-
uem nunc esse Ecclesiae Dei, Nos vero damnat tanquam desertores: o-
mitto enim quae de dogmatibus dicit, cum nec ipse narret quod
dogma improbet. Non solum adversarios audio tot iam annos
vociferari, nos desertores esse, sed saepissime ipse mecum disputo:
vere ne hoc crimen nobis obijciatur. Itaque cum mihi mea volun-
tas erga Ecclesiam dei nota sit, & sciam me res difficiles ex mag-
na caligine disputationum mediocriter eualuisse, non dubito me
verae & catholicae Ecclesiae Dej civem esse. Non enim desinit
esse civis eius homo recte invocans Deum etiamsi probat
usum integrae coenae dominicae, coniugium sacerdotum & emen-
dationem abusuum τῆς λειτουργίας ut Graeci vocant. An
si iam resurgerent Ambrosius & Augustinus ac viderent Ho-
bergk causas nos damnari, laudaturi essent hanc sententiam
pontificum? Imo si viderent nostros interfici, damna-
rent

rent pontificem tamen parricidam. Non titulis sed rebus iudicandum est qui sint cives Ecclesiae. Crassiori doctrinae puritatem & adfirmo multa recte a nobis explicata esse quae non recte tradita fuerunt a Monachis & Canonistis: Nec initio tantus fuisset doctorum plurimorum & sapientum adplausus mota disputatione de poenitentia, nisi rectius tradi quaedam animadversum esset. Vitus me legit nec intelligit commentarios Scoti & similium, Nunc se utriusq. partis iudicem facit, nec exponit tamen totum doctrinae suae genus ut ego feci. ostendat de singulis articulis quid probet quid non probet. Tantum clamitat se sequi ecclesiam. Facilimum est huius tituli maiestate commendare se populo, sed non est vocabulis iudicandum qui sint cives ecclesiae, re iudicandum est. Videndum qui sint Epicurei, qui parricidae membrorum ecclesiae. Fingat me errare in aliquibus rebus ut sunt multae hominum imbecillitates: minus tamen pecco quam si parricidia confirmarem quae exercent contra nos illi quorum ambit favores ipse. Sed nec ego plura nunc disputabo, nec te velim cum eo rixari. Curemus ut conscientiam nostram erudiamus qui & ubi sint ecclesiae cives, scilicet quicunq. & ubicunq. sententias veras a Deo traditas amplectuntur & Deum recte invocant,

etiamsi non amplectuntur traditiones humanas & iniustas Episcoporum.
Narrant Graeci quendam Ευτελίδαν scriptum fascinasse cum
sese spectaret in flumine, & ita fascino perijsse. Opinor & Vitum
sui admiratione fascinatum esse & sibi morbum accersere: quod
quidem aliquando Deus ostendet. Ego ei nec male uolo, nec
laesi eum ulla in re sciens. Ipse me multis modis lesit, sed
κωφὸν βέλος ἀνάλκιδος ἀνδρὸς inquit Homerus. Nec tamen
magis rabiosius in me incurrit quam alij quidam mihi magis
familiares nulla a me iniuria affecti. Sed deleo ex animo
funditus omnes priuatas simultates, ac simplici studio quaesiui
doctrinam ecclesiae ueterem, puram, firmam, incorruptam: Et
permitto de me iudicium toti Ecclesiae & omnibus pijs & doctis
ubique terrarum: Saepe etiam hortator omnibus ut studia coniun-
gamus ut doctrina salutaris ad posteros propagetur. Talem ani-
mum studio communi Ecclesiae ciui, nec me propterea eiectum
esse ex Ecclesia iudico etiamsi maledictis aut iratorum aut
maleuolorum obruor. Scriptum est maledicent illi & Deus benedi-
cet, idque fieri saepe expertus sum, & Deo gratias ago quod
mea studia rexit ut aliquo modo prodessem discentibus doctrina

eccle-

ecclesiae & alias honestas artes, & adhuc oro ut me semper faciat σκεῦος ἐλέους, ne sinat me fieri σκεῦος ὀργῆς. Bene vale. Epistolam Viti & hymnos remitto: hos ipse redditurus eram sed quia repetis misi. Iterum vale. die Lucae 1545.

Suadeo ne litiges cum Vito, sed abrumpas totam hanc disputationem, quia Deus eam diiudicabit.

EIDEM.

S. D. Doctissime & carissime Collinee: Etiamsi fingant poetae ortos esse homines ex saxis: tamen me fateor mollo pectus habere, ac saepe moveri & concuti clamoribus adversariorum qui nos iterum nos seditiosos esse & ecclesiae hostes. Saepe igitur mecum disputo, cum ne certe sit ea quae docemus retinere, ac disputo saepolitis interdum titulis partium ac factionum. Quaero quid, cum sentiendum sit & in hac sententia acquiesco, cum non simus Epicurei, sed sentiamus vere esse Deum & hunc ipsam doctrinam in ecclesia per prophetas & apostolos traditam veram esse & firmam, necessario eam discendam & amplectendam esse censeo. Cumque aeternus pater de filio suo dicit nostro domino Christo crucifixo pro nobis & resuscitato dicat, autem, hunc audite sequor hunc & audio, & audio in ecclesia, id est, civium suo erudi torum sententias. Haec cum facio, non aliud quam doctrinam in fontibus invenio

inuenio [illegible] quod amplecti me ostendo. Nec sunt obscurae controuersiae, nec difficilis diiudicatio est mediocriter doctis. Tantum hoc postulat Vitus ut profiteamur nos nolle socios esse parricidarum qui interficiunt doctos innocentes fugientes idola. Hanc societatem si intelligis faciendam esse, doleo vicem tuam. Haec scripsi ut uideas quae mihi ancora in tantis dissidiorum tempestatibus. Sustento enim me his verbis: Si quis diligit me sermonem meum seruabit &c. Bene vale. Calend febru: 1546. Adamum tibi commendo honestum iuuenem.

EIDEM

S D. Grata mihi est assiduitas tua in mittendis literis, etiamsi non possum, ut in ueteri uersu dicitur, αὐτῷ τῷ μέτρῳ [illegible] dare gratiam. Te igitur oro, ut sicut fecisti hactenus saepe ad nos scribas. nam beneuolentia tua delector, & studijs tuis honestissimis faueo: patiaris etiam me responsorum esse quoties aliquid temporis ad id officium praestandum surripere alijs operis potero. Cres[illegible] autem mihi labores nunc post Lutheri mortem, cumque iam uocatus essem ab Electore Palatino in Academiam Rhenanam quae est in oppido Heidelberga, in meo natali solo, tamen hic propter multas causas retineor. Et profecto, etsi amo patriam, tamen

eo

×

eo minus manendum esse duxi, quia si quo abirem, hostes maledici et φιλόψογοι mox dicerent me Luthero mortuo, eidem novis dogmati quaerere. Similem de me fabellam ante annos novem sparserant cum una cum Vitichio qui necessariam habebat itineris causam proficiscerer in patriam non alia de causa, nisi ut viserem Joachimum & fratrem. Hinc rediens audivi illam fabellam quam si prius rescivissem, non suscepissem [illegible]. Sed haec mala cum vitari possunt vitanda sunt, cum vitari non possunt, sapienter ferenda sunt. Mitto tibi pagellas recens editas. Bene vale. Mense Martio 1546.

Αἰδεσίμῳ ἀνδρὶ καὶ φιλοσόφῳ Ματθαίῳ
Κολλίνῳ, φίλῳ γνησίῳ

Τῷ φιλτάτῳ Κολλίνῳ εὖ πράττειν. Πῶς ἐπιτηδὴ Θησεὺς, ὡς οἴομαι, εἶπεν, ὥστε τῇ ἀνθρώπων φυσικῇ συγγενείᾳ προσήκει· οὐκ ἂν χρὴ ἀνθρώποις ἀλλήλων κατὰ μάλιστα δὲ γείτοσι πρὸς γείτονας ἐθέλοντας ἀδικηθέντας καὶ ὑβρισθέντας εὐμενῶς ἔχειν καλόν ἐστιν. ἄξιοι οὖν ἐπαίνου ἐστὲ σύ τε καὶ οἱ πολῖται σου παραιτούμενοι ὅπλα φέρειν κατὰ γειτόνων, οἱ ὑμετέρας ἐκκλησίας ἐτίμησαν καὶ προγόνων ἀρετὰς ἐπαινοῦντες διατελοῦσιν. ἐγὼ δέ σοι τε

κα

καὶ τοῖς πολίταις σου καλοῖς κἀγαθοῖς ἀνδράσι χάριν οἶδα ταύτης εὐεργεσίας, καὶ θεὸς δικαίαν ἀμοιβὴν ἀντιδώσει ὥσπερ γέγραπται: μακάριος ὁ συνιῶν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα. ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ κύριος. ταύτῃ δὲ γνώμῃ ἐμμένειν τοὺς πολίτας σου παραίνει ὅπως δυνήσῃ. πέμπω σοι μικρὸν βιβλίον ἔχον καὶ ποιόδε ποιημα λέγον, τοι μέγα ὄνειαρ εἶναι ἀγαθὸν γείτονα. ἔρρωσο. τυχ. νεψιῶνος ἱσταμένου γ. ἔτει α φ μ ς.

EIDEM.

S. D. Carissime d. Matthae. Ut te non dubito in hoc tristi bello de me & nostris collegis & ecclesia sollicitum fuisse: ita profecto & vicem fortissimae gentis nostrae saepe dolui & de te valde sollicitus fui. Nunc deo gratias ago quod te servavit & in munere honesto in Aratenna urbis nostrae te collocavit. Nobis accidit prorsus id quod inquit apud Homerum quispiam

ἀλλὰ θεοὶ δύωσι πολυπλάγκτους ἀνθρώπους
ὁππότε καὶ βασιλεῦσιν ἐπικλώσωνται οἰζύν. Redii ad Academiam ex longa peregrinatione accersitus amicorum literis, sed certam sedem hic nondum habemus. Nam si, ut opinio est

multorum

multorum, Saxonicis ciuitatibus bellum infertur, distrahimur in
noua exilia. Interea tamen praelegere nostro more doctrinam Eccle
& philosophica cepimus. Vox Ecclesiae & scholae, Dei beneficio adhuc
eadem est quam ipse audiuisti. Tuum consilium probo quod ad-
iungis te ad Ecclesiam in urbe vestra quae etiamsi aliquamdiu ante
hoc tempus fortasse doctores ἐχθυμοτέρους habuit: tamen
nunc non aduersatur voci Euangelij. Quaeso ut nobis saepe scri-
bas donec ad Albim me manere intelliges: Viritim significabo
cabo res nostras. Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Chri
inter hos fluctus seruaturum esse Ecclesiam spero, & ut seruet tecum
toto animo pectore oro. Mitto tibi pagellas quae ostendunt non
prorsus conticuisse nostri caetus studia seu Musas. Tibi quoque
pro tuis Musis & muneribus gratias ago. dialecticam edidi pene
integram, quae erit testis nostri iudicij de multis rebus &, ut
spero, profutura & multorum studijs. Exemplum missurus sum
per proximum tabellarium. Hanc typographi nondum absoluerunt
secundam editionem. de doctore Wenceslao si quid rescieris
quaeso ut nobis impertias. opto ut sit incolumis. In Pannonia parte
quam veteres Ἰάζυγας vocarunt nunc nominant Transsyl
uaniam consensu ciuitatum delectus est vir doctus & pius cui
cura

nova ἀποσία τῆς ἀναλύσεως commendata est. In Britannia sonat vox Evangelij pure, et iam deliberationes sunt de ecclesiarum communi emendatione. οὕτως οὖν ὁ γενόμενος ἀπόστολος τὸ φῶς εὐαγγελίου, ἐν δύο ἔτη ἀρχόμενος ἔχοι κοινὰς μεταβολὰς quas utinam Deus gubernet. Bene vale. Vitebergae. 5 decembris. 1547.

EIDEM.

S. D. Gratiam habeo, non solum tibi quod toties tam amanter scribis sed etiam Georgio nostro, homini valde officioso qui et tuas literas mihi fideliter exhibet, et nostras ad te mittit. Pro ἀρετῇ: nam hac virtute Galenus civis patria fuit ὁμο-γλώσσος tuae, utitur: mitto tibi pagellas quae quaelia sint instaurationis initia ostendunt. Deus servet et hanc nostram linguam, vola libros, et alia literarum domestica hospitia. Dialecticam mitto, qualis nunc tertio edita est. Ex conventu Augustano haec historia recentissima affertur. mense februario exposuit Carolus Imp. principibus Imperij se tot iam annos flagitasse a Pontifice Romano ut in synodo instituerentur verae deliberationes de salute Ecclesiarum: sed eludi a pontifice suas petitiones varijs technis, nunc vero etiam foedus scripsit Pontificem et regem Gallicum:

petiverit

petiverunt igitur edicta proponi, ne Germani militent sub signis gallicis &
pontificijs. Sed haec fortassis alij iam significarunt. Bene vale & sae
pissime ad nos scribito. 26 febr. 1548

EIDEM.

S.D. Doctissime & carissime Colline: Quod in patria in munere
honestissimo docendi, sedes mediocriter tranquilla tibi contigit,
magnum Dei beneficium est, quem oro ut te servet & regat, &
faciat te σκεῦος ἐλέους salutare tibi & alijs multis. Nostros
labores spero Ecclesiae prodesse ad intelligendas praecipuas partes doctri
nae ecclesiasticae: sed pro his laboribus exilia vel supplicia nobis
expectanda sunt. Hactenus Academiolae nostrae mediocria studia
fuerunt, ut pagella ostendunt quas subinde mitto: ἀλλὰ τὸ
μέλλον ἕρπει τυφλόν. Spero tamen & deinceps Deo hanc cetum
curae futuram esse. Crucigerum ingeniosissimum virum Deus
in coelestem academiam abduxit. Pro muneribus vestris tibi
& Adamo gratias ago. Bene vale. die brumae 1548.

EIDEM.

S.D. Et habeo tibi gratiam quod saepe amanter ad nos scribis, & doleo
potero tecum colloqui. Nam in his tristissimis dissipationibus spe
cies tamen honestior Ecclesiae maneret si multi nostri ordinis homines
consentirent

consensum & amicitias tueri studebunt: quod certe faciam. Quidam doctores amici nostri nobis in hac nostra servitute duriores sunt quam decet, qui levare nostras miserias debebant. Sed haec omitto. Arbitror de Academia studijs scribi a Martino. Vox doctrinae eadem est quam audiuisti, nec ulla mutatio facta est. Deus gubernet nos & faciat nos σκεύη ἐλέους. Pagellas tibi mitto, & ut rescribas amanter peto. Bene vale. 3 Idus Iulij 1549.

Collegis tuis amicis nostris salutem opto.

EIDEM.

S.D. Carissime Colline: Etsi nihil perinde levat moestitiam in his communibus miserijs ut amicorum prudentium colloquia, & ego inprimis acquiesco in tuis literis: tamen ita flagito officium scribendi, cum commode & scribere & mittere poteris. Benevolentiam mutuam & animorum imo & iudiciorum consensionem spero aeternam fore, Et fruemur nostra amicitia multo dulcius in illa aeterna consuetudine apud filium Dej & nostros collegas, id est doctores Ecclesiae prophetas & apostolos. In Germania saxonica bella nulla. Nunc Carolus ex Belgica redibit Spiram. Mitto tibi pagellas ne solo. Bene vale. die 16 Octob. quo ante annos 1872 interfectus est Demosthenes: Anno 1549.

EIDEM.

S. D. Carissime frater. Existimo te audivisse ad urbem optime moratam Brunswigam furias lycaonias accendisse bellum quod videtur initium fore non brevis tragoediae. Fiunt saepe levia prae-lia non incruenta: & iam aliquot nobiles capti & in urbem ducti sunt. Deus servet Ecclesiam suam & domicilia piorum studiorum. Adhuc Dei beneficio in his academijs mediocria sunt doctrinae studia, etsi vicini sycophantae contra nos spargunt assidue virulentos libellos in quibus fingunt multa acerbitate odij profecto iniusta. Sed vetus illud est οὐχ ὁσία ζώειν κακὰ ἔπτλειν ἀλλήλοισιν. Nos respondere oportet. Scio te ea esse gravitate & fide, praesertim cum nota sint tibi pectora nostra ut animum tuum a nobis alienari non sinas. Mitto tibi exemplum proximae disputationis. Tuas literas expecto. Bene & feliciter vale. die quo ad Plataeas Mardonius ante annos 2040 victus est, & liberata Graecia ingenti bello. 1550.

EIDEM.

S. D. Cariss. frater. Existimo alios ad te iam scripsisse de morte Hannonis & Briccij. Etsi autem & parentum dolore afficior, & propter certam opinionem utriq. longius vita amicitiam conceptam esse: tamen

tamen in tutulati divinae attemperandum est. Teg. adhortor ut luc-
tum parentibus lenias, qui se sint tranquilliore aio quia filiusq.
in pia invocatione placide decessit. Hanno etiam pridie antequam
anima eius ex hoc ergastulo liberata est dulcissimo sermone cum
filio Dei collocutus est. Deum oremus ut servet Ecclesiae mul-
ta bona ingenia & nos faciat ontwe ἐλέου. De reg. non libet
scribere. In ora Balthici litoris certum est exercitum non con-
temnendum esse qui minatur his regionibus, qui si huc accessi-
ssit haud dubie etiam in nostris urbibus novi motus erunt.
Non possumus haec nostris consiliis regere, sed oremus filium
Dei ut Ecclesiam suam & regat & servet & det ei meliora
hospitia. Bene & feliciter vale. die X Decemb. Mitto tibi
libellum eruditum edit\[um\] a meo genero. Rescribe. 1550.

EIDEM.

S. D. Doctissime vir & cariss. frater. Iam epistolam literas ad te
scribere cum mihi fasciculus huius adfertur in quo & Epitaphia
erant quae statim edi curabo. Etsi autem temporum tristitia non
suppeditat iucunda argumenta: tamen donec possumus etiam in
his aerumnis colloquamur. Non solum hoc vere dictum est
Ἐν ὄμματ' ἔχου φαλιὸν ἐν βλέπτη ζωαῖ: sed
etiam

sed etiam per literas collegium inuitat. doleo istic pericula crescere

Deum nostri inuocantibus. Sed hi furores accersent arma Turcica.

Nos filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nob.

& resuscitatum oremus ut in his ruinis imperiorum seruet

ecclesiae suae reliquias nec sinat fieri barbariem aphricam. quatenus

efficere conantur καταρατοι τινες εἰς μιαροι qui simul &

lucem Euangelij & doctrinas quae sunt pulcerrima ornamenta

naturae hominum delere conantur. De germanicis tumultibus non

libet scribere. Mitto tibi pagellam de eclipsi proxima. plures

mittam per proximos tabellarios. B. & f. Vale. 4. Martij. 1551.

EIDEM.

S. D. Cariss. frater. Vetus celebritas gentis uestrae & fama

uirtutis maiorum uestrorum, nonnihil etiam nostri de tua

uirtute & eruditione sermones mouerunt Laelium Sozinum

uirum nobilem, filium praecipui Iurisconsulti Bononiensis, hospitem

meum ut & urbem uestram uidere & Iesum collegium

cuperet. Intelliges esse uirum prudentem & ego integrum esse affirmo:

ac sincera studia doctrinae ecclesiae amat. Quare te oro

ut eum amanter excipias eique tanquam προξενος ad aliorum

bonorum & doctorum virorum collegarum aditum patefacias, qui et probitas

candorem

candorem. De rep. nec libet scribere, nec habeo argumentum ἀξιό-
λογον. Nos inter hos fluctus & imperiorum tumultus hac nos
consolatione sustentemus quod simus filii Dei secundum suam & in ea
nos quoque cives ecclesiae curae esse, quam spero servatum iri esse, sicut
nuper in exundatione Mani servavit infantem in cunis abrep-
tum & tribus milliaribus delatum ad ripam Francofordianam ubi in-
columis & salvus infans in illa sua arca in cunis a pisca-
toribus exceptus est. huius exempli narrationem sperabam tibi iu-
cundam fore: ideo adscripsi. Nec dubito divinitus servatum esse. bene
& feliciter vale. die 21 Iunij. 1551.

EIDEM.

Epistola quae ad Collinum quam hanc debet sequi dare quere in fine voluminis.

S. D. Cariss. frater. Antea cum scriberem tibi existimabam te
cogi ad synaxin aliorum qui sunt in ecclesijs vestris ubi sunt
in populo aliquando pij quidem infirmi quorum infirmitatem utcunque
excusabam. Nunc intelligo te posse ab illa synaxi abesse. Cer-
tum est autem & pium esse, & ad conscientiae tranquillitatem
multo accomodatius esse non accedere ad synaxin talium mi-
nistrorum qui depravant usum Caenae mysterij. Eliges igitur
hoc quod melius esse ipse iudicare poteris. Utinam ali-
quando copiosius coram loqui possemus. Bene & feliciter
vale

Bene & feliciter vale // die 30 Iulij 1551. // & rescribe //

EIDEM.

S D. Cariss. frater libenter audio doctos hoies, & confessio sententiarum collatio bonis mentibus utilis est. Quare etsi scio multos Tridenti indoctos & malos hoies esse: tamen profuturus essem eis si Germania tranquilla esset. Nunc vel mestitia me ut recedam monuit, vel quedam probabilis ratio. quod intempestivum esse indicavi disputatione in Synodo certare de auctoritate τοῦ ἀρχιερέως, si alibi armis labefactaretur. oro autem Deum ut Ecclesiam suam servet & nos gubernet. Stigelij carmen valde bonum tibi mitto. Bene vale. die 13 April. 1552.

Te oro propter Deum ut labores moderaris & consulas valetudini, & honorem habeas corpori ut Paulus precipit.

EIDEM.

S D. Carissime frater. Noribergae cum essem rursus vidi librum in quo meminerant me picturam videre sicli veteris qua gens Iudaea usa est. Curavi igitur ad eam formam argentea numismata cudi: in latere altero e virga Aharonis, in altero calix thuris: mitterem numisma si certo ad te perferri has literas scirem: versiculos tamen mitto de illis

signis

Signis quae insculpta sunt. Mitto etiam Synesii Graecas, leg.
oro ut significes mihi an hae literae ad te pervenerint. Apud
Lucam ἀπὸ μιᾶς usitata graeca eclipsis est, ἀπὸ μιᾶς γνώ-
μης. Sunt in scriptoribus: ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, scilicet συμβάσει.
Existimo te audivisse magnis terraemotibus grassatam esse vi-
ciniam vallis Joachimicae. Etsi multa significantur, tamen
arbitror praecipue denunciari Turcica bella. Scripsit quidam vir
pius ante annos octoginta, Isennaci, regnaturos esse Turcas in
Germania et Italia circiter annum a natali Christi MDC.
Oremus filium Dei ut servet Ecclesiae reliquias. Bene va-
le et rescribe. Salutem amicis omnibus opto. 7 May. 1552.

De vetere nummismate gen-
tis Iudaeae.

Iusta sacerdotum demonstrat munera siclus
Cuius in Ebraeis urbibus usus erat.
Ut sint doctrinae custodes, virga Aharonis
Utque regant mores cum pietate monet.
Significatque preces, calicis fragrantia thura
Praecipuum munus sacre pia vota Deo.
Filius aeterno genitori hos praestat honores
Emmanuel casta virgine natus homo.

Hic est doctrinae custos quam sparsit in orbe,
Hic aetherei florida virga chori est.
Hic et pro nobis offert gemitusque precesque.
Fiat ut offensi mitior ira patris.
Adiungit sibi nos socios tamen ille sacerdos
Agminis et partem nos facit esse sui.
Custodes igitur fidei nos esse necesse est
Doctrinae, gratus quam dedit ipse Dei.
Huius et addamus votis suspiria nostra
Quae simul ad summum perferat ipse patrem.

EIDEM.

S. D. Cariss. frater. Nuper cum forte aliud quaererem in Plutarchi Alcibiade pag. 69 inveni haec verba: καὶ τὰ μυστικὰ συμπλεκόντων ὡς ἀπὸ μιᾶς, ἐπὶ νεωτερισμῷ συνωμοσίας πεπραγμένα. Venit mihi in mentem haec verba loquendi figura ἀπὸ μιᾶς apud Lucam. Etsi autem hic additum est substantivum, tamen id quoque ad Lucam congruit. Iacobus ornatus est publico gradus testimonio quod ei libenter tribuimus propter ipsius virtutem et eruditionem. Mitto carmen de renunciatione testimonii. Orationem de Cognitione mittam quam primum potero. Nunc

enim

enim a typographis nondum edita erat, Rog. oro ut saepe nobis scribas. Etsi enim in eccl(esi)a caelesti magis fruemur amicitia nostra: tamen nunc quoq. donec possumus colloquamur praesertim cum noua exilia expectemus. Scis autem illud ἡδὺ γε φίλου λόγος ἐστὶ λυπουμένοισι. Bene vale. die natali d(omi)nis Johannis Friderici. 1552.

EIDEM.

S. D. Cariss. frater. Siderum positus huic orae in ripa Albis hoc tempore significare contagia luis, q(uae) etsi late vagatur, tamen alibi magis alibi minus saeva sunt. Etsi in hac confusione imperiorum et in tantis docentium dissidiis pii libenter in aeternam et tranquillam Academiam coelestem discedunt: tamen donec Deus in hac uita colligit eccl(esi)am, oremus eum, ut has coronas tueatur ut non prorsus dissipentur docentium et discentium coetus. Aliquot collegae nostri familias Torgam transtulerunt, ubi neminem habui cui literas nostras darem ad te mittendas aut perferendas. Nunc flagitauit a me literas hic adolescens Glatouiensis auditor Balthij profecturus in academiam uestram ut te audiat. quem etsi propter ipsius praeclaram eruditionem libenter tuo iudicio

complecteris

complecteris: tamen ut initio aditum ad te faciliorem haberet, co-
mmendandum esse tibi censui. Natura est generosa, doctrinae ca-
pax et ad decus ad virtutem incitata. Quare eum a te prae-
cipue erudiri gaudeo, et Deum oro ut eum gubernet et te diu
servet patriae incolumem. De bello Pannonico tuas literas expecto.
Sed metuo multa vastissima quae narrant Turcicam gentem
etiam hanc Germaniae oram populaturam esse. Oremus
filium Dei dominum nostrum Iesum Christum qui stat pro
populo suo ut inquit Daniel, in his postremae aetatis calamita-
tibus ut leniat poenas. Imperator Carolus accessit ad urbem
Argentoratum, inde ut existimatur in Lotharingiam ducturus
exercitum ac spero repressurum esse Deo iuvante τῆς ξεν-
ικῆς ἀλαζονείας. Cum Augusta discessit Senatus con-
cessit ut Ecclesias ad normam nostrae Confessionis constituat,
quo exemplo bonam spem Ecclesijs ostendit. In Gallia vero
natura saevitia contra recte sentientes. Valde te oro ut saepius ad
nos scribas. Bene et feliciter vale. die 16 Octobris quo
ante annos mille octingentos septuaginta octo mortuus est
Demosthenes fractus inutilibus contentionibus. Nos gratias aga-
mus Deo quod vocavit nos ad utiliores labores. 1552.

EIDEM.

S. D. Doctiss. vir & cariss. frater. Teneamus hanc & consolationem & praeceptionem, Cum etiam inter imperiorum ruinas filius Dei Ecclesiam servaturus sit, hanc docendi militiam non deseramus. Etsi studia sunt languidiora tam turbulentis temporibus: tamen in his vicinis Academijs adhuc dei beneficio mediocria sunt. Mihi novum bellum est cum homine fanatico Stancaro qui Francofordiae ad Moenum in Ecclesias nostras tyrannice flagitiose debacchatus est, qui contendit Catum semper fuisse & esse Catum qui honesta disciplina mores rexit aut regat etiam inter Ethnicos qui nomen Christi non norunt. Abolet discrimen legis & Evangelij, & Evangelium ait tantum esse νόμον φυσικόν. Haec est παρασκευὴ πρὸς βαββαλόντα τουρκισμόν. Sed omitto has commemorationes. Scripsi adolescenti testimonium quod dicas fortassis Pindarico exemplo scriptum esse qui fere ubique plura dicit de alijs quam de eo cuius celebratur victoria. De Boiemia scribam aliquid ut petis: Sed te esse praeconem patriae rectius erit. Descripsi nostram Misniam quam inclusi triangulo cuius basis est latus montium nostrorum qui nominantur Sudetes, latus orientale Albis, occidentale flumen Pica zitla, & vertex confluens Salae & Albis. Edita est oratio,

Sed

Sed nunc exemplum nullum habeo. Bene vale cariss. frater. die S. Georgii 1553.

EIDEM.

S. D. Doctissime vir et cariss. frater. Scio te non oblivisci nostrae amicitiae etiamsi per literas colloqui toties quoties vellemus, non possumus. Verissima enim vox est ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν. Clemens Alexandrinus hunc versum ex Sophocle citat. Tuae etiam virtutis et erga me benevolentiae memoria apud me perpetua erit, et amicitia nostra dulcius fruemur in vita caelesti Ecclesia. Nunc te oro ut literas breviter et subito scriptas boni consulas. Studia nostrorum adolescentum nobis curae erunt, et iubebo ut ad te scribant ipsi, cum proxime literas mittent. In Germania rursum accensum est bellum. Sed nunc principes quidam pacificationis causa convenerunt. Nos filium Dei oremus ut Ecclesias et pia studia non sinat deleri. Pro caseis pagellas tibi mitto quae ostendunt hic adhuc Dei beneficio et Salygenia et mediocria durare studia nostra. Bene vale cariss. fr. Cal. Iul. 1553.

EIDEM.

S. D. Doctiss. vir, et cariss. frater. Etsi nesciebam quando hanc epistolam accepturus esses, scripsi tamen quia hunc hospitem Hipertum Burgundum qui mores hominum multorum videt et urbes,

tibi commendare voluj, leg. oro vt eum amanter excipias cum istuc venerit, & ei ornamenta inclytae vestrae vrbis ostendas. Vixit apud nos fere biennium, & comperimus esse virum prudentem & integrum. libentius etiam istuc iter facit vt te alloquatur. Audivit enim a me praedicarj & eruditionem & virtutem tuam. Academia nostra adhuc dei beneficio habet halcyonia quae vt sint diuturna faciat filius Dei custos Ecclesiae suae. B & f Vale. 13 Augusti 1553.

EIDEM.

S. D. Doctiss. vir & cariss. frater. Non aliam excusationis causam esse tam longi silentij mei, nisi hanc quod nemo tabellarios ad vos ituros mihi indicavit. Hodie vero Iacobus homo officiosus literas a me flagitavit, quibus cui traditurus sit nescio. Scripsi igitur subito hanc epistolam, vt silentium excusem. Nec poteram iam aut ad alios mittere literas aut tibi de tuo carmine accurate respondere in tanta angustia temporis. Sed respondebo cum indicabitur tabellarius certus. Nunc mitto recentia poemata quae ostendunt adhuc mediocria in his nostris Academijs doctrinarum studia esse. de venientes cometa magis me terri sydereum positus terrent quos reges qui bellum gerunt ad... parati. Thaddeum velim nob. aliquid significare de suis laborinys.

De.

De conventu quem Carolus indixit, & quem hoc Ianuario inchoari voluit nihil audimus. Carolus Imp. in Belgico est & hoc agit ut filio Philippo nubat Regina Anglica. Plura scribam quam primum potero. Bene & feliciter vale. 15 Ian. 1554. Salutem opto omnibus vestris.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Et ex tuis scriptis & ex aliorum amicorum sermonibus intelligo multos praestantes viros esse in familiis generosis gentis Bohemicae qui ad ceterum ornamenta doctrinam addunt. Literae viri nobilis Floriani adeo eleganter ad me scriptae sunt, ut magis eum admirari & amare coeperim. Cum autem excellat eruditione, non dubito eum suo iudicio te complecti. Sit .n. dignissimum esse viro nobili & patriae utile tueri viros honestos, eruditos & bene merentes de iuventute. Scripsi tamen ad eum de te, & peto ut te contra barbarorum sycophantias defendat. Legi tuum carmen praeclare & pie scriptum. Quid enim dulcius est quam quod dicit τὸν λόγον per quem sonat sapientia dei, vagire in cunis. Nec suspicari possum quid nostri Critici arroserint: fortassis hos versus calumniose reprehendunt: Est mortuus nervis velut Homo,

quiescens interim Diuinitas nam libera A passione perstitit. hic veritas nihil scriptoris breui verba. Et sic tota Ecclesia loquitur. Sed si particula vel ambiguitatem parit, facile mutari priora dicenda possunt: Et carne vere est mortuus Christus homo- qui-escens interim. Sic Petrus loquitur, θανατωθεὶς σαρκί. Sed signi fica nominatim quid reprehendant. Carmen tuum remitto, si quid forsassis mutari velis. Si a nobis edi vales, remittito. Papellas de bono principe Ascanio vobis mitto, cuius Excel. lentiae virtutes alienum potuissem melius pingere. Existimo autem prodesse tales historias iunioribus. Si vnquam etiam de Bohemia vestra aliquid scribam, edi tu quidem nullo me huius patriam orosum putes. Et si quid sine mihi ingenij, id exhaustum est assiduis aerumnis & doloribus, cum vndique me inuadant sycophantae ὥσπερ θηρία sicut de sese inquit De-mosthenes. Sed commendo Ecclesiam & me Deo. Bene & felici ter vale. Cal. Martij. 1554.

EIDEM.

S D. Doctiss. vir & cariss. frater. Non negotia impediunt, etsi non multum mihi est otij: quo minus saepe scribam, sed

non semper

non saepe certos ad te tabellarios habeo. Nec scio quando hanc epistolam accepturus sis quam scripsi cum iam paculo littore Saxonico dux Brunswicensis Henricus rursus mitteret Exercitum ad Menum. Dei beneficio adhuc tolerabilia sunt in his nostris Academijs, & docentium consensus. In Pannonia aditu Matthias Lauterwald vetus amicus noster contentiosis disputationum, sine nova causa turbat Ecclesias, cum quidem saepe eum amanter obtestatus sim ut naturam rixatricem moderetur. Sed talia sunt delyria postremae aetatis mundi, quae ut filius Dei sanet toto eum pectore oro. Mitto tibi pagellas quarum lectionem spero tibi non insuavem fore. Exemplum dabis aut mittes Floriano viro praestanti generis nobilitate & virtute. Mitterem & alia si scirem hunc fasciculum certo ad te perventurum esse. Bene vale carissime frater die Solstitij aestivi 1554. Valde te hortor, ut si quando erit occasio, alloquaris Casparum a Niedbruck in aula regia. Vir doctus & sanctissimus est.

EIDEM

S. D. Clariss. vir & carissime frater. Non tantum causis physicis ut nominantur, vivimus: Sed vitae fons Deus est, ut scriptum est: Ipse est vita & longitudo dierum. Hic servavit in medijs flammis

Israelitas. Sic omnibus temporibus familias aliquas mirabiliter te-
git & servat etiam praeter physicas causas. Huic vero Deo, vitae
fonti gratias ago quod tibi & tuis vitae spatia longiora tribuit, &
nunc oro ut & coniugem sanct. & te & totam Ecclesiam tuam do-
mesticam protegat, & te diu in hac docendi militia retineat. Tuas
epistolas aliquot & accepi & legi, nec existimes me somnium phy-
sicorum, ut nihil aliud dicam, adeo superstitiose contagia metuere
ut terrere ea etiam in chartis putem. Si istic essem, etiam fami-
liaria officia praestitissem. Studia academica aliquo modo ex
pagellis cognoscere poteris quas mitto. Valde autem te oro ut de
tua & tuorum valetudine saepe nobis scribas. Ac filium Dei
dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis & resus-
citatum oro ut te & tuos servet incolumes & aeternam Eccle-
siam inter nos colligat, & ostendat se in Eccl[esi]a sua habitare,
nos gubernet & doceat, & faciat ut sint aliqui honesti coetus
doctrinam veram sonantes. Nunc inspectio Eccl[esi]arum in his regio-
nibus instituetur, quam filius Dei adiuvet. Bene & feli-
citer vale. die 17 Ianuarij 1555.

EIDEM

SD. Clariss. vir & cariss. fr. Saepe hos versiculos recito:

Nil

Nil sum, nulla miser novi solatia, massam Humanam nisi quod tu quoque Christe gerens. Tu me sustenta fragilem, tu Christe guberna Fac ut sim massae surculus ipse tuae. Hoc mirum foedus semper mens cogitet, unde Hoc est ne dubita foedere parta salus. Spero igitur filium Dei nos insertos ipsi velut surculos servaturum esse, etiamsi ruunt imperia horribiliter. In conventu Augustano audio & adversus nostras ecclesias minacia edicta proponi. & seri occasiones novorum motuum. Sed oro filium Dei ut nos gubernet & protegat. Bene & f. V. cariss. frater. 5 Martij. 1555.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir, & cariss. frater. Deo aeterno patri Domini nostri Jesu Christi creatori generis humani qui voce colligit aeternam Ecclesiam voce Evangelij gratias ago tecum & cum tua domestica ecclesia, quod te servavit incolumem hoc periculoso tempore, cum lues passim grassaretur, & eum oro ut deinceps servet te & tuam domesticam ecclesiam. Multa sunt illustria testimonia quae ostendunt nos neque casu servari neque humana ope. Quare, ut in psalmo scriptum, rejiciamus curas nostras in Deum & ipse nos proteget. Delectatus sum congressu tecum tecumque dominum hic gentis, ac optarim me plus temporis iis tribuere potuisse,

Sed viderunt ipsi nostras occupationes. Bene & feliciter vale carissime frater. die XXI° Martij 1555

EIDEM

S.D. Clariss. vir, & cariss. fr. Scis filium dei promittere se adfuturum esse suis in confessione & gubernaturum consilia & orationem. Hunc oratorem precor ut te protegat & in dicenda re sit patronus. Quantum autem humano iudicio cogitari potest, simplicissimum, rectissimum & tutissimum esse existimo narrare quid in tuo Catu, qui a Deo tibi commendatus fuit, docueris. Si illa κατηχησις reprehendetur, habebis animum tranquilliorem in causa optima: Si te expellent, etiam deus ostendet nidum alibi tolerabilem. Si venam, ad me accedito, usurus hospitio domus meae, donec deus ~~alibi~~ alendi tradet aliud commodius. Hunc Georgium Melor Stirium tibi non ignotum commendo. Bene & feliciter vale. die tertio Martij 1555

EIDEM.

S.D. Clariss. vir & cariss. fr. Tuas harmonias dedi typographo, ut ex literis eius intelliges quib. mandata ea de re dedisti. Hanc autem epistolam dedi huic Illyrico Sebastiano Trugnito, quem mihi Argentoratenses commendarunt. Dedi ei cibi

Sor

hoc mense, & dediscere diutius si in literis procedere posset. Judico
non esse malum hominem, sed est ὀψιμαθής, nec initio didicit
grammaticen. dedi ei consilium ut redeat in ea loca ubi lingua
eius intelligitur, & serviat alicui ecclesiae in docendo Evangelio.
Ait se esse posthuminum & patriam nunc teneri à Turcis. quaeso
ut istic hospitalia officia ei tribui cures ut proficisci Viennam possit.
Inde iturus est ad Thomam Nadaski palatinum regni Hungariae
qui gubernavit huius Tranquillj patriam. Ideo ei ad Palatinum
illum literas dedj. Poterit, ut spero, in Ecclesia aliqua Diaconi
munere fungi in ea lingua quae ei familiaris est. Et initia
doctrinae Evangelij Argentorati ubi biennio commoratus est,
didicit. Bene & feliciter vale. die Jacobi 1555.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater: εἰς ὄμματ᾽ εὔνου φωτὸς
ἐσβλέπειν γλυκύ, inquit Euripides. Conspectu igitur &
eruditis sermonibus Thaddaej valde delectati sumus ego & gener
meus Peucerus. Etsi coram frui tuo conspectu non potuimus:
tamen & mente te intuebamur & de te multa sciscitabamur.
Mitto tibi pagellas quae studia Academiae utcunque ostendunt:
significant etiam nostras solicitudines de veniente anno qui

ut filius & famulus sit Ecclesiae Dei & pijs familijs ubique & tibi
& tuae domesticae ecclesiae faciat filius Dei qui ideo massam
humani generis assumsit ut nos fragiles interdum suae massae
tanquam surculos seruet & gubernet. Humana praesidia nulla us-
quam habemus. Seruari igitur nos a filio Dei petamus, & spe-
remus eum exauditurum esse gemitus nostros qui affirmat se
sic gestare Ecclesiam suam ut pastor in gremio tenellos agnos
gestat recens editos. Bene & feliciter uale cariss. frater. Pro
xenijs tuis & debeo & habeo gratiam, sed multo maiorem gra-
titudinem pro perpetua tua erga me beneuolentia tibi debeo.
Fruemur autem nostra amicitia aliquanto post dulcius in con-
suetudine caelestis Ecclesiae inter nostros doctores filium Dei, prophe-
tas, apostolos & collegas eorum, quorum profecto collega expeto
esse. Ex hac rabie ingeniorum huius seculi liberari opto. Ite-
rum uale. die 13 Ianuarij 1556. Salutem opto d. Adamo &
alijs amicis, ac praecipue d. Grispeck.

EIDEM.

S. D. Cariss. frater. Salomon inquit, Calumnia turbat sapien-
tem & frangit robur cordis eius: sed quidam calumniae adeo
impudenter mentiuntur, ut uanitas facile deprehendi possit.

Ideo sis forti animo. Habes illustria testimonia huius phrasis apud Paulum Rom. 8, & in epistola ad Ebreos, imo & in prophetis. Invocamus dupliciter filium, & ut Deum creatorem & sanctificatorem cum patre & spiritu sancto, deinde rursus ut mediatorem: ac utraque forma quotidie utor. Et quia titulus christi celebratior est in propheticis & apostolicis scriptis quam titulus sacerdotis? ac totius personae nomina quae caput ecclesiae, rex, sacerdos. Definitionem sacerdotis quam habent, qui nolunt dici: Domine Iesu Christe intercede pro nobis? Hoc qui reprehendunt furiosi & blasphemi sunt. Quare contemnito talium iudicia, & ἀποτόμως refutato, cum res illustranda erit oratione. Causam habes gloriosam & piam. Oro autem ipsum filium Dei sacerdotem nostrum & Ecclesiae caput ut te confirmet & gubernet, & reprimat sycophantas. Bene vale & rescribe quamprimum poteris. Scribam de eadem re plura si requiras. die 16 Martij. 1556

EIDEM.

S. D. Clarissime vir & cariss. frater. Hominem me esse & quidem longinquis variis aerumnis non ignoras. dabis igitur veniam quaedam obliviscenti. Et accidit illud pindaricum de concursu negotiorum: ὅπου πολλὰ ῥέπει, δυσπαλὲς τὰν ὀρθᾷ φρενὶ διακρίνειν. In Belgicum cum gallica lingua

in-

influunt gentis initia, luxus & Epicureae opiniones. Ideo studijs & moribus & valetudini Crispeckiorum melius consuletur Argentorati. Et cum ibi multi sint Galli exules pij graues & docti viri, apud hos linguam disci posse arbitror. De mediatore filio Dei, ipso iuuante, scribam aliquid hac aestate, ac miror impudentiam istorum qui nunc negant Christum ut mediatorem inuocandum esse, cum in precationibus usitatis plerumque sit addita clausula, per Christum dominum nostrum. Sed ad stabiliendam inuocationem mortuorum praestigiae & sophismata quaeruntur. Meministi Danielem expresse sic dicere: Exaudi nos Deus PROPTER DOMINUM. hic tunc quoque τὸν λόγον agnoscit mediatorem esse. Et sic loquens certe inuocat. Sic iubet ipse. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, id est patrem inuocantes mentione mediatoris. Et Coloss. 3 dicitur εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ καὶ πατρὶ διὰ αὐτοῦ. Complector in eo scripto praecipuam doctrinam de inuocatione quam saepe repeti utile est. Bene uale & rescribe. prid. Cal. May. 1551. Thaddaeum oro ut de Cometa nobis aliquid scribat. Primum hic conspectus est die quinto Martij cum esset prope προτρυγητῆρα. Vidimus postremo die Aprilis.

EIDEM.

S D. Cariss. frater: ἡδύ γε φίλου λόγος ἐν τοῖς λυπουμένοις.

Crebre & assiduitate tua in scribendo delector, & optarim nos saepius etiã coram colloqui posse. Nam de multis magnis rebus me & docent & commonefaciunt literae tuae. Scriberem autem prolixius, si plus haberem temporis: quanta enim sit occupationum nostrarum confusio multi norunt. Interea otiosi Sycophantae, quasi nulli sint hostes alij extra ecclesias nostras, sine fine in nos debacchantur, qui si adiuvarent explicationem rerum magnarum, plus prodessent Ecclesiae. Nunc renovant deliramenta de Stoica necessitate, & alia quaedam ἄτοπα, quae multi docti & boni viri dolent spargi. De Mediatore scripsimus, puto, iuvante ipso filio Dei, edidimus cum refutatione Gmici hypocritae. Nunc tibi mitto enarrationem epistolae Paulinae scriptae ad Romanos, quam velim te legere tuumque censorem & mihi significare iudicium tuum. Mitto & alias pagellas. Simonem Proxenum tibi commendo, legato qui προξενήτωρ est ad Celtas amicos. D. Thadeo & vob. omnibus salutem opto. Bene vale. die Junij 17. 1556.

EIDEM.

S D. Clariss. vir & cariss. frater. Meministi Catulli dictum: Secli incommoda pessimi poetae. Id multo verius de impijs Scriptoribus.

torib. falsorum dogmatum dicentur: Secli incommoda pessimi magistri. Profecto aduersus tot agmina malorum scriptorum nobis coniunctione opus esset. Nunc simul etiam refutationem Seruetícarum blasphemiarum quas renouat Ripbens quidam, & blasphemiarum Cynicarum. In his grauissimis Controuersijs quarum explicatio necessaria est, valde prodesset multorum conferre consilia & pias cogitationes. Sed flaciani ita distraxerunt voluntates suis calumnijs, ut omnia sint plena diffidentiae, nec conuocari docti in colloquia possint. In libro Curij quem misisti multa sunt adeo ἄτοπα & lebra ut nec Papistae sint ea probaturi. Oro filium Dei ut nos gubernet. Bene uale. die Augustini qui mortuus est anno 76 aetatis suae, anno a natali christi 430, cum decennio ante mortuus esset Hieronimus anno a natali christi 420 ultimo die Martij, anno natiuitatis suae nonagesimo primo, in Bethleem quo secesserat senex ut longius abesset a tumultu Romano & ab obtrectatoribus. Ac saepe opto me quoque in Palestinam posse fugere ubi me in lectionem & precationem abderem procul remotus à sycophantarum telis. Sed breui me filius Dej in Ecclesiam Caelestem abducet. Iterum uale. Simoni Grynaeo & nob. omnib. s. opto. 1556.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir et carissime frater. Pene exaudivi a vobis Pannonicum eiulatum arbitror, ex qua etsi tristes querelas de bellis accipio, tamen tristiores querelae scribuntur de ecclesiarum dissidijs quae varia et multa sunt. Propter haec nos oportebat coniunctiores esse et communia decreta opponere erroribus. Sed coniunctionem et colloquia impediunt isti δημοκόλακοι qui vulgi plausus captant criminatione nostri. Scripsi supplicem epistolam ad Flacium: Is postea misit atrocem criminationem. Itaque non sine dolore legi tuam epistolam in qua iubes nos vela demittere, quasi existimes a me concordiam impediri. An non videor vela demisisse cum colaphos accipiam, nec manifestas iniurias depellam? Scio illum ubique faces spargere ad inflammanda adversus me odia. Magno dolore adficior, si tuo iudicio etiam talis videor, qualem ille me facit. Labores nostri considerentur, quos iam annos triginta sustinemus. Sed commendo me Deo, ac te oro ne alienari a me animum tuum sinas, sed cogites vetus dictum: οὐδὲν κακοηθέστερον διαβολῆς ἐστιν. Multa falsa crimina in nos conferuntur, quae cum refutare cogar maius certamen erit. Sed haec alias. Simonij tui publicum testimonium legimus. Spero illi nostram institutionem ei profuisse. De Grisbekij filijs respondi Domino Carolowitzio. Ei nunc idem

idem respondeo. Si Grammatici rudes sunt, prostitutura est ois scho-
la fabricij in urbe Arysna, Et ibi apud cinem habitare & mensa
habere solerunt. Sed si maluit eos in nostra Academia esse, nos-
tra ois officia non deerunt. Bene & feliciter vale carissime
frater & RESCRIBE. die 14 octobris. 1556.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. In oratione Nazianzeni
de filio Dei verba haec sunt: πρεσβεύει ἔτι καὶ νῦν ὑπὲρ
τῆς ἐμῆς σωτηρίας, quae verba insunt enarrationi Pau-
linae sententiae ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. Non frangamur ani-
mis propter sycophantarum clamores. Nihil enim dubium est
pios & eruditos omnes in Eccla hoc sensisse quod tu & sentis &
defendis. Quid planius quam illa Nazianzeni enarratio?
De butyro vobis gratias ago. Si dominus Florianus mise-
rit ad nos filios suos non deerunt illi officia nostra. Existi-
mo me tibi notum esse, & certe quotidie filium Dei do-
minum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis &
resuscitatum sedentem ad dexteram aeterni patris oro ut col-
ligat & servet Ecclesiam inter nos. Et in tantis fluctib. spero
enim sua agmina servaturum esse. Scribam plura cum

demum

domum rediero ex urbe Lipsia. Bene & f. vale. 5 Ianuarij 1557.

EIDEM

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Etsi de multis reb. ad te scribere cupiebam, tamen fui brevior, propterea quia & de fide nuncij dubitabam, & alijs multis scriptionibus oneratus eram. Habebam etiam in manibus refutationem Stenkofeldianorum de sacramentorum quam oportet me Augustanae Ecclesiae mittere. Senatui Leglaviensi nihil respondi, tantum dedi nuncio pagellam in qua ostendi me dolere quod tam iniusta decreta de Concionatore pio & de scholasticis fecerunt. Nos hic hospitalitatis officijs adolescentes adiuvimus. Coronationem Max. aemiliani optamus omnes faustam & felicem esse patriae, Ecclesiae, nobis et universae Germaniae. Scis quam necessarium sit omnes nos precari Deum ut det salutares principes qui & Turcicam barbariem depellant a patria & Idolorum defensores sophistas & sycophantas reprimant. Utinam sit Iosiae similis hic princeps, ac non sit patriae & Ecclesiae ἀμφόδιον καὶ ἔρεισμα [illegible]. Bene & feliciter vale carissime frater. die febr. 8. 1557.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Scribit Demetrius

pha

phalereusis Aristotelem dicere solitum si quid prolixiorem expositionem poscebat: ταῦτα μὲν οὐκ ἔστιν ἐπιστολικά. possem item dicere περὶ διαλλαγῶν quam instituerunt quidam ut fieret supplex flacio. Ne id quidem necessarium, si veritatem amant. Sed nec aperit se quid sentiat de maximis rebus, & recte tradita labefactat praestigijs sophismatum. Ideo societas eius non est appetenda. Eduntur iam legatorum acta in urbe Parthenope ubi addentur βλακικά emblemata, quae leges. qua inde tales delitias appeti. Sed omitto haec, teque oro ut nostrae amicitiae memoriam non sinas in animo tuo extingui. Scis graecum versum celebratum a vetustate. ἅπαξ τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν. Scriberem & clarissimo viro d. Matthaeolo & Proximo si concessisset plus temporis nuncius. Sed te oro ut nomine meo eis salutem dicas meis verbis. Bene vale. die natali Platonis. 1557.

EIDEM.

S. D. clariss. vir & cariss. frater. Scis illud Achillis, qui interrogatus quos sustinuisse labores omnium maximos, respondet, Amicorum causa susceptos. Rursus interrogatus quos sustinuisse dulcissimos, Respondet eosdem. Opinor

te quoque

te quoque virum optimum nec gravatim suscipere labores amicitiae ra-
tionis igitur nostros commendo. Hic Telemannus Arminius natus
est in inclyta urbe Colonia Agrippina in familia honesta. nec
habet aliam huius itineris causam nisi ut laudatam nationem
vestram videat. Ut igitur ei hospes esse possis habere eum bonam
tam itineris causam, bene ei epistolam tradidi, teque oro ut eum
amanter excipias. Vir doctus & modestus est. nec vobis
oneri erit, sed amicis eum commendabis ut monstrent prae-
cipua ornamenta urbis. Mitto pagellas nostro more. Bene
vale & rescribe. die 7 Iulij: quo pugna facta est ad
Chaeroneam ante annos 1894. 1557.

EIDEM

S. D. clariss. vir & amice cariss. Cum Academiae nostrae
studia ex scriptis quae subinde eduntur agnoscas, nulla etiam
de Germania & de Ecclesijs ratiocinari potes. Dei beneficio
& vox doctrinae eadem est quam audivisti & modestia
sunt studia bonorum adolescentum qui sunt in Academia.
ac unum hoc Deo iuvante agimus, ut simus unum in Deo.
Mitto tibi pagellas & oro ut scribas ad nos Eppriminum potens.
Nondum habeo mandata de itinere ad Conventum qui
futurus

futurus putatur in urbe Wangionum. Ego quoties potero scri-
bam ad te, & res nostras nunc significabo. Bene uale. die
19 Julij qui & natalis filiae meae uxoris Casparis Peuceri, ma-
tris trium filiarum & unius filij. 1557. Clarissimo
uiro D Medico Matthiolo salutem opto.

EIDEM.

S D. Clariss. uir & cariss. frater. Versus sunt Orphei
μᾶλλον ἐμὰ πινυτοῖο παραίφασιν ἀνέρος εὑρὼν
τέρψομαι ἤπερ χρυσὸν ἀπάντων κοιρανὸν ἀνδρῶν.
Vt autem gratum est amanter admoneri ab amicis: ita
cum iniuste accusor, magno dolore adficior. Pagellae illae de
quibus scribis, me ignorante editae sunt. Et iudico esse ἄκαιρον
εὔνοιαν eam editionem. Gentis Henetae laudatorem me
semper fuisse scis ipse. Et magis cernes in tabula Χρονογραφιῶν
quae iam editur in qua uir doctus Polonus eleganter describit
Poloniam. Altera pars literarum tuarum in qua te significas
ἀποψηφίζειν τὰ φλεγμονὰ ἐγκλήματα τὰ κατ' ἐμοῦ longe
maiorem dolorem mihi attulit. Uag. te oro ut meae ajicitae
tam diuturnae memoriam non sinas in animo extingui. τὴν ἐπι-
στολὴν accepi & uicissim pagellas mitto. B V. 18 Martij 1558.

EIDEM.

S. D. Familia vetus & honesta est Winsia in urbe Francofordia ad Viadrum. In ea familia natus est vir excellens eruditione & virtute doctor juris Melchior Winsius. Is mittit filios ad urbem Pragam, & ut linguam bohemicam ibi discant, & ut exempla gubernationis in civitate frequentissima civium in disciplina severitas celebrata est, considerent. Habebunt adolescentes domesticum praeceptorem: sed huic in tanta urbe opus erit honesti hominis familiaritate qui sit tanquam πρόξενος. Propterea me pater rogavit ut ad amicos de ipsis scriberem. Scio te virum eruditum & omnia iustitiae officia intelligentem & praestantem non deesse honestorum hominum filiis. Et scis Tritonem Argonautis pollicitum consilium, & dicere

ἢ δέ τι τῶν δ' ἑτέρων μαίεσθ' ἄλλων οἷά τε πολλὰ ἄνθρωποι χατέουσιν ἐπ' ἀλλοδαπῇ περόωντες. Sic & te oro ut hos hospites consiliis tuis regas & honestis civibus commendes. Mitto tibi narrationem de sene patre nro, et literas tuas avide expecto. Bene vale. Anno 1558 die decimo Septembris, quo die ante annos centum & duos Iohannes Huniades periit ut Epaminondas accepto vulnere in

in praelio quo Turcicum exercitum profligaverat, aliquanto post mortuus est. Sed longe pulcrius & felicius hic paeonius qui barbaricam saevitiam à pannonia, Germania & Bohemia depulit, quam ille Thebanus cuius pertinaciam etiam Xenophon reprehendit. Iterum vale.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. In mercatu lipsico haec scribo, in concursu & multorum & molestissimorum negotiorum. Ideo te oro ut brevitatem literarum mearum boni consulas. Mitigationem sententiae nostrae quam petivisti misimus ut patri dolorem leniremus. Sed profecto asperitas tribuni nobis non placet. Oro ut legem Solonis agites: ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι.

Petrus Camericanus locum in Schola Aris[?] mica petivit. Ibi certus numerus est, nec addi nunc plures in ea schola possunt. Aderat n. Georgius Fabricius gubernator scholae qui difficultatem nobis exposuit. Petivi igitur de Grimmensi schola. Ibi locum fore huic Petro spero. Sed antea respondebat, & mihi significatum, audita Oeconomi sententia, quid fieri possit. Mea officina non deesse nostris patior, sed oro ut non sinas effluere ex tuo animo memoriam amicitiae nostrae, non solum vetustate sed etiam domesticis officiis confirmatae. B. V. 21 April. 1559.

EIDEM.

S. D. Clarissime vir & carissime frater. Scio te saepe cogitare dulcissimum viri heroici sermonem apud Euripidem. πολλάκις ποτ' ἐστὶ τοῦτ' ἐμοὶ δεδογμένον ὁ μὲν δίκαιος, τοῖς πέλας πέφυκ' ἀνήρ. Nosti & illud. χαίρει ἀγαθῷ ὁ χρηστὸς ἀνήρ. Te igitur cum & iustum virum & beneficum esse sciam, oro, ut hunc Johannem Cruigerum natum ad Hercyniam in oppido Suevorum Riedlingen complectaris, qui natus e patre Boiemo & adhuc amitam Pragae habet. Ingenium & doctrina excellentem est & virtutum amans, ut ipse statim iudicare poteris. Si qua occasio e commendandi eum honestae familiae in qua doceat, quaeso ne desis ei. Foveamus bona ingenia quantum possumus. Expoliet hic Johannes cognitionem linguae Boemicae, quam & ego valde expeto cum harum regionum oppida & pagi plurimi appellationes habeant bohemicas, & si iunior essem sperarem eam mihi usui fore in longinquis peregrinationibus. Romanus Pontifex atrociter minatur τῷ αὐτοκράτορι, sed Deum precamur ut & pacem Europae tribuat, & nos omnes gubernet. B. V. 5 May 1559

EIDEM

S D. Clariss. vir, & carissime frater. Etsi benevolentiam tuam de-
lector: tamen onerare te sumptu in mittendis xenijs praeter lite-
raria non velim. A caseis arcet me etiam διαίτα cum
naturam non abhorream & vescar interdum, sed [illegible] tantum
id est, ex lacte caprino factis. Mitto autem carissimo nostro
mox pagellas in quibus est oratio περὶ χαρίτων continens
testimonium tibi viro amanti iustitiam & beneficentiam spero
iucundam fore. Opporo non solum has χάριτας servis ini-
micorum nostrorum, sed multo magis χάριν θεοῦ δοθεῖσαν
διὰ ὑιὸν & precor filium Dei ut nos gubernet & protegat.
Responsiones de Bavarica inquisitione legere te tuumque iudi-
cium volo. quia & rectitudine iudicij & candore te excellere
scio, ac oro ut tuas mihi sententias de his nostris expli-
cationibus significes. Studia [illegible] ex talibus scriptis
iudicari possunt. Bene vale. die Lucae. 1559.

EIDEM

S D. Clariss. vir & cariss. frater. Cum sciamus Ecclesiam
Dei in hac tristi confusione generis humani subiectam esse
cruci, oportet nos animos ad ferendam iustam [illegible] servitutem +
& filium Dei precemur ut nos gubernet & confirmet. Hanc
oro te.

oro etiam ut & robur animi Iacobo augeat & omni virtutis libera-
litatis, ut non multa disputem, rabies est casti coniugij causa
in homines tempore crudelitatem exercere. Sed confugiamus ad fi-
lium Dei. Epistola Iacobi ostendit eum Dei beneficio, recto animo esse,
quod ostendit in pectore eius Dei praesentiam. Pro perpetua tua
erga me benevolentia & pro donis debeo tibi & habeo gratiam.
Nunc Lipsiae peregrinos alias non habebam praeter hoc carmen
quod mitto. Bene vale & rescribe de Iacobo & alijs quae pu-
tabis me ἀξιῶσαι. die 7 Ianuarij 1560. Lipsiae

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Utinam tantum in nostris
crescerent pietas, quantum in adversarijs crescit rabies & saevitia.
Sed est tamen & erit vera Ecclesia in qua aliqui Deum recte
invocant, & dona Dei studeant ἀναζωπυρεῖν. Gallica & Hispa-
nica saevitia similis est Arianae quae in Aphrica exercebatur.
Nudatae tempore matronae & virgines suspenduntur & ustulatae
deijciuntur in rogos. Nos filium Dei precemur ut nos & coe-
tus nostros ubique confirmet. Pro tuis pagellis mitto ἀντίδωρον Ora-
toris Pontani historiam cuius lectionem spero tibi non insua-
vem fore. Literas de Iacobo ad Regiomontanos libenter scribam.

Utinam ipse impetrare possit ut ex carcere dimittatur, & huc veniat ut sit nuncius liberationis. Nam hic cum eum audiero, scribere pleniorem narrationem potero. Bene vale charissime frater. die 28 februarij 1560.

Clarissimo Viro, eruditione & Virtute praestanti D. Jacobo Bordingo doctori artis Medicinae in inclyta Academia Rostochiana fratri suo carissimo.

Epistolae Phil. Mel. ad Jac. Bordingum non sunt editae

S. D. clariss. vir & cariss. frater. Camerarius invitatus tuis literis sapienter & amanter scriptis promisit se responsurum esse, et haud dubie literas Milio dabit, quem audio Lipsiam venturum esse. Ego libellum mei generi tibi mitto & alias pagellas. Certamus his officijs donec deus in his regionib. hierarchiam condidit. Legati Regis Ferdinandi Byzantij sunt ubi petunt inducias sexennij, & Turcicus tyrannus domi retinetur, quia filium maximum natu Mustapham interfecit falso accusatum a sororis Marito Bassa homine Ruteno. Nunc accusator ad poenam deposcitur. Cum autem non sit bellum in Pannonia Ferdinandus edicta io misit ne pellantur pij pastores ex ecclesijs. Illa non desinunt pontificij irritare Deum & boni.

precemur autem filium Dei ut nos gubernet & leniat nobis poenas. Bene vale & rescribe. die 3 Martij. Salutem opto viro clarissimo d. Arnoldo & vobis omnibus.

EIDEM.

S. D. Doctissime vir, & carissime frater. Vetus mihi cum Arnoldo Burenio viro praestanti eruditione sapientia & virtute pactum est ut boni consulat siquando non respondeo ipsius literis, impeditus aerumnis nostris. Nam & Hesiodus de mutui persolutione cum accessione inquit αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον αἴκε δύνηαι. Et vetus formula tribunis consultorum: de quibus potero. Quare & te oro ut veniam mihi des qui non respondeo ad omnes epistolas, cum quidem & coram & per literas saepissime tecum colloqui cuperem non de bellis aut fabulis populi sed de multis doctrinarum materijs de quibus profecto tuum iudicium quod plurimi facio, audire cupio. Nunc mitto tibi duo exempla concionum Mathesij, alterum dabis illustrissimo principi, alterum volo tuum esse & a te legi. Quaedam historica ibi sunt non insuavia. Si nos David vocabit ad sacrum nuptiale, curabis ut Sabinus hambrugensem [illegible]. Bene & feliciter vale. die natali

Mariae

Mariae uirginis matris, quam scribit Nicephorus uixisse annos nouem & quinquaginta. Salutem opto D Burnio, Lindenmanno, Andreae & uobis omnibus.

EIDEM.

S D. Clariss. & doctiss. uir & mihi cariss. Dulcius mihi nihil fuisset tuo conspectu & tuo colloquio, si istuc uenire licuisset. Scis enim me delectari illo ueteri uersu ἐπὶ ὄμματ' ἔχοντα φίλον προσβλέπειν φίλων. Sed in hac publica sollicitudine diu hinc abesse non uelim cum in uicinia sit exercitus ducis Henrici, & multi multa moliantur. Vagantur per genus humanum calamitates non tantum propter eas causas de quibus in philosophia disserimus: sed uerius propter multos hominum furores. Oro autem filium Dei & ut mentes multorum sanet & leniat Ecclesiae & pijs familijs gubernet & tueatur publicas & priuatas pacis. Mitto Carmina quae in bonam consulas oro. B V. D Arnoldo salutem opto

EIDEM.

S D. Clariss. uir & cariss. frater. Non potui pluribus scribere cum & defatigatus essem matutina lucubratione & jam ad alia negotia uocarer. Dauidi mansfeldis hos uersus.

uersus scriptos de lue nunc grassante in oppido Heidelberga. Te uero ualde oro ut aliquid ad Ioachimum Camerarium scribas, qui te de mea praedicatione amat. In his tantis aerumnis publicis leniamus nobis maestitiam mutua beneuolentia, Et mihi quidem pulcrum uidetur nos qui & eadem uoce Deum inuocamus & eadem studia amamus, etiam animis inter nos coniunctissimis esse. Hodie hic expectamus Marchionem Electorem, qui ducit filium Sigismundum ad Salinas, ut collocet eum in Episcopi διοίκησιν. τοῦτο ἱερατικὸν ἀξίωμα σώζειν μὲν σπουδάζει, ἀλλὰ δοκεῖ κωλύειν ἡ εἱμαρμένη. Sed Christo & nos in eo filio eius commendamus. Bene uale. die 18 Ian. 1554. Salutem uobis omnibus opto.

EIDEM.

S. D. Clariss. uir & amice cariss. Vere hic affirmo ἄνευ δόλου καὶ ἀπάτης, ut olim in foederibus scribebatur, me flagrantem tui desiderio maxime cupiuisse iam ad uos accedere. Sed retinuerunt me insanae caussae. Institui responsionem ad Stenckefeldij deliramenta rogatus literis Senatus Augustani. In eo opere dum non tam labore scribendi quam dolore exerceor, nec alius accedit nouus dolor. Allatus est liber sine autoris noie

nunc renouans Samosateni furores, Existimo Campanum architectum
esse. Postellum etiam audio rediisse in loca vicina Geneuae. Vti-
nam Academiae vicinae tueantur piam consensum contra malos ho-
mines qui velut Orci galea tecti ex latebris emittunt scripta
quib. Ecclesiam & inuocationem piorum turbant. Nec mirum est
sapientum principum iracundiam irritari contra petulantiam quam
vident astute impunitatem quaerere. De his tantis reb. omnino
vobiscum colloqui cupio. Mitto poemata nostra quae misi antea, de
quib. mihi aliquid rescribi volo. Bene vale. pridie Encaeniorum
quae Ierosolymae instituta sunt repurgato templo ante annos 1716.
Vtinam filius Dei qui tunc texit suos milites, ut expresse inquit
Daniel, nunc quoque nos gubernet & adiuuet in doctrina repurga-
tione & propagatione. Iterum vale. Salutem opto D. Arnoldo & Stylio

EIDEM

S. D. Et debeo & habeo tibi gratiam quod in itinere tuo nuper
me allocutus es. Etsi enim breue colloquium fuit, tamen
de quibusdam magnis rebus iudicium tuum libenter audiui,
ac ita accensus sum desiderio tuae consuetudinis ut cum pri-
mum potero, ad vos accedere & aliquamtisper commorari ibi
decreuerim, tecum ut diutius colloqui liceat. Nihil amabilius
est

et rectitudine iudicij coniuncta cum candore. his virtutib. cum te ex-
cellere videam, frui eruditissimis sermonibus tuis valde cupio. Nunc
retineor adhuc domesticis aerumnis. Nam mea coniunx adhuc quo-
tidie cum morte luctatur, qua in re hoc mihi nonnihil dolorem
levat, quod mens ipsius et integra et tranquilla est. Valde autem
oro te, ut interea saepe ad me scribas. Ego quoties potero et literas
et paginas hic editas mittam. De bello nostro quid scribam. Scis
quiddam sphingi simile esse, mixtam crudelitati sophisticam.
Talia nunc multa fiunt, aliud agitur, aliud ostenditur. Cui
quibus coniuncti sint, vix illi norunt qui consilijs intersunt.
Ego me procul abesse a talib. deliberationibus gaudeo: Interea
Ecclesiam et nos filio Dei commendo. Oppidum non procul a No-
riberga situm forchaim nunc obsidet Marchio Albertus. pro-
piora oppida Noribergae quae vexit senatus Noribergensis, dele-
vit incendio. Aiunt ducem Henricum Brunswicensem ducere
exercitum adversus Marchionem Albertum. Plura nunc scribere
non potui, nec historias certas habebam. Haec scripsi mane
stans ad lectum miserae coniugis meae luctantis cum morte.
Oro filium Dei ne calamitates publicas et privatas leniat,
et servet te et tuos omnes incolumes. Bene vale. prid.
Cal.

Cal. Iunij. Salutem opto D. Nyko. Andream Weslingam tibi commendo.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Apud Pindarum est Senis marini Nerei praeceptum: Virtutem etiam in inimicis laudandam esse. quod recte dictum esse ei iudico: Cum virtus Dei opus sit ubicunq. est, quisquis eam non probat Deo adversatur. Cum igitur sciam te non solum eximijs naturae bonis a Deo ornatum esse, sed lucere in te illas etiam virtutes quas filius Dei voce Evangelij & spiritu sancto accendit, facerem iniuste si illa pulcerrima Dei opera non venerarer. Non igitur iudicium de te meum mutarem, etiamsi voluntatem tuam a me alienatam esse existimarem. Sed nec inimicum te esse iudico, nec meam erga te benevolentiam extingui sinam. Nec de decreti vestri asperitate tecum disputabo. Non solum legi vetera exempla similium dissensionum, sed novi ipse praestantissimos viros qui iniquis iudicijs oppressi sunt. Quare cum similia mihi accidere possint, animum praeparo ad ea ferenda quae patienda erunt, & Deum oro ut me gubernet. Sed tamen miror mihi non ut civi sed ut hosti conditiones latas esse praesertim cum adhiberi ἐπιείκειαν petijssem. Tuli hactenus iniurias non

leves

bene, de quibus eo non respondi, ne maiora dissidia orirentur. Sed si no-
bis inimicorum tandem me respondere coget, dicam Deo iuvante &
grata pijs & insana istis qui non quaerunt veritatem, sed arte
se ad potentum adfectus inflectunt. Te autem oro ut pro tua ex-
cellenti sapientia in hac causa de qua multa coram dicere
possem, potius naturae tuae moderationem quam aliena iudicia se-
quaris, ne benevolentiam erga me tuam abjicias. Commendo
tibi adolescentem Bokkelium dignum bonorum favore & auxilijs,
ac mea ei officia non defutura sunt ubi primum Deus "occasionem" ostenderit
qua tradi ei vel schola vel munus docendi in Ecclesia poterit. A-
misimus hic virum doctum & tui amantem Aurelianensem, de
quo pagellam tibi mitto. Bene & feliciter vale. Deus servet
totam Ecclesiam tuam domesticam. die 10 April.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir, & cariss. frater. Delector equidem propter
privatam suavitatem benevolentia tua: sed multo magis publica
causa laetor te virum excellentem iudicio, eruditione & virtute
non improbare genus doctrinae quod amplector, tuoque gravissimo iu-
dicio ipse confirmor. Sicut Paulus ait se non solum doctrinae
suae semina in Ecclesia Romana spargere cupere, sed vicissim

etiam ab ipsis uelle συμπαρακαλοῦντας. Mittam uobis post pau-
cos dies responsionem meam de Stancari controversijs de qua uos
sententiam iudicare uolo. Oro filium Dei ut uos & nos inter has
Regnorum ruinas protegat. Audio Carolum Imperatorem & fratrem
Regem Ferdinandum periculose aegrotare: Id quoque uidetur fato aliquid
accidere in hoc tanto incendio Germaniae, Sed Deo nos commendemus.
Bene vale. 18 die Iunij. Salutem opto D Aeglio.

EIDEM.

S D. Clariss. uir, & cariss. frater. Et Ecclesiae tuae domesticae
& tibi & nobis omnibus reditum tuum gratulor. Etsi enim
regionem illam quae te nascentem excepit & illum parentum
tuorum & tuae infantiae nidulum non potes non amare: tamen
haec nunc patria est, ubi tua domestica Ecclesia uiuit, & tua
uox studijs doctrinae prodest. Nec dubito te in Belgico
magno cum dolore aspexisse τὴν ἀρχόντων βεβηλότητα
καὶ βδελυρίαν. Oro autem filium Dei dominum nostrum
Iesum christum ut te & tuos seruet. De typis chorographicis
tibi gratiam habeo, quia non minus delector quam apud Apollonium
in Argonauticis unus ex ductoribus narrat se delectatum esse
tabulis conspectis in Aegypto ex quibus didicerat quae uia fu-
geret

ger Colchicum regem possent. Plura adijcere autem non potui. Bene vale. 8 Decemb.

EIDEM.

S.D. Clariss. vir & amice cariss. Scio te quoque hac notissima sententia Platonis delectari, δεινοὺς ἂν παρεῖχεν ἔρωτας ἡ φρόνησις, ἔτι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν. Te quidem intuens & audiens cum visus sim mihi videre illustrem effigiem virtutis, valde accensus sum & amore & desiderio tui. Cumprimum igitur potero, istuc excurram cum propter alios amicos, tum vero propter te ut tuis eruditissimis sermonibus & tua suavitate fruar. Et fortassis bella cogent nos rursus exulare. Urgent mundum fatales poenae, Et huius Germanici Imperij periodus circumacta est. Ideo sapienter has miserias feramus & oremus filium Dei ut poenas leniat, ne quidem tuam Ecclesiam domesticam tuis gemitib. precari non dubito. Curato ut nobis tempora annotata mittas, quib. nati sunt Domini Magalburgenses. Bene & feliciter vale. die 5 Maij, quo ante annos 1930 Lacedemonij Leuctrico praelio victi sunt.

EIDEM.

S.D. Clariss. vir & cariss. frater. Hanc epistolam scripsi mane, die

die Novembris XXV. Erat autem nonus mensis Ebreis כסלו quod haud dubie est Orionaeus, διὰ τὴν δύσιν τοῦ ὠρίωνος. Eo die quia celebrata sunt Ierosolymae Encaenia, cum ex templo sta-tua victa esset: multa & de illius temporis historia & de nos-tris certaminibus cogitavi. Vt autem tunc stetit in acie pro filiis populi sui filius Dei: ita tecum oro assiduus, vt is ore ut nunc quoque nos gubernet & sic ϐοηθεύειν laborum tolerandi, quos videmus passim ingeniorum monstrosorumque petulantia tur-bari. Quamquam in re hac mihi tamen dolorem lenit quod Dei bene-ficio in omnibus Academiis harum regionum una doctrina ea-dem est. Hanc concentum opto perpetuum esse. Mitto versi-culos de pragensi prodigio: Nam alias editiones nunc non habebam. Bene & feliciter vale. die 25 Novemb.

EIDEM

Ἀρχιάτρῳ inclyti Regis Daniae: pa-trono suo carissimo.

S D. Clariss. vir & cariss. fr: Ipso ego quicquid ero cineres interque favillas, Tunc ego non potero non memor esse tui: & quidem amore virtutis tuae. Nec aliam ob causam ad te scribo, nisi ut amoris erga te mei significationem ostendam.

Nam

Nam de miserijs meis scribere non libet. Recens adversus me Staphylus & Stenkefeldiani talia scripta ediderunt ut videri possint ab ipsis furijs dictata. Adversus tales hostes prodesset nostros coniunctos esse, Sed non minus hostiliter me lacerat ὄχλος βλακικός. Inter has adversationes, donec in hac docendi militia vivam, dicam moderate quae dixi hactenus & prodesse discentibus iudico. Cum de re tuum & tui similium virorum doctorum & sapientum iudicia intuear, οὐ χαλεπαίνω τοὺς ~~θεοῖς~~ προτοθυμείβους ἐν ἀγῶνι τῷ βαναυσικοῖς: sed filio Dei me commendo. Fortassis me veniens climactericus annus his aerumnis liberabit. Tui rogati Dei beneficio recte valent & discunt. Dedi alteri legendum Galenum περὶ χρείας μορίων. Bene vale & rescribe. Idib. Augusti 1558.

EIDEM.

S.D. Clariss. vir, & cariss. frater. Ipse Deus sapiens verbo qui cuncta creavit Et coeli cursum legibus ire iubet. Efficiat nob. veniens ut faustus ut annus Et clemens dextra nos tegat ipse sua. Et quoniam gnatum misit qui colligat agmen Cuiq(ue) sui doctor vita caputq(ue) λόγος. Hic λόγος alme natus patri semper adesse, Et custos nobis & caput esse volit.

Virib. hūmanis non e Ecclesia tuta, Orphana ferralis praesidijsq. caret. Sed nostram indueris cum miro foedere massam, Gnate Dei semper nos tua membra regas. Et facias tecum nos unum ut simus in aevum, Vera laude tuus quo celebretur honos. Haec vota ut sint ardentiora agitemus & praesentes Ecclesiae aerumnas, & futuras imperiorum ruinas. Hoc tempore quo haec scribo quadringentae familiae ex Gallia pulsae quaerunt hospitia Basileae & Argentorati. Et in vicinia earum urbium apparatus Lotharingicos propter Scotos fieri intelligo, & Xr̄m ac Xasov est quod propter Daniam fieri dicuntur. Mitto tuis filijs versiculos de die festo, & filium Dei oro ut te & dulcissimam familiam tuam servet. Bene vale & rescribe. Calendis Ianuar. 1560.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Scio te virum excellentem eruditione & sapientia & recte invocantem Deum, ac multa de imperijs agitantem certo statuere, & gubernari ea mirandis Dei operibus & misceri a Deo irascente tyrannorum & populorum furoribus. Hac te agitatione scio quotidie excitari & accendi, non solum nunc in his initiis coro-

nationis

nationis, sed etiam alijs omnibus temporibus ut ardentib. votis petas & ecclesijs & politijs a Deo tribui salutarem statum. His tuis & omnium piorum votis et mea adiungo, ac toto pectore Deum precor ut & regem Danicum servet incolumem & eum semper gubernet & Ecclesiam sibi apud nos & alibi colligat, & tribuat ei honesta & tranquilla hospitia. precor etiam Deum ut servet & reducat incolumes ducem Saxoniae Electorem & comitatum eius, in quo cum sit vir clarissimus doctor Ulricus Mordisius, cui cum antea istic fuit tui congressus magnae voluptati fuerunt. Nunc q̃q̃ ut aliquid temporis tribuas alendae amicitiae nostrae oro. Habes adiunctum amicum virum honestum & eruditum doctorem Franciscum Cram-merum, quem etiam te complecti volo. Scis illud Homericum: fratrum loco sapientes hospites habendos esse. Teq. hac dulcissima homini consuefactione propter naturam tuam & virtutem constanter delectari scio. Bene & feliciter vale. die 7 Augusti. Tuis nostra officia non deerunt.

EIDEM.

S. D. clarissime vir & carissime frater. Nosti vetus illud in sacrificijs publicis voce pronunciatum: ὅσια λέγειν, καὶ ὅσια πράττειν. Cum igitur vota iam fiant in regno Danico ad Deum aeternum

patrem domini nostri Iesu christi, creatorem generis humani & politicae societatis et Ecclesiae custodem, nihil scribam de ijs rebus de quibus mecum toties insuauiter expostulas, Sed oro deum nobiscum ut felicem & salutarem gubernationem tribuat, sicut scriptum est Cui das salutem Regibus. Te etiam oro ut cum tua diuina mens tua illustrata sit memineris ueteris dicti μόνου θεοῦ ἔργον τελεία ἀρετή. Hieronymum ὅσιον inter ὅσια sacrificia nostra complector, uirum honestum & eruditum. Tuis non deerunt mea officia. Bene uale. Cal. Augusti. Plura scribam per doctorem Mordisium qui comitabitur ducem Saxoniae Electorem. Oro filium Dei ut nos gubernet, & non sinat fieri barbaricas vastationes. Utinam coram colloqui possimus

EIDEM.

S.D. Clarissime uir & carissime frater. Mitto tibi pagellas de Bauarica inquisitione, quas non sine gemitu leges. Nec tantum hostium deplorabis furores, sed etiam nostrorum peruersitatem qui dissidia accendunt in nostris ecclesijs & stabiliunt idola pontificia tetra καὶ βδελυκτά. Utinam coniungeremus nostras copiolas aduersus communes hostes & omitteremus μωρίας φιλονεικείων inter nos ut uocat Thucydides.

Trado.

Trado iam responsiones ad singulos articulos. Oro autem filium Dei ut nos gubernet. In his regionib. adhuc sunt halcyonia, Dei beneficio: sed formidatur reditus Equitum ex Gallia, qui iam Episcopis ad Menum minitati sunt. Noster tabellarius adfert literas de pecunia quam debet Osio uir nobilis Eques Danicus Hocken: quaeso ut adiuues Osij petitionem iustam. Bene vale & rescribe. Deum oro ut inclytum Regem & te & tuos seruet. Data. die natali Lutheri.

EIDEM.

S.D. Clarissime uir & cariss. frater. Spero initia gubernationis Regis Friderici faelicia esse, & ut sint salutaria faciat Deus conditor generis humani & custos legitimorum imperiorum. Nostri redierunt, Dei beneficio, salui: Nam & uir nobilis, cuius est egregia uirtus quem agrotum Suerini caetera multitudo reliquerat, conualuit. De resp. nihil noui audio, nisi Romae pontificem creatum esse Carpensem, quem tibi notum esse existimo. Sed fortassis magis refert scire quid nostri pontifices agant. Hesbusius heidelbergae fulmen excommunicationis publice edidit contra collegam qui reprehenderat τὴν ἀρτολατρείαν. Palatinus Elector ne populi distractio fieret, iussit utrumque discedere. Plura nondum audiui. Haec scribit mihi Hes-

husius

hæsius, nec mihi ante hoc tempus hortanti ut suos impetus moderaretur, obtemperauit. Mitto tibi interpretationem græcam Confessionis sine meo consilio editam: probo tamen phrasin, ac misi Constantinopolin per uirum doctum qui ibi Diaconi officio fungitur, & tota æstate noster hospes fuit, ac narrauit multas adhuc Ecclesias in Asia & in Thracia & vicinis regionibus esse, sed paulatim propter seruitutis ærumnas diminui frequentiam. Bene Vale. die 26 Octob. 1559.

EIDEM.

S. D. Clariss. uir & cariss. frater. Et debeo & habeo tibi gratiam quod de literis quas Mordisio ad te dederam adeo amanter respondisti ut pignus te perpetuæ tuæ erga me beneuolentiæ misisse iudicem. Ecclesia non paulo minus deformis esset, si plures nostri gregis contumeliosam inter se tuerentur. Sed qualis sit rabies in multis uides, qui odia incendunt quæ & per se iniusta sunt & impediunt colloquia de magnis & neces-sarijs reb. Tuli iniurias illatas a multis per triginta annos, & me conscientia piæ uoluntatis & iudicijs aequioribus sapientum consolatus sum. Interea discentibus, quantum potui, seruiui. Optarim autem bonos & doctos uiros posse colloqui de quibusdam

reb.

rebus, quarum explicationem esse necessariam serio te q.q. iudicare. Sed haec consilia impediuntur clamoribus ineruditorum. Oro autem filium Dei ut opem ferat Ecclesiae & nobis in ea. Te quoque oro ut non extingui benevolentiam erga me tuam sinas. Bene & feliciter vale. die aequinoctij verni.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Cum in urbe Vangionum princeps palatinus Elector a me & a caeteris qui ex nostris Ecclesijs eo missi erant, petivisset consilium de reprimendis furoribus Anabaptistarum, scripsi re deliberata cum alijs libellum quem & caeteri pium esse iudicarunt et ij tum Electori Palatino complacuerunt. Postea sparsa est epistola sine nomine autoris, sed latinae orationis forma & grandiloquentia ostendunt autorem eruditum esse. Tales non sunt Anabaptistae, Ea expresse reprehendit illa epistola severitatem qua iuste usus est Senatus Genevensis adversus Servetum. Haec eo tibi significo ut mecum deplores horum temporum miseriam, et infinitam licentiam ad petulantiam. me tribuunt nobis defensorem qui blasphemijs & furorib. multorum adversamur. Sed Deo Eccl. & nos in ea commendo. Te oro ut Hieronymum Osium qui istuc Vangionides interpretationem mittit, inclyto Regi reverenter commendes. Bene

ne & feliciter uale carissime frater. die decimo Aprilis.

EIDEM.

S. D. Clarissime uir, & carissime frater. In comitatu Ducis Saxonicae proficiscentis ad socerum Regem Danicum fuit Doctor Mordeisen cui breuem epistolam ad te scriptam dedi, quia hortator ei fui ut tecum familiariter loqueretur. Meministi Homeri enim illud, Hospitem sapientem ut fratrem complectendum esse. Vtriq. igitur uestrum utilissimum fore colloquium existimabam, quia scio prudentia, consilio & uirtute utrumq. excellere. Spero igitur redeuntem a te mihi literas allaturum esse & tibi gratulaturum hos congressus. Ego cum haec scriberem adhuc expectabam iter ad Rhenum, sed audimus Spirensem episcopum nolle esse sequestrem Rhenani colloquij ut Rex Ferdinandus mandauit. Adolescentem Bokelium tibi commendo in quo sunt φυσικαὶ ἀρεταί, & aliae maiores uirtutes accensae a filio Dei luce Euangelij & spiritu sancto. Spero igitur labores eius in docendo profuturos esse Ecclesiae, neq. adhortor ut locum docendi ei tradi cures. Consilium enim hac aetate ei profuit exercere docendo ingenium, acuere diligentiam, & formare iudicium. Oro autem ut ad me interdum scribas. Bene vale. die Laurentij. 1557.

EIDEM.

S.D. Vir clariss. & cariss. frater. Nihil gratius & dulcius est pio
viro sapienti & bono quam virtute sapientum & bonorum colloquium.
[illegible] cum istuc comitaretur ducem Saxoniae vir excellens ingenio
sapientia & virtute doctor Ulricus Mordeisen, hortatus sum eum
ut tuum colloquium & familiaritatem expetat. Spero congressum
vestrum utrique iucundum fore: & valde laetabor si intellexero
& te familiariter hunc hospitem complexum esse, & ipsum tuis
sermonibus delectatum esse, & mutuam benevolentiam inter vos
propter virtutis amorem in utroque excitatam esse. Imago est con
suetudinis in Ecclesia coelesti, sapientium & piorum in hac vita con
gressus: Ideo haec ad te scripsi, Teque oro ut hunc hospitem complecta-
ris. Oro & hoc, ut benevolentiam erga me tuam non sinas ex
tingui. Bene vale & rescribe. die 6 Augusti

EIDEM.

Clariss. vir & cariss. frater. Cum in magno dolore sim propter
[illegible] nostra & propter literarum tuarum asperitatem, decre
veram nihil ad quemquam istuc scribere, ac mea philosophia ali-
hoc silentio mea vulnera tegere. Sed Conradum istuc rede
untem sine testimonio dimittere videbatur inofficiosum. Scripsi

igr

igitur hanc unicam epistolam. Conradum initio omnes propter
tuum de eo iudicium cui plurimum tribuimus, amanter com-
plexi sumus: postea cum familiaritas studia eius et mores et nam +
naturam ostendit. dileximus eum propter ipsius ingenium, cui natiua
inest philosophia ac dulcissimis moribus platonis amor, et super erudi-
tionem et humiles mores, et iam fauore bonorum dignum esse iudi-
camus. Hoc a nobis testimonium eum ad te adferre uolui.
De me nihil addam. Scis in dissensionibus ciuilibus uices ua-
rias esse, et animum paratum ad ferendas aerumnas quas mihi
propositas esse uides, καὶ στέργειν αἱ πάθαι με καὶ ὁ μακρὸς
χρόνος διδάσκουσι ut ille senex in Tragoedia inquit. Sed
in ista nostra censura in qua homines mihi inimici adhibiti
sunt, sperabam tuam mihi sapientiam καὶ ἐπιείκειαν praesidio
fore: Tu uero literas etiam misisti, quae uulnus meum magis
lacerant. Sed nihil disputo. Deo me commendo, et te et mul-
tos bonos uiros spero etiam me mortuo aequiores iudices
fore, et de mea uoluntate et de meis laboribus quam iudicant
isti qui nunc sunt πρωτοστατεύουσι in populo. Quod in
Belgico scribis bonis nostris dissensionibus offendi, scis ibi bonos

excellentes

excellentes ingenijs postulat explicationem grauissimarum controuer-
siarum, quae a quibus impediatur non ignoras. Sed haec o-
mitto. Bene vale. die 8 Martij 1556.

EIDEM.

S.D. Exurge domine Deus et exaltetur manus tua. Ne oblivisca-
ris pauperum tuorum in finem. Hac voce pro nobis quoque precor
ut Deus mitiget servitutis vestrae asperitatem, ut integra conscien-
tia liceat invocare Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi
[illegible] et ei gratias agere. Nam donec in tali estis carcere, quae possunt
dari consilia contra violentiam? Scripsi aliquid de argumento quod
Franciscus Hispanus ait se ad amicos in Belgicum misisse. Sed
etiamsi id legeritis, occurrent ut fit multa particularia de quibus
respondere per literas quae deinde velut decreta εἰς ψηφίσματα cir-
cumferuntur, periculosum est. Consilia de firmis duriora ἢ ἀκρι-
βέστερα, tyronibus et imbecillibus leniora quae promovendi sunt non
deterrendi ut Paulus inquit τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσ-
λαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν. Hanc fere rationem
in his consilijs sequor. Quod vero tu de tali pastore disputas
qui recte docere possit si servet ministerium suum, non arbitror tyrannos
vestros toleraturos quemquam qui velit aperte taxare mendacia in

vo

nocationem uel aboleat cantilenas impias. Frustra igitur quaestionem
proponi arbitror: Ideo pronunciandum non putaui. Significare mihi
poteritis an illud manu scriptum a Francisco Kisseno uestrum istuc
uideritis. Dolore uestro moueor, & mederi animis aegris cuperem
si possem. Sed me excusare ἐθελοκακίαν nolo, nec eos qui iam
gustum habent pietatis & proficere student, quum tamen adhuc sunt
infirmiores, deterrere. Simul illud cogito, cauendum esse ne nos,
his laxationibus confirmare hypocritas dicam, ut quum quaerunt
praetextus quaeluscunque defugiendae confessionis. Dominum nostrum
Iesum Christum filium Dei oro toto pectore ut uos & nos regat
et confirmet spiritu suo sancto quem promisit se nobis daturum
esse παράκλητον: sicut inquit, Non relinquam uos orphanos.
Hic παράκλητος & consilium uobis monstrabit & augebit robur.
Bene ualete. die 17 Iuly. 1545.

M. Petro Sickio professori in Aca-
demia Regiomontana.

S. D. Doctiss. uir & cariss. frater. Legit ut spero tibi multas
literas omnes amicus tuus uir excellentis eruditione pietate &
candore Iohannes Aurifaber. Nam putabam iam certo esse alias
quidem insaniam. Sed sis ubicunque sumus, multa hic communis

Non ed.

vita

vita adfert talia qualia misceri inquit Homerus: δοιοὶ γάρ τε πί-
θοι κατακείαται ἐν διὸς οὔδει, δώρων, οἷα δίδωσι κακῶν ἕτερος
δὲ ἑάων. Anglus qui proxima hyeme nobiscum fuit, dicebat sibi
exilij aerumnas praecipue leniisse Doctoris Johannis consuetudinem.
Scribas autem ad me et de ceteris nostris et de tuis laboribus saepe.
Mitto tibi pagellas, de quibus et tuum iudicium mihi significabis. Nam
vicini nostri reprehendunt ea quae de voluntate humana minus
horride dico, cum quidem non pugnem cum ipsis, sed potius separem
quaestiones quarum non est usus in consolatione. Expecto autem
et flagito tuas literas. Bene Vale. Calend. Maij 1559.

EIDEM

H on Cd. S. D. Doctissime vir et amice carissime. Magnum et gratissi-
mum theatrum est amicus amico talis qualem habes o Doctor
Johannes Aurifaber. Hunc cum habeas et collegam et amicum, spero
te malle istic esse quam usquam alibi. Utinam mihi consuetudine
eius viri frui liceret. Heidelbergae Heshusius adversus collegam
publice fulmen excommunicationis edidit: qua ex re maius
incendium orietur. Precor autem filium Dei ut nos gubernet. Tuam
disputationem probo, teque oro ut in omnibus negotijs consilio Doctoris Jo-
hannis utaris. Plura scribam post paucos dies. Nam Fasolus
ad vos profecturus est. Bene vale. die 10 Octob. 1559.

Doctissimo Viro D Vito Theodoro, amico
summo. Noribergae.

S D. Non ignoro qualis fuerit Choleri animus erga Rempubl. Ed.
quanta etiam ingenij ipsius dexteritas fuerit. Quare magnam iactu-
ram eius interitu Resp. fecit. Nos quoq. & studiorum patronum
& amicum amisimus, Quare merito dolemus. Saepe me talium
virorum funera omnis causa etiam perterrefaciunt. fata vi-
dentur denunciare ac minari aliquid mali rebus publicis orbatis
bonorum virorum praesidio. De Isenacensi congressu D Lutheri
& Buceri nihil certi possum scribere. D Lutherus diem constituerat
dominicam Cantate, sed Bucerus interea nihil rescripsit. Ego cer-
tis de causis malo eam rem extrahi. Nam si congressus iterum
accendet discordiam & certamen, ut certe metuo, quid attinet
properare hoc quidem tempore, voluntatibus alioqui exulceratis?
Et tamen si gravis & vera deliberatio de hoc ipso articulo &
de alijs quibusdam speranda esset, maxime expeterem conven-
tum. Si Caesar indicet synodum, quod cum primum erit otium
a bellis haud dubie faciet, prius oportebit nos de omnibus ar-
ticulis colloqui & disputare quid ad extremum defensuri simus,
qui articuli digni sint propter quos non defugiamus bellum,

ppr

propter quos discedamus ab aliarum nationum consensu & simus autores aeternae discordiae. Scis quasdam disputationes me minus horride tractare solere: In illis explicari quaedam cupio. Et est praestandum nobis ut relinquamus doctrinam planam, simplicem, explicatam & sine sophistica posteris. Quid. quod sit explicata doctrina facilius invitarentur aliae nationes. Nunc in tanta varietate quam pauci ex doctis etiam nostra recte intelligunt? Ideo erit nobis aliquando conventu & quidem frequentiore opus. Convocandi erunt eruditi omnes qui profitentur Evangelium. Sed tempus in consilium de hac re adhibendum erit. De Caesare & Gallo si quid habes quaeso significes. Vaticinia de exitu belli non sunt obscura. Apellum nos amisisse doles. Apud nos doctor Augustinus eodem morbo decumbit. Christus servet eum & restituat pristinae valetudini. Bene vale. Brevi, ut spero, erimus tecum Milichius & ego. Meis verbis reverenter saluta D Osiandrum & D Wenceslaum & ceteros amicos. 1536. April.

Viro optimo D Vito Theodoro, docenti Evangelium
in Ecta urbe Noribergensi, amico praecipuo.

bn

Ed.

S D. Etsi optavi semper ut mitigarentur discordiae de Cena

Dni

Domini, idq. certa quadam ratione agendum esse putaui: tamen dissuasi congressum Theologorum. Et quid meum fuerit iudicium qua solicitudo, potuisti ex literis meis Lipsiae scriptis cognoscere. Cum uero frustra conatus essem impedire, decurri tandem ad hoc consilium, ne quid nos pacisceremur. Hoc consilium quam fuerit necessarium, euentus ostendit. Multo minus Ambsdorfio quam nostris satisfecit Confessio Buceri: Cuius tragice rescripserit etiam Ambsdorfius coram narrabo. Ac de toto negotio coram commentabimur. Nam ego quidem nollem accendere rursus hoc certamen περὶ τοῦ μυστηρίου, et habeo graviora & iustam mei consilij rationem, a qua me οὐ σπαράξαι ταῖς ἀπαι-δευτῶν non abducent. Si Synodus quam pontifex indixit futura putabitur, omnino nobis omnibus prius conueniendum erit, & erit iusta deliberatio habenda de multis magnis rebus. Hic nihil noui est hoc tempore. De rebus Italicis expecto tuas literas. Bene uale. die Vlrici. 1536.

Viro optimo D Vito Theodoro, docenti Euangeliu in Ecclesia Noribergensi, amico summo.

S D. Extat libellus in quo autor respondet Carolo Magno Imperatori francico primo quid sit de symbolo Coenae dominicae sentiendum

cd.

sentiendum, ubi apparet ijs temporibus etiam agitatam esse Contro versiam de praesentia. Autor fuit Augustini studiosus ut fere illa aetas tota, quare in hac responsione per omnia Sequitur Augustinum: et de efficacia multa dicerit, de praesentia magis significans quid velit quam explicans. Sed si superiorum temporum testimonia colligimus quid dicant vides: nam pleraque teneo & habeo plura. quae si sequeremur explicata essent caeterae quaestiones: ἀρχὴ γὰρ ἥμισυ παντός. Ergo ne longissime recederem a veteribus, posui in usu Sacramentalem praesentiam, et dixi datis his rebus Christum vere adesse & efficacem esse. Id profecto satis est. Nec addidi inclusionem aut coniunctionem talem qua affigeretur τῷ ἄρτῳ τὸ σῶμα, aut ferruminaretur aut misceretur. Sacramenta pacta sunt, ut rebus sumptis adsit aliud. Hoc cum ita sit προσκείμενον addi non oportuit: aut si additur, non est referenda πρὸς τῷ ἄρτῳ. Tu quod disputas de unione hypostatica aut σωματικῇ, primum in vocabulo erras. Hypostatica vocatur personalis unio qualis sola est divinae & naturae humanae in Christo Talem unionem τοῦ ἄρτου nec Papistae ponunt. & certe novum est, & haud dubie ἄνοσον: Ergo illo vocabulo in hac

causa

causa uti te nolo. Nec tu hoc volebas, esse communicationem
hypostaticam τοῦ ἄρτου καὶ σώματος, sed realem ut est ferri
et ignis in ferro ignito: utimur enim qualicunque similitudine,
sicut ut est vasis et potus? Ego vero olim, ut dixi, rea-
lem pono: tamen non pono inclusionem seu ferruminationem,
sed sacramentalem, hoc est, ut signis positis adsit vere Christus
efficax: quid requiris amplius? Et huc decurrendum
est tandem, nisi defendes illud quod nonnulli iam dicunt:
separatim tradi corpus et sanguinem. Id quoque novum est,
ac ne papistis quidem placiturum. Error faecundus est,
ut dicitur. Multas quaestiones parit illa physica coniunctio:
an separatim? an sint inclusa partes? quando adsint? an
extra usum? horum nihil legimus apud veteres. Nec
ego, mi Vite, invehebam has disputationes in Ecclesiam, eoque
tam parce dixi in Locis de hoc negotio, ut a quaestionibus
illis iuventutem abducerem. Habes in summa κατηγορι-
κῶς quid sentiam. Sed utinam iusta deliberatio de tota re
aliquando haberetur, remotis aliquantisper affectibus καὶ τῇ
φιλονεικίᾳ, duobus tyrannis saevissimis. Si tibi hac sim-
plici responsione non satisfacio, expectato a me longiorem
disputa.

disputationem. Ego hoc modo et religiose καὶ εὐαγῶς et vere, cunde de symbolis me loqui existimo, et proxime ad veterum sententiam accedere. Nunc plura scribere non vacabat. Reddet tibi has literas quidam concionator Bernensis, qui his diebus nobiscum fuit. Animadverto esse eruditum et pium. Hic etiam symbolis usus est. Curavi ut eum amanter excipias. Bene vale. die Georgij. 1538.

Viro optimo D. Vito Theodoro docenti Evangelium Christi pie et fideliter in Ecclesia Noribergensi, amico summo.

c1.

S. D. Ut ille Regum praestantissimus apud Herodotum negat se velle ἰδιοβουλεύειν: ita multo magis nos in Ecclesia conferre sententias decet. Quare de illa tota causa optarim pios et doctos viros integre colloqui, sed ita si non adferant duas res veritati inimicissimas τὴν σοφιστικὴν καὶ τὴν αὐθάδειαν. Quid enim fuerit indignius quam si dicturus in Ecclesia sententiam expetat hanc laudem quae est in Epidico de Stratophane, qui Legum atque iurum fictor, conditor cluit. Scripsi tibi simpliciter quid sentiam: Nec de corpore aliquid ἀπὸ τοῦ ἐμαυτοῦ. Scio enim vere et substantialiter adesse Christum, et efficacem

esse

esse cum symbolis utimur. Synecdochen tu quoque concedis, Sed addi divisionem ac distractionem τοῦ σώματος καὶ αἵματος novum est prorsus & inauditum universae veteri Ecclesiae. Hac de re scripseram longiorem epistolam, sed postea cogitavi de tota causa integram me, cum primum potero, ad te scripturum esse, collectis omnibus & testimonijs & argumentis quae quidem memini. Nam illud scias amplius decennio nullum diem nullam noctem abijsse quin hac de re cogitarim. Scribebam plura alias. In his regionibus Dei beneficio, adhuc tranquillitas est. Corvinus et Cymaeus adsunt e Cattis, qui adfirmant nullos apparatus belli nullos exercitus in Cattis esse. Domino Hieronimo Bomgartnero dicito reverenter salutem meis verbis & mihi curae esse suum propinquum & alterum Schurstabinum. In Bomgartnero omnino probum & vere candidum ingenium est. Nuper admodum cum eo egi etiam accomodatius ... de styli exercitio. Sed haec ipsi scribam copiosius his diebus. Scito enim me non modo confici, sed interfici aerumnis & laboribus. Bene & f vale. 24 Maij 1538

Egregia eruditione et virtute praedito D. Vito Theodoro Noribergensis Ecclesiae Concionatori pio et fideli, amico suo cariss.

Non ed.

S. D. Et tibi & multis gravissimis viris notae sunt querelae meae crebrae, doloris mei plenissimae περὶ κακοηθείας, πλεο-νεξίας, πολυπραγμοσύνης καὶ σοφιστικῆς τῶν ἀρχόντων, ex quibus fontibus haec mala Germaniae quae nunc sunt in conspectu orta sunt, quae ut Deus mitiget oremus. Me non modo dolor & luctus, sed etiam indignatio excruciat causas harum aerumnarum colligentem & alte repetentem. Sed haec nunc omitto: a te expecto res Pannoniae & Belgici. Hic affirmant arcem Strigoniensem proditione militis Italici captam esse. Quid postea gestum sit nondum narratur. De Belgico tantum audimus Carolum Coloniam venisse. Sed venio ad ecclesiastica. Me absente extorsisti a Lutero epistolam ad Venetos concionatores, in qua ille fortassis φορτικώτερον respondet περὶ δείπνου κυριακοῦ. Hunc scopulum ut vitaremus fueram ipse responsurus. Quare in talibus negotiis velim te deinceps circumspectiorem esse. Scio in Italia & Gallia controversiam περὶ δείπνου accensam esse, eamque dissensionem ut in Germania, Evangelii cursum remorari. Et in Gallijs proceres in excusanda saevitia immani allegant autoritatem Luteri. Haec confirmari a te nollem. Profecto enim Ve-

tustas

tustas longe aliter loquuta est de hac re quam recentior aetas.
Nazianzenus simplicissime nominat ἀντίτυπα σώματος
καὶ αἵματος Χριστοῦ: Et possem plura similia testimonia re-
citare. An me sine magno dolore nostros audire putas qui
interdum nihilo mitius de Ecclesiis Rhenanis loquuntur quam
de Turcis? Te quoque interdum doleo horridius loqui. Ve-
lim igitur de tota re te agitare interdum ut hominem
doctum. Attigi hanc causam in libello scripto Bonnae contra
Colonienses Sycophantas, quem ut legas vel propter nostram
amicitiam te rogo. Volui enim significare aliquid de usu Sa-
cramentorum, et vulgi persuasiones laxare quae fingunt in-
clusiones pene magicas. Nec tamen rem profanam facio δεῖ-
πνον κυριακόν. Dico in usu Christum nos sibi membra facere,
efficacem esse. Sed haec alias copiosius. Ex civibus tuis al-
ter tantum nunc gradum Magisterii petivit. Hieronymus
propter valetudinem meo consilio expatiatus est ac rogavit ut
meis literis apud te excusarem. Oro ut hanc eius pere-
grinationem boni consulas. Magna utriusque eruditio et vir-
tus est. De Hieronymo Scriba cive vestro habeo et tibi et
D. Hieronymo Bomgartnero gratiam, ac spero nos beneficium
collocasse

collocasse apud meliorem & gratum. Dextra & ingenia nativa
est & disciplinarum capax. Agamus Deo gratias quod his mi-
serrimis temporibus & in tanta ingeniorum petulantia & tantis
furoribus tamen aliqua bona ingenia excitat ad doctrinarum
defensionem: Et vestrae civitati hoc decus gratulor. Bene Vale.
D Hieronimo salutem opto, eique rogo ut meis verbis ei gra-
tias agas de Anonymi scribae negotio. die 6 Septemb. 1543.

Clarissimo Viro, eximia eruditione & virtute
ac pietate praedito D Vito Theodoro, docenti
Evangelium in Ecclesia Noribergensi, amico
suo carissimo.

Non ed.
Has pagellas quaere infra paulo ante huius libri finem.

S D. Mitto duas pagellas in quibus pauca & tibi nota
recito de impositione manuum, sed tamen de magna re, in
doliere de hac publica dissensione intimos pectoris mei sensus, ibi
aperio, ut aperui saepe alias. Ubi legeris rescribito quid tibi
in mentem veniat περὶ τῆς ἐπιθέσεως χειρῶν. Quid si
semel ad me expatiarere, et publico vitu apud nos inviseres?
Illud ipsum de literis Italicis quod accidit metuebam. Scie-
bam horridius scriptum Lutherum quam sentit. Quid
enim opus fuit largiri etiam transsubstantiationem, quae

G

est fons idololatriarum [mani] non vulgarium. Potest autem in instituto usu retineri praesentia Sacramenti rationi conveniens, etiamsi prorsus illa deliramenta tollantur de abiectione panis, de inclusione corporis perpetua in accidentia ut si ligna in fornacem missa essent. Cohorresco quoties haec cogito & attingo invitus. Miror tot seculis homines doctos non cogitasse discrimen inter agens liberum & rem inanimatam. Christus agens tanquam liberum adest actioni institutae: post actionem non vult esse inclusus pani, non vult ibi se alligatum esse. At quae portenta finxerint constat. Cum autem late spargentur responsa Lutheri, perlata illa sententiola in Helvetios, accendent nova certamina. Id nollem fieri. Foveamus nostrarum Ecclesiarum concordiam qualemcunque & glutinemus eas quantum possumus, nec ostentemus industriam aut dexteritate in augendis discordiis, ut multi faciunt. Aetas haec est infecta diro veneno Saturninae & Martiae coniunctionis, & sequitur coniunctio in Scorpio, quae haec mala magis accendet, ac multo verius nunc quam Homeri tempore est οὐχ ὁσίη [illegible] κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισι. Quare pericula intelligamus & impetus moderemur quadam diligentia digna piis

&

et eruditis. Ego quidem oro Deum aeternum patrem Domini nostri
Iesu Christi ut propter filium me spiritu sancto regat, sicut dixit
Christus: οὐκ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ
πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. Spiritu sancto flectun-
tur animi nostri ad salutaria, et mea consilia scis saepe
fuisse συμβιβαστικά. Vidi editum a te librum Agenda titulo,
qui mihi placet. Si in eiusmodi formis ac politiis ecclesiarum
etiam iudicium Ecclesiasticum constitui posset, ut alicubi in-
choata res est, exerceri privatim in singulos contumaces
Excommunicatio posset. Nunc in hac dissipatione Ecclesiae satis
est te pro concione proponere comminationem divinae irae et
poenarum adversus contumaces et privatim eos arcere a
Coena domini, si qui tamen ad eam accedere volunt. Nam multi
αὐτοκατάκριτοι relinquunt Ecclesiam. Carmina brevi mittam.
Te vellem nihil respondere illi insulsis poetastris Bavaricis.
Bene vale. die 25 Octobris 1543.

Clarissimo Viro, eruditione et virtute praestanti
d. Vito Theodoro, docenti Evangelium pie et fide-
liter in Ecclesia Noribergensi, amico suo.

N m ϖ. S. D. Ut addat Deus custodes Milichio Angelos suos in itinere,
sicut addidit Eliseo, ex animo opto. Te vero adhortor ut

veni

uenientem ad nos amanter excipias & complectare. De Censu-
ra Amsdorfiana nuper ad te scripsi. Et iam mouere bellum
in Concionibus Lutherus coepit. Dicitur etiam nescio quae editurus.
Si rursus accenditur certamen de Coena Domini, maiores erunt
& tristiores dissipationes. Miratus sum te nolle ostendi Luthero
scripta Bulingeri & Buceri quae sunt apud Josephum Hun-
garum. Satis multos habet incitatores alios. Te magis uelim
λιτὴν esse, magis publica causa quam mea. Doleo rursus
hanc tragoediam moueri. Nunc iussi sumus componere πα-
ρασκευὴν futuri conuentus. Quid dicam consilij esse nostris?
Instituere uolunt conciliationes cum Pontificijs, & interim
nostrarum Ecclesiarum concordiam non ferunt. Bene vale.
die xi Augusti 1544.

Clarissimo Viro, eruditione & virtute praestanti
D. Vito Theodoro, in Ecclesia Noribergensi docenti
Euangelium, amico suo καὶ ἀδελφῷ φιλτάτῳ.

S. D. Cum de responsione Ratisbonensi deliberarem, decreui in
initio recitaturum me esse ueteris Germaniae Ecclesias quae ante
Gotthica tempora a discipulis Apostolorum primum constitutae sunt.
In his et Ratisbonensis quam primum constituit Lucius Cyrenaeus
filius

Non ed.

filius eius senis qui in gestanda cruce filium Dei adiuvit. Multa
splendide in hoc exordio ad pios homines confirmandos cum in ea civi-
tate tum vero in caelestis dici potuissent. Deinde de vera invoca-
tione & vero usu sacramentorum dicturus eram, ut in tantis iis sco-
pulis περὶ προσκυνήσεως ἄρτου quos tu non vis vitare. Pu-
tabis & omnia dicenda esse & nullam moram in cunctis agen-
dis fortibus viris convenire. Ego contra multa praetereo, &
cunctanter ad causas accedo. Sed scio me videri a multis,
& facile fero. Sed vellem & illos & alios introspicere meum
cor. Si tantum lacrymarum fundere possem, quantum
undarum noster Albis pleno vehit alveo, non posset exhau-
riri meus dolor ortus ex hac dissensione. Deus aeternus pa-
ter domini nostri Iesu Christi iuvet nos, cui gratias ago
quod dominum Hieronymum honestissimae coniugi suae, dulcis-
simis liberis, Ecclesiis vestris & nobis restituit, & oro ut eum
servet incolumem & regat ut sit σκεῦος ἐλέους. Bene
vale. die Solstitij Autumnalis. 1545. Ph. M.

Ex epistola Philippi ad Ioachim
Mollerum. A° 1549.

Pagella quam misisti propria est Marchionis qui, etsi de articulis

quibusdam collocuti sumus sine Electoris, tamen postea conuocatis
pastoribus in sua ditione proposuit hanc formam quam mihi misisti,
in qua multo plus est ineptiarum ceremoniarum quam in Augustanis Ec-
clesijs usitatum aut receptum sit, ubi nondum apud nos ulla muta-
tio facta est. Quod vero pastor Ecclesiae nostrae scripsit ad tuum
patrem de libro quem vocant Agendam, verum est ab Anhaldi-
no & alijs quibusdam pastoribus adhibitis collectas esse ordine
cantiones, sed liber neque editus est neque editur. Nihil tamen con-
tinet nisi ritus nunc usitatos lipsiae, ubi aliquanto plus est
ceremoniarum quam in nostro oppido. Pagella est edita in nostra
aula quam mitto quae minus ceremoniarum continet quam
Marchica ut videbis. Ego quidem saepe suasi ut nunc nulla
novitatis spectacula ostenderentur, quia populus mox clamat deleri
Evangelium vel quaeri initia opprimendi Evangelij. Sed aulae
clamant aliquid in re oportere morem geri Imperatori, ne mit-
tat exercitus in has regiones & eodem modo Ecclesias oppri-
mat sicut oppressit in Suevia. Ubi autem utrum an sa-
tisfacturi sint Imperatori restitutione quarundam ceremoniarum
mediarum: tamen ipsi bonam causam ostendunt & hortantur ne
in urbe non monasterijs patriae & Ecclesiae vastitatem accersamus.

Pugnamq

Pugnamus itaq. de rebus necessarijs, de puritate doctrinae de forma Coenae dominicae, ne missa papistica restituatur quae in Suevia ge-mentibus omnibus pijs restituta est. Nec autem unquam de ferijs cantionum ordine, aut talibus rebus rixatus sum. Nec convenire modestiae ac lectiori Ecclesiae iudicio de talibus rebus rixari. Et quod aliqui prorsus nullum ordinem, nullas leges pati nolunt, mihi etiam videtur agrestius. Optavi ante multos annos ut nostrae Ecclesiae similes ceremonias παχυμερέστερον saltem instituerent. aliquid ad consociationem talis similitudo conducit. Sit autem & eius rei modus quidam. De doctrina & rebus ne-cessarijs nihil prorsus mutamus. Sed fons est omnium miseriarum in quibus nunc sumus, & deinceps erit Ecclesia περὶ μετα-βολῆς ἄρτου. Id stabilijt nervum doctrinae pontificiae missae de qua rursus in futuro conventu audiemus severissima edicta Imperatoris. Scis ceteras Controversias a me omnes ita recitatas esse ut nulla reliqua sit dubitatio pijs & candide iudicantibus. In illa vero quaestione περὶ μεταβολῆς ἄρτου fui brevior propter calumniosa iudicia nostrorum. Voluimus ta-men hoc utcunq. dixi hac propositione: Nihil habere Sacramenti rationem extra institutam actionem: quo fulmine Eccium in

Conventu

conventu Ratisponensi meministi valde consternatum fuisse. Cum
igitur restent certamina de rebus maximis optarim doctores Ec-
clesiarum nostrarum concordes esse, & nos qui saepius congredi cum
adversarijs doctis & ingeniosis cogimur, iuvari a caeteris. Vo-
bis autem hoc consilij do: Sive conventus Imperij futurus sit, sive
bellum Saxonicum a Brunsvicensi movebitur, differendas esse
has deliberationes de collatijs. Et paulo differri potest, cum brevi au-
dituri simus initia conventus. Coram tamen de his rebus om-
nibus loqui malim. Sunt enim nec posse scribi, nec literis com-
mittenda esse omnia arcana. Et non dubium est in futuro
conventu nova certamina fore de libro Augustano. Heri literas
accepimus Imperatorem proficisci Spiram, & ibi conventum indictu-
rum esse ut Argentorati conveniant principes & Status Germanici.
Etsi magnae sunt occultationes: tamen non est levis autor huius
narrationis. Idem scribit omnes deliberationes ac responsiones
in aula Imperatoria ad eum conventum differri in quo diserte
& expresse volet Imperator dicere quomodo, An amplecti totius
libri Augustani sententiam velit. Haec cum scripsissem
mittit mihi doctor Jonas pagellam de Erfordia. Etsi autem
sunt occultata consilia a Caesare: tamen non opinor tanti fieri
negotia.

negotia Saxonica: Sed anteferent, si viuat, Imperator Rhenanos Episcopos. Et Italia & Gallia propter Heluetica scripta minus quietae sunt. Sed futurum arcana vis est, quae tamen regit Deus

Φιλιππος.

Ex Epistola Philippi ad Brentium:
A° 1535: die 21 Januarij

Edita

Tu Scripsisti mihi aliquoties de Sacramentarijs, & Concordiam dehortaris, etiamsi inflexerint se ad Lutheri sententiam. Mi Brenti, Si qui sunt qui de Trinitate aut alijs articulis à nobis dissentiunt, cum ijs nullum mihi foedus erit, & execrandos iudico. Spero autem nullos esse inter eos qui praesunt Ecclesijs in ijs ciuitatibus quae nostris annumerantur sunt: Tu si quid habes exploratum significa. De Sebastiano franco qui Vlmae est audiui grauissime conquerentem Bucerum, & affirmabat eum displicere bonis viris Vlmae, maximeq. Frechto: Itaq. promisit nobis Landgrauius se de eo coercendo ad Vlmenses scripturum esse. Caeterum de concordia nihil adhuc est actum: Tantum sententias Buceri huc pertuli. Optarim autem me de tota controuersia tecum coram posse loqui. Ego me non facio iudicem & libenter credo vobis qui praestis Ecclesijs: Et verum Christi praesentiam in coena affirmo: Nec velim

uelim esse autor aut defensor noui dogmatis in Ecclesia. ὁρῶ δὲ πολλὰς τῶν παλαιῶν συγγραφέων μαρτυρίας εἶναι, αἳ ἄνευ ἀμφιβολίας ἑρμηνεύουσι τὸ μυστήριον περὶ τύπου καὶ τροπικῶς. ἐναντίαι δὲ μαρτυρίαι εἰσὶν ἢ νεώτεραι ἢ νόθοι. σκεπτέον δὲ καὶ ὑμῖν, τῇ παλαιᾶς γνώμης ὑπερασπίζετε, σφόδρα δ' εὔχομαι τὴν εὐσεβῆ ἐκκλησίαν ταύτην δίκην δικάσαι ἄνευ σοφιστικοῦ καὶ ἄνευ τυραννίδος. Multi in Gallijs & alibi interficiuntur propter hanc sententiam, Et multi applaudunt talibus iudicijs sine uera ratione, & furorem tyrannorum confirmant. Ea res, ut uerum fatear, non leuiter me cruciat, Itaq. tantum hoc te rogo, ut hac de re nihil temere statuas, sed deliberes etiam ξὺν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ. Maxime uelim Concordiam fieri sine ulla sophistica, sed optarim etiam bonos uiros amanter inter se conferre de re tanta. Ita posset coire concordia sine sophistica. Non enim dubito quin libenter totum dogma recens abiecturi aduersarij si existimarent esse recens: scis enim multos inter illos viros optimos esse. Nunc ipsi se ad lanternam influunt, & quidem mouentur nonnullis testimonijs Ecclesiasticorum Scriptorum: hic quid censes faciendum? An vetabis

etiam

etiam colloqui nos. Equidem optarim nos & de hac re & de multis alijs saepe conferre una posse. Vides in certamine articulis & ipsos & nos multa explicare dextrius, postquam diligentius inter nos agitari ceperunt. Sed desino & te oro ut hanc epistolam in optimam partem interpreteris. Bene Vale. 21 Ian. 1535.

ex autogr.

Viro optimo Iohanni Brentio docenti Euangelium in Salinis Sueuius.

EIDEM.

Hum 83.) S. D. Mitto tibi formulam sententiae Buceri, quam nunc in publicis scriptis non obscure profitetur. Lutherus etsi non plane damnat, tamen nondum voluit pronunciare. Sunt, ut tibi quoque visum est expedire, ut tempus in consilium adhibeamus. Ius, suus suum autem ad te & alios multos scribere & vestras sententias explorare: An tolerandos esse iudicetis sic sentientes ac docentes? Qua de re volo ut mihi respondeas καὶ μὴ ἀζαρ φορτικῶς. Nam ego non pugno cum eis. Existimo autem ut ad Phoenicem suum inquit Achilles καλόν τοι σὺν ἐμοὶ τὸν κήδειν, ὅς κε με κήδῃ. Libet .n. tecum iocari: Sed extra iocum consulamus in commune tranquillitati Ecclesiae. Tu Aᵒ 1535.

Ex autogr.

Philippus Mel.

Clarissimo Viro, eruditione & virtute praestanti D. Henrico Paxmanno, Doctori artis Medicae, gubernanti Academiam Golpergensem, affini & amico suo carissimo.

S. D. Clarissime d. doctor, & adfinis carissime. Scio bonum esse ingenium Ducis Henrici, & pie factum est ab eo Augustae, quod interesse pompae persicae, in qua fit ἀρτολατρεία, noluit, ac filium Dei oro ut eum servet & gubernet. Sed quam sit periculosum respondere de quaestione quam & nobis & mihi misit, vides. Regula non est obscura: fugite idola. Hic si ἀκριβῶς iubemus relinqui Regulam, dicent aliqui multos infirmos in aulis damnari, filios & filias divelli a parentibus. Sin dicimus infirmitati quandam parcendum esse, quanti clamores aliorum qui sunt duriores excitantur. Et scis inflecti saepe responsa ad cupiditates. Scis multos etiam gaudere se calumniandi materiam nactos esse. Scripsi tamen aliquid. Sed fortasse non tam multa quam & causae magnitudo requirit, & nos postulatis. Mitto exemplum mei scripti iisdem verbis quod misi illustrissimo principi Henrico

Henrico, & oro ut pro eandem uestro boni consulatis meam facilitatem. Bene vale. Salutem uobis omnibus opto. die 3 octob.

Philippus Melanthon.

DE QUAESTIONE DUCIS HENRICI.

Anno 1541. ihm Reichstag zue Regensburg ward vom umbtragen und anbetung des Brotts disputirt, im Collogio, dabey gewesen sind Pfaltzgraff Fridrich Churfürst und Granuel, und lebet noch Herr Julius Pflug Bischoff zur Naumburg, Und setzt Ich diesen warhafftigen grund, Es kondte kein werg oder ding Sacrament sein, ausser dem eingesatzten brauch, als so man tauff wasser umbtragen wolt, und ein spectakel darnach machen, und dasselb anbeten das were nicht ein Sacrament, sondern offentliche abgötterey. Als nun Eck darauff nichts antworten kunte, fuchtet er sehr mit grossem zorn, und ist denselben abend Im Zorn weg gangen, hatt also gesoffen, dz er kranck worden, und sagte man morgens er were todt, Doch lebet er, und hatt ein febrim, das er zum Collogium nicht mehr kam, Ist auch hernach bald gestorben: Also hat diese propositio den Ecken gestürtzt. Wer nun diese Regel

betracht

betracht, das nichts kan Sacrament seyn, ausser dem ein-
gesatzten brauch, der kan leichtlich richten, dz die an-
bettung den umbtragen und bewegten Messen, abgottisch ist,
Darumb soll man die Regel halten: fugite idola. das
ist man soll sie nicht anbeten, soll auch der andern
anbetung nicht sterken, mit beysein, neygen etc.

Das man aber den Naaman anzeucht, Item die Römische
Kriegsleuthe, als Valentinianum, der uff Julianum in der
kirchen warten mussen, diese haben ihr bekentnis sonst
gethan, und kein zeichen der anbetung bey den Götzen
geben. Valentinianus schlug auch den pfaffen ins angesicht,
das er Ihn mit dem Götzen weihewasser besprengt.
Wer fundamenta dieser frage recht lernet, und recht
betracht, wird sich wissen noch der regula zu halten
Fugite Idola. Es sind aber viel menschen jung und alt
kinder, Jungfrawen, knaben, die noch die fundamenta
nicht gelernet haben, sind auch schwach. Mit diesen
halte man die Regel: Infirmum in fide suscipite. doch
das sie dociles sind, und wollen in anweisung sterker werden.

Ex autogr. Phil. Mel.

Virtute & eruditione praestanti, Magistro Hen-
rico Mollero Hamburgensi, fratri s. carissimo.

Non ed.? S. D. Carissime Henrice. fatum hoc est extrema senecta Mun-
di, quod propter multa vetera & recentia magna scelera horri-
biliter quassentur & Imperia & Ecclesia. ut videmus aliquot an-
norum tumultus, & quasi euripos, miras vicissitudines. Itaq.
& confirmemus animos ut ferre communes aerumnas discamus.
& petamus a filio Dei mitigationem. De tuo patre saepe in
his patriae tuae periculis cogitavi. Nec tantum ingeniorum petu-
lantia, rabies adversariorum, sed etiam αἱ αὐλικαὶ πολυπραγ-
μοσύναι Ecclesias turbant. Cur hic conventus ad Salam in-
dictus sit, ne nunc quidem scio. Hodie igitur, Deo juvante,
discedam, ad nos recta iturus, quod indicabis meae coniugi &
filiae. Heri eadem hora huc venerunt Stigelius & meus ge-
ner & Paulus Eberus. horum conspectus gratus fuit nobis
omnibus. Te quoq. vellem una advenisse, non quia referat
historiam synodi cognoscere, quam istic leges: sed quia hospi-
tes viros honestos & doctos videre & audire nec insuave nec
inutile est. Bene & feliciter vale. Salutem opto vobis
omnibus. die 29 Maij Philippus.

EIDEM.

Non ed.

S. D. Carissime Henrice. Etsi dubitabam an in patria esses, misi tamen istuc epistolam, à te ut litteras flagitarem. Magnopere te oro, ut a Reverendo viro D. Aepino petas ut aut scriptum mihi mittat quo respondeat de Baltheri dogmate, aut certe summam responsionis mihi significet. Maxime opto ut Ecclesiae nostrae sint ὁμόψηφοι, de re tanta praesertim. Et videbis in libro de Megapolitanis Ecclesiis me nominatim καὶ διαῤῥήδην scripsisse tuendum esse consensum nostrae Ecclesiae & Luneburgensis & Lubecanae. Dabis igitur litteras huic civi Witebergensi, quem existimo tibi notum esse, & petes à D. Aepino. De bello non libet scribere. Metuo futurum quod in veteri versu dicitur: κακοῦ ἀπ' ἀρχῆς γίνεται τέλος κακόν. Oro autem filium Dei ut poenas mitiget, & servet Ecclesiae reliquias. Carolus Imperator in oppido Villaco, cui ab Hyllo Herculis filio nomen esse putatur, exercitum colligit. Sed omitto haec. Salutem opto viro optimo tuo patri & nobis otio. Bene vale & rescribe. die 23 Iulij.

Philippus

EIDEM

Non ed.

S. D. Carissime Henrice. Semper & ingenium tuum & integritatem

integritatem amaui, & filium Dei oro custodem ecclesiae suae, ut studia tua ad communem salutem gubernet, & te faciat σκεῦος ἐλέους. Vulnera Ecclesiae uides, quae utinam sanet cinis ille aetq Samariae filius Dei, conspectus à Iacob in scala: Sed est etiam nostra diligentiae, sicubi occasio est lenire aliquas aerumnas. Quare quod facis, amicitiam nostram tuearis, & istic nos ueteribus amicis commendes. Cum Academia rursus conuenerit, optarim te ad nos redire. Nunc contagia luis & in hoc oppido & passim in uicinia uagantur. Quib. conditionibus pax facta sit inter Imperatorem & quosdam principes, qui bellum mouerant, scire nos existimo. Etsi autem magna iudiciorum & uoluntatum dissimilitudo est: tamen halcyonia in his regionib. esse gaudeo. Et reditus Ducis Ioannis friderici ad coniugem & filios expectatur. Rectius est etiam ducem Electorem Saxonicum in Pannonia bellum gerere quam in patria. Turci recens in Pannonia magnum numerum Equitum Germanicorum trucidarunt, inter quos duxerat fabianus à Schonaich, quem tibi notum fuisse existimo. Nunc quod faustum & felix sit, noster Elector in Pannoniam profectus est, qui & partem exercitus praemisit, quae habuit in faucib. Alpium, quam duxit praefectus noster

vicinia

vicinia in Sweinitz Robelius quem nouisti, & expertissimo virum fortem esse. Oro autem Deum ut dextras eorum regat & armet contra barbariem impiam Turcorum. Pagellas tibi meo more mitto. Salutem opto vobis omnibus. Honest. viro patritio, dulcissimis fratribus, R Dno Aepino, Delio, Martino, Ricebergio & alijs amicis. Bene vale & rescribe. flagito & a Dno Aepino literas. Witeberga. die 7 Sept.

Philippus

EIDEM.

S D. Carissime Henrice. Opinor te meminisse versum, quem saepe recito: ἔισ ὀμμαετ᾽ ἐυνοῦ φῶλοσ ἐισβλέπειν γλυκὺ. fuit igitur conspectus fratrum tuorum magnae mihi voluptatj: Et sermonibus Ioachimi honestissimis valde delectatus sum. Nunc te expecto, & filium Dej oro, ut nos omnes doceat & gubernet. Halcyonia adhuc habemus ipsius beneficio, quae ut sint diuturna faciat. Duos amisimus amicos, Erasmum Saluelden tem qui in patria mortuus est & franciscum Hispanum Argentorati mortuum: quos & studia & aetas doleo tam cito ex hac statione abductos esse. Bene vale & rescribe: aut aduenias. Salutem opto vobis omnibus.

Philippus.

non ed.

EIDEM. in aula inclyti principis Nassauij.

Non ed. | S. D. Doctissime uir & carissime frater. Cum sciamus non uolui casu res humanas, sed uere esse Deum aeternum, mentem conditricem omnium rerum & in genere humano colligi aeternam Ecclesiam per filium Dei, uoce Evangelij: annitamur ut vox doctrinae propagetur ad posteros, &, quantum suo quisque loco potest, laboremus, ut sit & servetur Ecclesia. Ideo cogitaui ante hoc tempus de te in hac militia retinendo. Consilium ualde placet Mordisio, & meo genero, & nostro Pastori. Nondum retuli ad Senatum Academiae, quia contubio Ebrardi praebebit occasionem referendi. Et cum Aula ostendet illi suam sententiam, ut in illis suis montibus maneat, quia Coniux a migratione abhorret, omnes sine dubitatione tibi uolent commendari munus honestissimum docendae ebreae linguae & doctrinae Ecclesiae. Hos duos labores in Ecclesia Dei suis omnium maxime necessarios esse. Te igitur expectabimus, & oro ut uenias ad nos, nec anteferas alias uocationes. Cogites Academias esse Ecclesiae speculas, Deo iuuante. Bene uale. die 15 Maij. Ao 1559.

Post iter nostrum haec acciderunt tria praecipue. Pastor Eccl. Ienensis

Ienensis Andreas & Victorinus capti sunt & adhuc retinentur captiui. Dux Luneburgensis franciscus Otho mortuus est. Exercitum Dux Adolphus colligit ut Ditmarienses opprimat. Sed urbes in littore maioris aliud agi existimant, q̃d forlasses ex- tus cognosces. Salutem tibi optant meus Gener & Pastor. Me- us gener scripsisset, nisi febri impediretur. Philippus

EIDEM.

S. D. Clariss. uir & cariss. frater. Non solum in Academijs sed ubiq. in omnibus vitae gradibus, periculosa est Veritatis pro- fessio: quam tamen Deo debemus ubicunq. nos collocat. Et scis non aliam militiam magis necessariam esse q̃ haec est recte docentium, quae etiamsi est difficilis & periculosa, tamen aliq̃s esse necesse est, qui eam non defugiant si uocentur. Et te pio consilio, nulla priuata cupiditate ad hunc locum accersitum qui qualis qualis est, tamen adhuc antelferendus est Caeteris Aca- demijs quas nouisti, & propter doctrinae genus & ppt̃ Concordiam docentium. Fratris igitur tui sententiam laudo & te adhortor ut huc uenias, & filium Dei sedentem ad dexteram aeterni patris, ore dona det hominibus oro ut nos recte gubernet, & seruet Ecclesias

Non ed.

& servet Ecclesias ipsum recte invocantes. Bene vale. die 19 Iulij, quo die inchoat mea filia coniunx Caspari annum 28. Deus adsit nobis. Nunc sexto est gravida. Salutem opto fratrib. tuis & d. Paulo. 59.

Philippus.

EIDEM.

S.D. Doctissime vir & carissime frater. Credimus filium Dei sedere ad dextram aeterni patris dona largientem hominibus. salutarem dra vocem, quem invoco & oro ut nos gubernet. Placet nostris, ut tibi tradatur locus Forsterj, & in prophetica enarratione, & in linguae Ebreae interpretatione. Quare optamus ut non recuses in nostra Academia servire, & reditum tuum expectamus. Vicini capti viris modestissimis Andrea pastore Ienensi & Victorino, multorum animos offenderunt. Spero Deum nos gubernaturum esse & protecturum, & ut nos guber-net & protegat, assiduis votis eum oro. Belli initia in vicinia patriae talia sunt, ut existimem te in Academia libe-rius futurum esse quam in patria. Ex illo littore olim Cimbri & Teutones, deinde Gotthi, Heruli, Vandali, egressi quantas vastationes fecerant? Sed Ecclesiam & nos in ea filio Dei commendemus. Illustri Comiti Adolpho & nobis omnibus salu-tem

tem opto. Bene vale. Calendis Iunij. 1559.

Philippus Melanch.

EIDEM.

S. D. Clarissime vir & carissime frater. Etsi nihil est occultum in mea natura, tamen etiamsi quid arte involutum unquam voluissem: tot annorum domestica consuetudo id tibi ostendere potuisset. Quare tibi meum pectus notum esse non dubito. Scis me & Aristocratico statui favere, & maxime optare, ut in Ecclesijs luceat veritas: & ut sit nostrarum Ecclesiarum pia & aeterna coniunctio. Libenter igitur vestris gratificati sumus. Et te in Disputatione adfuisse optarim quae placida & plena gravitatis fuit. Usui etiam nobis postea tua dextra fuisset in scribendo; sed fratris consuetu. de tibi dulcior fuit. Oro autem filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, ut te & totam familiam vestram protegat & gubernet. A te vero peto ut de tuis rebus Sypriminum ad nos scribas. In urbe Ratispona Dux Wirteber gensis jam hospitium conduxit Theologis, quos adducet: qua de re heri literas accepi. Transsylvani hac conditione se dediderunt filio Johannis, ne ad ipsos Turci adducantur.

fortassis

Fortassis Deus hoc modo Ecclesias earum leget. In reliqua Hungaria quae propior est Austriae, grassantur Turcici milites, qui sunt in praesidiis, & recens quatuor millia hominum abduxerunt. Ex his delectis robustiores viros iussilitii Turcico mox miserunt ad tyrannum in Thraciam. Sed exercitus novos Turcicos nondum venisse in Pannoniam audio. Salutem opto vobis omnibus & nominatim fratri tuo sponso & sponsae. Bene Vale. pridie Cal: Juny. A° 1556. Philippus.

Viro optimo D Petro Modmanno, Coloniae Agrippinae: amico suo carissimo.

Hon. D. S.D. Epistolam ad te misi per eos qui Francofordiam proficiscuntur, quam reddi tibi optarim. Scribo rarius non aliam ob causam, nisi quia scio scholasticorum literas à Mercatoribus negligentissime curari. O duram militiam nostri ordinis, quum praecipua vitae bona tueatur: tamen non solum contemnitur, sed etiam in odio est Centauris & foeneratoribus. Sed ferenda sunt haec ἀνάγκαια νοσοι. Et forti animo fero. Academia nostra, Dei beneficio adhuc tranquilla est. De te saepe loquimur, & precamur ut instaurationi Eccle

siae

siarum nostrarum Deus aeternus pater D. N. I. C. adsit. Hunc Magistrum Lanarientem Martinum tibi commendo. Diu fuit auditor noster, & est integer. Cupit servire alicui Ecclesiae apud vos. Quare curabis eius rationem haberi. Mitto tibi duas conciunculas, quarum lectionem tibi non iniucundam fore arbitror. Impertias & seni nostro Nestori Cesario. Tuas literas avidissime expecto vel teipsum potius. Belgici belli furias utinam Deus aeternus pacis autor opprimat. Sed sunt fatales poenae, quas tamen ut mitiget Deus oramus. Quaeso ut hunc Magistrum Lanarientem sicio a me commendatum tibi esse ducas. Bene Vale. 20 Martij

Philippus.

Epistola Philippi ad Vitum Theodorum: è comitijs Aug: Anno 1530::

S. D. Quaeso te, mi Vite, ut per hunc tabellarium de valetudine doctoris & omnibus nostris rebus scribas. Nos non minus sumus hic Monachi quam nos in illa nostra arce. Nihil enim videmus hic, nihil audimus quod quidem delectet. Atque hoc nomine vos beatiores estis, quod

minus

quod minus multa istic perferuntur q nobis molesta sunt. Cuicquid pariet noui conuentus ex me scies. Hodie aut cras dicitur adfuturus Landgrafius. Vale

EIDEM.

ed. S. Gratam mihi rem scripsisti, qd ad me de Doctoris ualetudine, deq. alijs rebus scripsisti. Nulla alia in re potes mihi magis declarare quam officio scribendi, quanti me facias propterea rogo uel crebrius scribas. poteris .n. ad Ioachimum ad Osiandrum, aut Wenceslaum mittere qui curabunt ad nos perferri. De cura Doctoris & de somno sane sum solicitus. Tuum erit, officium praestare uel communicatione sermonis uel alijs artibus ut crebrius sit animo quam minime occupato: tametsi scio cuiusmodi sint eius παθη, quae non possint excuti humanis rationibus. Confugiamus igitur ad Deum. Nostri recte ualent. Caesar expectatur breui huc, ut aiunt, uenturus: sed de his ad Doctore scripsi. D Doctori dices nos ei uinum illud uestrum inuidere. Nam hic miseri esurimus & sitimus. Bibimus ρεκχερινον uetulignam medicamentum, sed adeo tenue adeo austerum adeo crudum, ut primo statim die Chris

tianum

Christianum Cancellarium convicerit in πολιτικῃ. Ego dono
emo creticum, quod una bibit Pontanus interdum. Si dns doctor
valebit & erit incolumis omnia recte habebunt. Nam etiam de con
ventu bene sperare iubemur. Vale & rescribe ἀπὸ [illegible]. Ego
breui excurram ad vos, ut adferam d. doctori recognoscenda
apologiam, quae Caesari exhibebitur. Vale postridie [illegible].

EIDEM.

S. D. Officium tuum, mi Vite, fuit mihi gratissimum. Li
terae etiam iucundae fuissent, si laetiora de Doctoris valetu
dine scripsisses. Nunc te oro ut hortaris eos doctorem ad curan
dam valetudinem & remittendos labores. Hac in re puto te
universae Ecclesiae operam navare, quam hoc gubernatore ali
quam habemus. Uxori doctoris lectissimae feminae fac ut
scribas per hunc nostrum tabellarium. Iussi .n. eum expe
ctare vestras literas. Civis [illegible] Augustanus, & ei nobis cum lu
tui ut Witebergam proficiscatur: poterit igitur nobis inde
literas afferre. Rogo te etiam atque etiam ut saepe ad nos
scribas. Caesar nondum adest. Caeterum sit de voluntate Ca
esarij consilij fama ex literis ad Dn. Doctorem scriptis
intelliges. Ridebis una cum doctore propositiones factas

Contra

contra Eccij calumnias. Sunt inepta. Sed sic ars deluditur arte
vale.

EIDEM.

Hen ed.

S. Scripsi dolorj causam mei silentij: liberabitis igitur me hac cura. Nam quaestor noster conducit istum nuncium, qui modo perferat has literas. Oro igitur te, mi Vite, ut adhorteris Doctorem ut ad Landgrafium scribat. Ipse forlassis suspicatur parum se posse proficere: verum ut adhuc res est, aliqua in spe sumus, non fore inutiles ipsius literas. Novi nihil habemus, nisi quod Caesar intra biduum dicitur affuturus, quod faustum felixque sit. Quid nobis sperandum sit de eius voluntate, adhuc divinare non possumus. Sed minus odij haberet causa nostra nisi Cinglianj eam pregravarent, qui non modo dogmata habent intolerabilia, sed etiam seditiosissima consilia ineunt opprimendi Imperatoris, ac mihi videtur res permanare ad Imperatorem. Vide ut mox respondeatur. Vale. postridie Trinitatis.

EIDEM.

Ed.

S Iam expectatam a te literas cum has ad te darem. Nihil enim dubito quin Tabellarij nostrj ad nos pervenerint, qui bene unam ob causam missi sunt ut certo redderent literas

literas. Scire cupio utrum sit factus placatior Doctor, & quid iu-
dicaverit περὶ τοῦ ἀπολογισμοῦ. Hic nihil iam agitur.
Nam adversarij adhuc deliberant quid respondendum sit
postquam nostra confessio exhibita est. Expecto prodigiosas ca-
lumnias. οὐ πάνυ μέλει τῷ αὐτοκράτορι τοῦδε πράγ-
ματος. Res geritur per fabrum, Campegium & similes.
Hos habemus iudices. Quid igitur futurum sit facile ex-
istimari potest, nisi Deus nos servaverit. Orabitis igi-
tur Deum pro nobis. Vale.

EIDEM.

Edita

S. D. Medicus rescribit Doctori, ac videtur requirere ut
doctor remittat acerrimum studium, unde hic morbus
oritur. Scis doctorem expostulare mecum solere quod sic
praeceptorum de curanda valetudine obliviscar: Eadem iam
de ipso amici iudicant. Quare te rogo ut eum admoneas
ut sibi quoque sapiat, μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.
Instat meo iudicio καταστροφὴ comoediae, quam aliqui
mitiorem fore promittunt opinione nostra, verum mihi
non persuadent. Wellerus habet literas ad quandam
quaestorem de stipendio Doctoris, quas iussi ad ipsam Do-
minam

minam perferri. hoc quoq. indicabis Doctorj. Visus est mihi stomacharj propter meas disputationes: Ego tamen non dimitto eum. Instauro enim certamen, neq. id facio aliam ob causam, nisi ut collatis ipsius cogitationibus cum nostris, si quando opus sit, commodius ista explicare queam. Tu igr placabis mihi eum. & rogabis ne grauetur respondere. Vale.

EIDEM.

Ed. S. Significa mihi, mi Vite, utrum Doctor acceperit depictam Viennae obsidionem, quam ei misi. Quod si nuncius noster non reddidit, manifesta est perfidia. Misi enim belle adornatam & pictam imaginem, ac suspicor nuncium uendidisse. Aliquoties conduximus nuncios, ac deprehendi in hac Sueuica natione non solum insignem esse stoliditatem, sed etiam perfidiam hoib. Germanis indignissimam. Vale

EIDEM.

Ed. S Mirifice consternati sumus lectis tuis literis, in quibus signi ficasti Doctorem nostras literas ne aspicere quidem uelle. Itaq. statim ad eum placandum heri scripsimus, & de nostro tabellarium conduximus. Sed fortasse antevorket eum fabraria sius: quare & huic dedimus literas. Vides quo in loco quanto in periculo uersemur, in maximis negotijs,

ubi

ubi consilio & consolatione Doctoris nobis opus est, et ipsius au-
toritatem sequimur: qui si nos destituet, quid periculi
conjunctum sit facile potes judicare. Et stomachatur nulla causa.
Poteris nobis rescribere per nostrum tabellarium. Hic nihil
adhuc fit, quod scribere referat. Nostram confessionem ex-
hibuimus, de qua qualia facta sint judicia sciemus, cum
ipsi respondebunt. Misimus tibi confessionis exemplum,
quod apud te retineas, ne emanet in publicum. Sed de ea
judicium Doctoris mihi rescribe. Vale.

EIDEM

S. Multis modis affligimur, mi Vite. Hic consumitur
mihi omne tempus in lacrymis et luctu. A vobis etiam
nihil accipimus literarum, quae nos consolari vel maxime
poterant. Et reijcitur in nos culpa. Vere affirmare pos-
sum nos saepe scripsisse, sed nescio qui fiat quod non sine
perlatae literae. Rogamus te ut horteris Doctorem ut scribat
Landgrafio: oro te etiam atque etiam ne desinas eum hortari.
Videtur enim facturus utilem universae Ecclesiae et rei-
publ. De nostris rebus et quid hic fiat scripsimus
Doctori, qui tibi haud dubie ostendet nostras literas. Itaque

repetere

repetere nolui. Non enim multum hic nobis otii est. Vale.

EIDEM.

S. Non potui impetrare ut ex aula certus nuncius ad vos mitteretur. Nostri enim videntur de industria τὰς ἐκκλησίας [illegible] negligere. Itaque varie afficior cum respicio, quales exitus habeant violenta consilia. Cives tui ex Norico valde succensent nobis quod reddimus iuris dictionem Episcopis. Fremunt et alii socii et indignantur regnum Episcopis restitui. Ego tamen etiam duriores conditiones arbitror nobis accipiendas esse propter publicam Ecclesiae tranquillitatem et concordiam. Sed fatalis aliqua necessitas urget Germanos. Hae literae sero ad nos pervenerint: Tu tamen operam dabis ut rescribat Lutherus. Nondum enim ab illo accepimus responsum istis de rebus, de quibus maxime cupiebamus eius audire sententiam. V.

EIDEM.

S. Magis ut morem retinerem scribendi, dedi Aquilae literas, quam ut haberem dignum quicquam relatu. Eccius his diebus questus est apud suum quendam amicum, Caesarem pene totam scripti sui partem induxisse: ac suspicor quod propria sibi ornamenta deleta esse, hoc est, insignia mendacia et sycophantias stolidissimas. Τὸν [illegible] ἐπονομάζουσι aiunt etiam in

in eo consilio dixisse, sibi uideri Non profuturam ad pacem & concordiam illam odiosam commemorationem omnium q ante annos decem uel scripta sunt uel acciderunt. Nihil tamen audiuimus pacatum. Orabitis igitur Χριστὸν ut nobis donet exitum tranquillum conuentus. Nulla magna res adhuc fuit in deliberatione Imperialis senatus, propter causam religionis, quae cum ita extrahatur, mirum est hic de omnibus rebus silentium. Quotidie mittuntur Roma ad pontificem nuncij, qui quales ha beant consilia non satis scire possum, etsi intellexi, quid de Confessione nostra initio iudicarit. Vale.

EIDEM.

S. D. Non possum uerbis consequi quanto dolore nos affecerint literae tuae, in quibus significasti Doctorem sic irasci nobis ut nostras literas ne legat quidem. Scis quo in loco simus, quanto in periculo uersemur omnes. hic nobis maxime ipsius consilio & consolatione opus est: Itaque statim hodie conduxi nuncium qui istuc perferret nostras literas, & ut placaremus ipsum & ut de certis reb interrogaremus. Non obsignaui, ut tu legas & recites uel inuito. De literis ad Landgrafium scriptis habeo

tibi

tibi gratiam quod tandem extorsisti. Spero profuturas. Ac qui-
dem nobiscum subscripsit in Confessione ubi inest etiam arti-
culus περὶ δείπνου κυριακοῦ iuxta sententiam Lutheri. Con-
fessio nostra est exhibita Caesari: Is mandavit ne excudatur.
Itaq. cavebis ne emanet in publicum. Principes enim pro-
miserunt Caesari, se daturos operam ne spargatur in publicum.
Pomeranus haec officia ignorat: Ideo volo Witebergam mitti.
hac in re fidem probabis tuam mi Vite. In Italia
exoritur novus Lutherus, cuius ad te propositiones mitto.
Vale. Sontags nach Trinitatis.

EIDEM.

ed. S. Habeo tibi gratiam, mi Vite, tam officiose curanti nostra
mandata. Si Deus reddet nobis tranquillitatem, dabimus
operam, ut intelligas te haec officia apud gratum dominum
posuisse. Iam mihi eundum est ad Campegium Cardina-
lem. Sum .n. accersitus. Is mihi egregie verba dat. Cum
quidem suavissime disputet: tamen alibi nos impugnat.
Ait se posse concedere usum utriusq. speciei & coniugium
Sacerdotum. De Monachis autem, clave non errante, dis-
pensari non posse. Audi novam religionem pontificiam!

Nunc

Nunc primum quærunt ubi erret clavis, cum hac omissa
quæstione, antea nihil non potuerint solvere & ligare. Vale

EIDEM.

S. D. Ante prandium significavi tibi, Me ad legatum Cam
pegium ire, a quo cum redijssem, intellexi nuncium qui li..
teras attulerat, ad vos rediturum esse. Duxi igitur tibi per..
scribendum esse quid cum illo egerim. Summa fuit ora..
tionis illius, Se nihil posse decernere nisi de voluntate
principum Germaniæ: tametsi quarundam rerum rela..
xandarum potestatem habeat, quam invitis principibus uti
non sit utile. Porro voluntas principum est ut dum coga
tur Synodus, omnia restituamus in veterem statum. For..
te ad legatum veniebant Eccius & Cochlæus, ex quibus
satis videor intellexisse nihil agitare adversarios nisi
ut vi opprimant nos. Nondum hæc promulgata sunt:
Sed tamen non nulla arbitror mitiora nobis decreta
proponentur. Vale. 8 Iulij

EIDEM.

S. D. De nostra causa nihil adhuc decretum est. Orandus
G igitur Christus ut flectat principum animos ad pacem qui

clarissimi

atrocissime nobis minantur. Capito & Bucerus adsunt: id hodie
certo comperi. Nam ita latent ut non quibuslibet sui copiam
faciant: Me tamen rogaverunt ut ad se veniam. Nondum
accessi, nec puto id utile esse. Dicuntur de me inimicissime
loqui. Scripsi Lutero quandam quaestionem de qua Capito
cum mihi respondere: Erat gratum mihi facias, si cum hoc
laboris ut in tempore mihi respondeat. Fortasse enim opus
erit ea disputatione, ubi respondeant οἱ ἀντίδικοι. Va-
le. postridie Margaretae.

EIDEM.

ed.

S. De nostris reb. omnibus per Walterum scripsi, qui heri
hinc abiit. Nunc tametsi nihil habebam quod scriberem,
tamen nolui inanem dimittere nuncium, ut vobis probemus
nostram assiduitatem. Heri rescivi ex Othone Beckman,
qui in dicenda sententia in Senatu Imperii, summo studio adhor
tari solet principes ad pacem. Campanum illum nostrum
qui nova dogmata Torgaoe ante discessum nostrum attu
lerat captum esse a Leodiensi. Eundem putant & ultimo
supplicio affectum esse: sed hoc postremum nondum certo scitur.
Hoc dicas doctori. Tumultus urbis Lubecensis praeter hoc

sermones

sermones adversarijs περὶ ἐπιεικείας. Curã ut mihi re-
spondeatur. Vale. 5 Calend. August.

EIDEM

S. D. Tandem audivimus confutationem nostrae Confessionis,
sed audivimus tantum. Nam ut nobis exhibeatur impe-
trare non possumus. Id meo iudicio fit certo iudicio pruden-
tum qui vident subtiliter scriptam si prodeat magis obnoxi-
am censurae et irritaturam ingenia nostrorum. Adhaec syco-
phantae Theologi obtruserunt eam optimo Imperatori ut suo
nomine praelegi curaverit. Hanc λεοντῆν suae factioni cir-
cumdare voluerunt ut nobis terribiliores essent. Nunc si pro-
diret parum responderet dignitati Caesaris. Boni viri oẽs
in nostris partibus visi sunt mihi tranquilliore ac firmiore
animo esse facti, auditis illis ineptijs. Intelligunt enim
nullam apud adversarios religionis scientiam esse. Ergo q̃
autem qua sententia sit Caesar ostenderit: tamen adhuc
de eo mitigando habentur consilia. Chrs largiatur nob. pacẽ.
Tota res ab adversarijs agitur miris technis ac dolis. ij-
dem sunt et adversarij et iudices. Vale. 6 Augusti.

EIDEM.

Islebig

ed. S. Islebius scribit Lutero mirum quandam historiam de quodam Spirensi spectro. Res e diligenter inquisita & explorata, maximeque ἀξιοπιστος: Nec e difficilis interpretatio prodigij. Certum si verum est quod dicunt respondisse illos impostores spiritus se Augustam ad conventum proficisci. Nam hac consilia pacis turbare conabuntur. Sed christus respiciat & defendat nos adversus Diaboli crudelitatem. Nihil adhuc certi de exitu conventus polliceri possum. Nam res trahitur utrinque disputationibus parum facientibus πρὸς ἔπος. Talis est aulica philosophia, longe dissidens a nostris opinionibus. Valde peccamus mi Vite, quod in aulam importamus θεολογίαν. Quare nihil in vita unquam ardentius optavi quam ut me eripiam ex ipsis aulicis deliberationibus prorsus vel cum magno meo incommodo expediam. Vale. 8 Augusti.

EIDEM.

ed. S. Nondum habemus καταστροφὴν nostrarum rerum, tametsi appropinquare videtur. Nam aut certis conditionibus pacem faciemus, aut si conditiones aequae reperiri non poterunt, habebimus atrocia edicta ut omnes ritus, omnia instituta vetera restituantur. Ac facilius facere pacem possimus, si nostri essent

paulo

paulo tractabiliores. Tui cives valde reprehendunt vestram ἐπιείκει-
αν, Sed his, ut spero, si modo contingat pax facile satisfaciemus.
Mitto tibi exemplum epistolae Nazianzeni qui vocatus ad synodum
negat se venturum esse, quia nullius synodi exitum bonum vi-
derit. Hoc nobis de conventibus istis nostris videtur senex
ille Gregorius vaticinatus. Leges Doctori. Verti enim Joachimo
scripseram hoc exemplum, sed quia in longo habet quasdam li-
turas, aliud ei parabo. ἔῤῥωσο.

P. Camer. 145.

EIDEM.

Ed.

S. Dedi nuncio Witebergensi literas ad Doctorem, maxime ut
occasionem vobis offerrem scribendi Witebergam. Jussi enim ut
expectet nostras literas nuncius. Quod hic fiat significavi Doc-
tori. ἐπιείκεια videtur praeluxisse. Nunc expectamus καταστρο-
φὴν, quam faciat Christus tranquillam & pacatam. Res pen-
det in arbitrio Caesaris qui propediem discernat. Nam in collo-
quio nostro non potuit ita convenire ut conditiones omnes recipe-
rentur. Et tamen arbitror tantundem fuisse periculi apud Caesa-
rem etiamsi conditiones illas accepissemus. De Bucero idem
mihi videtur: Simulari ad tempus studium concordiae, Et
suspicor subornatum esse ab his qui nos cum illa factione

semper

semper coniungere conati sunt. Tui cives mirifice criminantur
me propter restitutam Episcopis iurisdictionem: Interim dissimulant
quid debeant ipsis: & cavillantur in nostris actionibus quaedam
alia de Sanctis. ἔῤῥωσο. Hinc usque opter in Conventu Aug.

EIDEM.

ed. S. Osiandro dicas me nactum esse duas formas graecae missae
quarum altera Chrysostomi, altera Basilii est. Has initio harum
turbarum princeps Fridericus curavit sibi e Venetiis. Additae sunt
quaestiones, ad quas Ianus Lascaris rescripsit sua manu. De privatis
missis respondet, apud Graecos in parochiis tantum fieri missam
in dominicis & festis, & quidem unam & communem. In Mo
nasteriis fieri quotidie, sed in singulis una & publica tantum.
Haec conveniunt pulcre cum nostris moribus. Describam
Osiandro, ubi absolvero politiam quam nunc recudo &
ornare studeo, Et explicabo ibi controversias plerasque integre
quod erit, ut spero utile. περὶ τῶν ζητήσεων: εἰ ἔξεστ
ἀντιπολεμεῖν nolim te odiose rixari. Melius hoc post vic
toriam disputabitur. Sed oremus ut Deus pacem det & tueatur
nos, qui sane multipliciter sumus aerumnosi, Et ipse exaudit
humi

humiles & miseros. Audi miram historiam, quam recitabis Spanglero. Gothae iuvenis nuper ex peste decubuit: Is anno superiori in Viennensi praesidio fuit. Audio pium & modestum ingenium fuisse, & triduo antequam aegrotare coepit, sumserat corpus Domini, iam tum de morte praesagiens. Hic horis fere quatuor jacuit exanimis ut mortuus crederetur, postea respiravit & revixit, & coepit laetus dicere se iam vidisse christum & scire aliam vitam post hanc vitam restare, quae contingeret haud dubie credentibus. Hortatus est ad pietatem, & commemoravit mira gaudia alterius vitae. Et ne credi posset error mentis haec dicere, addidit se relinquere hoc testimonium quod de morte sua ipsis praediceret. Se moriturum esse antequam tertia hora praeteriisset. hoc ita accidit. Habemus exempla egregia confirmantia fidem & autoritatem doctrinae nostrae. Cultros accepi: sed de his cum venero. Vale. postridie Martini. Doctor sic satis valet. Admonui ut scriberet, sed nescio an nuncius sit expectaturus illius literas. Mitto tibi meam quandam epistolam hic impressam una cum Georgii poëmate. Iterum vale.

Clariss. Viro, prudentia, eruditione & Virtute praestanti, dno Cunrado Neseno, Syndico in Urbe Lusatiae Sitta, fratri suo carissimo.

Non ed. S D. Clarissime Vir, & carissime frater. Magnum mihi dolore adfert agitatio de morbo tuo: Sed spero te consolationes, quas DEUS nobis coelestimis testimonijs tradidit, mente intueri, & morbo & maestitiae remedia adhibere. quod & ego in meo morbo facio. Defluit mihi larga pituita in pectus, quae mihi mortem minitatur, & commonefactio est ut saepius de amicis aegrotis, deque mea morte cogitem. Certo scimus Deum vitae datorem esse, qui donec vult, nos in hac aerumnosa militia Communi societati servire, Confirmat vires corporis. Hunc toto pectore oro, ut & tibi & mihi adsit & nobis opem ferat, leniat morbos donec nos vult in hac vita manere, & per filium Dominum nostrum Iesum Christum & per eum, cum ex hoc carcere nos dimittet, ducat ad dulcissimam coelestis Ecclesiae consuetudinem & ibi frui concedat sua luce & sapientia. Hunc fontem intue amur, & spe ac expectatione illius melioris vitae minuri maestitiae praesentes aerumnas feramus. Ipsi etiam filio Dei posteritatem nostram Commendemus, qui affirmat se semper

Eccles

Ecclesiæ custodem esse, nec passurum esse ut tota deleatur. Hic defendet reliquias contra turcica arma & contra alios furores. Discernamus in his cogitationibus sapientiam à Deo patefactam à philosophicis disputationibus quæ mundum & homines ex atomis componunt & casu volui omnia fingunt, & erecti testimonijs diuinis certo statuamus nos & nostros filio Dei curæ esse. His cogitationibus in meo morbo mœstitiam lenire studeo, nec dubito quin idem facias in tuo morbo. Dauidem Bormannum tibi commendo. Scripsi de eo vicissim ad Senatum vestrum, teque oro, ut tua autoritate adolescenti pio & honesto opem feras. propter tales etiam Deus mitigat publicas pœnas. Bene valete. 10 Iunij. 1558

Philippus Melanth.

EIDEM.

Non ed.

S. D. Integerrime vir, & carissime frater. In hoc itinere nostro quotidie de te loquuti sumus, Ego, Gener meus & alij multi honesti viri, & miscuimus vota illis sermonibus, ac Deum precati sumus datorem vitæ præsentis & æternæ, ut & leniat tibi morbum, & in corde vera consolatione vitam æternam & æterna gaudia tibi tribuat. Scimus nos

non

non ad huius aerumnosae vitae brevae spatium tantum natos
esse, sed ut aeterna Dei & Domini nostri Iesu christi consue-
tudine fruamur, qui multos homines ex morte in vitam revo-
cavit ut testimonia ostenderet vitae non desiturae. Erit
certe in tota aeternitate discrimen inter cultores Dei &
hostes Dej: inter Joannem Baptistam & Herodem, inter Pau-
lum & Neronem. Intuentes ergo futuram vitam & futu-
rum discrimen, erigamus nos promissione filij Dej & laeti
expectamus & expectemus ipsius consuetudinem, in qua
sapientiam eius in coetu Ecclesiae coelestis coram ~~te~~ audiemus
& laeti contemplabimur & celebrabimus eum. Scimus
filium Dej nobis donatum esse, ut & peccatum & mortem
deleat, & nobis certo restituat iustitiam & vitae aeter-
nae gaudia. In his consolationibus acquiescamus, donec
coram filium Dei cernemus, audiemus & complectemur.
Oro autem ipsum filium Dej, Dominum nostrum Iesum
christum ~~ut~~ crucifixum pro nobis & resuscitatum, ut
tibi animae vires confirmet & corporis morbum leniat.
Datae in urbe Budissin. XXX Junij. 1559.

Philippus Melanthon.

Clarissimo Viro, eruditione et Virtute praestanti
Thadaeo Hageco, verae philosophiae cultori,
amico suo carissimo.

Noncd.

S. D. Doctissime Thadaee. Quod praemonitiones tuas pias de veni-
entis anni periculis ad me misisti, & de tua erga me benevolen-
tia amanter scripsisti, & debeo tibi & habeo gratiam: Et volo inter
nos perpetuam amicitiam esse. Editus est recens liber a Concio-
natoribus aulae Turingicae contra significationes astrorum, in
quo Academia nostra suggillatur. Sed semper fuerunt, sunt
& erunt Hypocritae inimici verae philosophiae: Quibus in his
rabies est maior iniusto odio nostri. Sed nos iudicia istorum
non exhorrescimus & coniunctionem nostram tueamur. τέττιξ
γὰρ τέττιγι φίλος μύρμηκι δὲ μύρμηξ. Quo anno
& mense facta sit constitutio de pulcerrima Electorum Aristo-
cratia nondum certi sumus. Sed Urspringensis, cui plurimum
tribuo, affirmat Othonem Tertium initio anni millesimi
primi mortuum esse: cum anno millesimo omnes scribant &
terram tremuisse, & conspectos esse Cometam & hiatum ingentem.
Credo eius anni eclipsin & insignes coniunctiones reperiri posse.
Nam terraemotum & Cometam sine dubio insignes astrorum
positus

positus antecesserunt. Existimo autem ipso millesimo anno constitutionem de Electorum collegio factam esse. Sed inquiram haec diligentius et primum plus otij habebo. Bene vale: et ad nos saepe scribito, donec colloqui possumus. Iterum vale. Calend. Martij, quo die magni flatus fuerunt, ut tu praedixisti. Mitto tibi oratione de principe optimo, et digno memoria Eruditorum

Philippus.

Mitto et Peucerj librum de metiendis locorum intervallis, de quo mihi tuum iudicium significato.

M. Benedicto Schuman: concionatori
in Salinis Saxonicis.

Non ed. S. D. Hanc ad te, Reverende Benedicte, epistolam scripsi eo die, quo memoria celebratur dulcissimi congressus Mariae et Elisabethae, quarum historia nos consolemur et erudiamus. Ecclesia erat tunc coetus ille exiguus oppressus oppressus ab Herode, Pharisaeis, Sadducaeis et impia multitudine. Non igitur miremur nunc quoque Ecclesiam paucorum piorum agmen esse. Deinde quantis in miserijs illae matronae fuerunt Elisabetha et mater Maria? Viderunt a Ptolemaeo interfici triginta millia Iudaeorum et superstites cogi ut vescerentur interfectorum carnibus. Postea Elisabeth vidit interfici Zachariam maritum: fortassis et filio superstes fuit.

ferumus & nos communia Ecclesiæ mala, nosq. cogitatione pietatis & fortitudinis matronarum illarum consolemur. Jam quanto sy-nodus illa Mariæ & Elisabethæ antecellit Synodo Tridentinæ? οὐ γάρ συμβλητὸς ἐστι χωὸς βατος οὐδ᾽ ἀγαμωνα προς ἄγδοες inquit poeta: Sed longe maior dissimilitudo est harum synodo rum, cum Tridentina corruptelas veræ doctrinæ ediderit. Simus igitur in simplici doctrina tuenda vigilantiores & concordiam tueamur, nosq. complectamur ut illæ matronæ. Bene Vale.

Philippus.

Clariss. Viro & egregia eruditione & pietate prædito M Petro Fuldenero pastori Ecclesiæ Waltherhusanæ amico suo.

S D. Intelligo ad munus docendæ adolescentiæ Waltherhu-sanæ delectum etiam iudicio Viri clarissimi d. Friderici hunc Iohannem. Cum autem & mores & studia Ioannis norim, maxime probo Friderici iudicium. Nam & mores sunt integerrimi & pleni officij & modestissimi: & in literis ita dextre & feliciter versatus est ut solutam orationem & versus praeclare scribat. Forma etiam solutæ orationis colorem & elegantiam Antiquitatis refert.

Non ed.

refert. Quare tibi carissime Petre hunc Iohannem commendo, Teq[ue] rogo ut humanissimo Senatui vestro meum de ipso testimonium exponas. Gaudeo te tali modestia & eruditione praeditum gubernatorem scholae habituram esse. Quid enim foelicius quam consensus nostri collegij, qui certe in isto Coetu Christi & Ecclesiae ὁμόψηφοι ἐν [illegible]. Oro autem Deum ut nos omnes servet & regat. Mitto tibi versiculos quorum lectio fortassis aliquid tibi voluptatis adferet. Bene vale & interdum ad nos scribito. 7 octob. 1543.

Philippus Melanthon.

Clarissimo Viro, et egregia eruditione & pietate praedito, D. Friderico Myconio, pastori Ecclesiae Gotthanae, amico S. Caress.

Non ed. } S. D. Cum saepe, mi Friderice, cogito de Ecclesijs singularum regionum, gratulor & nobis & huic regioni quod ornatas esse Thuringicas Ecclesias, ut nullam aliam regionem anteferendam arbitror. Hoc decus donec potes carissime Friderice, tueri studeas. Video enim principes quosdam tristi fato aut etiam praeter fatum sua πολυπραγμοσύνῃ inutili implicari alijs negocijs quorum exitus ut regat Deus oremus. Porro igitur quantum facis ornare tuas scholas & Ecclesias. Joannem [illegible] iudico ad docendam iuventutem: Est enim doctus & valde eius orationis delector. Eumq[ue] hortatus sum

suum non solum ad accipiendam conditionem, sed etiam ad hunc stu-
diorum cursum quem ingressus est urgendum. Mitto tibi uersicu-
los his diebus editos: alias mittam grandiora scripta. Bene &
feliciter vale. die 7 octob. Anno 1543. Salutem opto D
Pertuno & D Pancratio. Philippus Mel.

Clarissimo Viro, D M Joanni Stigelio amico suo carissimo.

S D. Gratiam tibi habeo, carissime Stigeli, & debere me pro-
fiteor, quod mea causa iter ad iuga Hercinia fecisti, ac val-
de optarim nos allocutos esse: Sed amanter fecisti quod
literis, cum colloqui non licuisset meos proximos dolores lenire
studuisti, tuoq. amore & officio valde delector. De negotio
toto simplicissima est haec responsio Instaurationem huius
Academiae cum spes ostenderetur, impedire me non decuit,
quae qualiscunq. fuit, tamen literarum studijs in magna
parte Germaniae mediocriter profuit & lucem aliquam Eccle-
sijs reddidit, etiamsi magni motus imperiorum consecuti
sunt, ut fieri solet in omni repurgatione doctrinae. Ex-
tinctis autem studijs hoc ipso in loco, non solum barbaries
in

Non ed.

in vicinarum gentium Ecclesijs secutura erat, sed hostes nostri
hunc triumphum addidissent cæteris triumphis de Massilia
nostra deleta. Deinde mihi aulæ Thuringicæ difficultates. Cogi-
tabam & formam novæ scholæ condendæ captivo principi peri-
culum aucturam esse. Et si quid ibi adversus Synodi Triden-
tinæ decreta dicerem aut scriberem, ne ipsis etiam principibus
iunioribus nova pericula crearentur metuebam. De pro-
missis quid dicunt, nescio quæ citant, cum meum scriptum
habeant, in quo hæc pericula commemoro. Scripsi ante
mentionem scholæ me malle ipsis quam alibi servire: id etiam
nunc malim, si quis mei apud vos usus esset, & si sine ipso-
rum periculo id fieri posset. Huc igitur accessi non ad hos-
tes, sed ad mæstissimam Ecclesiam: etsi ne nunc quidem
scio quam diu hic manere possim. Nec vox doctrinæ in hac urbe
mutata est, & luctum multorum compescuit calamitas: nec
in tanto luctu consolationem aliam nisi ex doctrinæ studijs &
precatione habemus, qua pacem reipublicæ & liberationem
optimo principi à Deo petimus. Dicam vero sine ulla Rhe-
torica. Miratus sum in tanta tristitia temporum cogitare eos
de nova Academia condenda, præsertim nondum sedatis bellis:

Verum

Meum etiam animum hebetiorem agitatio futurorum tumul- =
tuum fecit. Sydera pene exitium universo generi humano proxi-
mo anno denunciant. Inter tot infaustos positus novam cum
talem condere difficile visum est. Hac excusatione si non
impetro veniam, misericordia tamen mei afficientur hanc ob
causam, quia dolor non cupiditate aliqua non odio erravi:
ac valeat apud eos recordatio priorum laborum, ac aerumna-
rum quas sustinui multas propter Theologorum & aularum
immoderatas opiniones, cum quidem ex magna confusione
disputationum colligerem veram & explicatam doctrinae for-
mam & aliarum artium studia mediocriter iuvarem. Cum
autem nunc adsint & caeteri collegae velut in hybernis:
si nobiscum esse voles, tantisper dum una sumus, stipendio
frueris ut antea. Ego semper ubicunque ero, & sententiam
de doctrina eam quae extat in meis scriptis, & memoriam
gratam nostrae amicitiae mecum circumferam, imo in caelum
afferam. Salutem opto D. Francisco. Bene vale. die
Lucae. 1547. Philippus Mel.

Clarissimo Viro, eruditione & virtute
praestanti Martino Sidemano: amico s.
cariss°

Non Ed

S D. Etsi sum in periculo non mediocri: tamen non factum est
mihi ut illa nostra deliberatio scripta sit moderatius. Prodesse
hoc utilitati Ecclesiarum omnium in his regionibus iudicarj. Et
certe vota & consilia mea spectant ad hunc finem ne Eccle-
sia turbentur corruptelis quas sonat sphynx Augustana.
De calumnijs in vicinia nostra multo ante ad me viri
graves scripserunt. Sic accidit mihi saepe ut simul & saevi-
tiam hostium experirer, & lacerarer calumnijs ab ijs qui
nos adiuvare deberent. Fuit in hoc itinere crudelissima
oratio Islebij, qui mihi atrocia supplicia minitatus est.
Nihil his iniurijs moveor quo minus de reb. necessarijs
moderate & pie dicturus sim vera, & Ecclesiae & pijs scholas
hius utilia, & explicata, ne offendant Ecclesiam sophistica &
sophismata. Si potuis expatiari, optarim te ad nos venire,
prius quam casus aliquis me opprimet. Mysorum bonitate
& pia sententia dicta sunt: ἀλλὰ ἡ οἰκονομία ἐκκλησίας
κεῖται ἐν γούνασι θεοῦ. Iterum vale. 28 Iulij.

Philippus M.

Reverendis viris, eruditione & virtute praestan-
tibus, Iohanni Spangebergio & collegis ministerij
Evangelij in Isleben: amicis suis carissimis.

Non ed. 3

S. D. Reverendi viri, & amici carissimi: Optarim ad nos missum esse aliquem ex Collegio vestro qui coram exponere totam seriem actionum illarum potuisset de quibus scribitis. Sed ipsa aula nobis testis esse potest nobis non approbantibus insertum esse articulum de oleo & unctionibus. Et scimus consecrationes oleorum quae extant in libris Episcoporum impias & Magicis similes esse. Id semper in deliberationibus a nobis dictum est, & constanter dictum est. Illi autem qui articulum de oleo inseruerunt corrigi haec dicebant, quia addiderunt: remotis omnibus superstitionibus. Et in fine diserte dicitur: Reliquos esse aliquos articulos non conciliatos: de quibus cum Episcopis deliberandum sit, si has Ecclesias velint regere. In his nondum conciliatis articulis numerari necesse est & illas consecrationum & unctionum absurditates. Intelligantur ergo non comprobatae sed ad illam deliberationem reiectae. Sed decebat magis esse ingenuam orationem: dicetis. Stylus indicat non esse illa scripta ab uno. Nos Deo iuvante vocem Evangelij incorruptam docebimus & in nostra Confessione semper sonabimus. Pagellas vestras vobis remitto. Bene valete. die 13 Ianuarij.

Philippus.

Honestissimo Viro, prudentia & Virtute
praestanti, Balthasari Ursino, amico suo
veteri & carissimo.

Non ed.

S. D. Dulcissima consolatio pijs parentibus proposita est in
hoc dicto psalmi: Generationi rectorum benedicetur. Et sicut
Deus Ecclesiam mirabiliter servat inter tantos tumultus generis
humani, regit pias familias & in his studia doctrinae retinet
& ex eis plantulas quasi posteritati profuturas sumit: sic &
tuam familiam proteget: Et ut semper te & tuos servet & gu-
bernet toto pectore eum oro. Spero & filium tuum hones-
tissimum virum plantulam Ecclesiae Dei utilem fore, & oro
filium Dei, Dominum nostrum Jesum Christum ut eum re-
gat & fortunet, & faciat eum organum salutare sibi & alijs
& vas misericordiae. Saepe dulcissimae nostrae consuetu-
dinis recordor, & opto ut antequam ex vita hac disce-
dimus, veteri nostro more amanter colloqui possimus.
Filius tuus testis erit diligi & coli a nobis Academiam
vestram, Nosque optare ut UNUM in Deo simus in tota
aeternitate. Bene Valete. Salutem opto amicis nos-
tris omnibus.

Philippus Melanthon.

Non ed.

Egregia Virtute, prudentia et Eruditione prædito D. Leonardo Stöckel in Barthpha, amico suo charissi. S. D.

Meministi in Ecclesia oppidi Mansfeltensis iam senem eximia pietate præditum Martinum pene omnes ministerij Euangelii labores sustinere, quibus cum diutius per ætatem par esse non possit, queritur uir integer et spectatæ fidei, qui post ipsum Ecclesiæ gubernationem suscipiat. Ac ualde laudanda est Senatus pietas, qui posteritati prospicere studet, et uero iudicio hominem idoneum Ecclesiæ præfici curat, qui sit custos ueræ doctrinæ. Missi sunt autem legati ad Reuerendum D. Lutherum et ad me, Senatores precipui, quorum pietas eximia est, Jacobus Lutherus et Sebastianus Mullerus, ac nobis exposuerunt, te expeti omnium piorum consentientibus suffragijs, qui te norunt. Hoc ut tibi nostris literis significaretur petierunt, ac ut hortatores tibi essemus accipiendæ gubernationis

Ecclesiasticæ in oppido Mansfeld magnopere ora runt. Etsi autem nunc patriæ præclare et utiliter servis; tamen Ecclesia DEI ubiq. est patria, et fortassis in ijs locis, ubi nunc es, Turcica arma vastitatem facient. Hortor igitur te ut Mansfeldensi Ecclesiæ serviturum te esse promittas; Quod si facies, optarent te proximo vere, hoc est, circiter pascha in hæc loca venire. Nosti mores et civilem vitæ consuetudinem in his regionibus; Et credo Christi messem magnam esse. Certè multi docti & pij viri sunt in eo ipso oppido Mansfeld, in quod accerseris. Et tibi homini erudito vivere in loco vicino Academijs, quæ nunc quidem DEI beneficio omni genere doctrinarum florent, iucundius erit quàm in ijs regionibus, quæ etiamsi opibus aut alijs commodis antecellunt, tamen ab Academijs procul absunt. Hæc tibi bono et simplici animo scripsi, teq. oro ut re deliberata nobis respondeas. Benè Vale. Die 10 Augusti 1544.

Philippus Melanthon.

Clarissimo Viro et egregia eruditione et
Virtute predito, Caspare Cruc[i]gero, docttori
Theologiæ ἀδελφῷ φιλτάτῳ S. D.

Scripsi uobis antea, Episcopum secuturum esse formam Noribergensem, eratq. ante meum aduentum insti- tutus liber ad exemplum Noribergense scribendus. Retinuit pleraq. Osiandri Bucerus, quosdam arti- culos auxit, ut est copiosus. Mihi cum omnia rele- gissem, attribuit articulos περὶ τριῶν ὑποστάσεων, De creatione, de peccato originis, de Iustitia fidei et ope- rum, De Ecclesia, de poenitentia. In his consumpsi tempus hactenus, et legi de ceremonijs Baptismi, et Cœnæ Domini quæ ipse composuit. Arbitror penè finitum esse opus. Auellam igitur me quamprimum. Nam secuturas esse longas deliberationes et tardas ratiocinor. Sunt et in aula et in tota regione docti quidam et nobiles, qui expetunt ueram emendatio- nem Ecclesiarum; sed reliqua turba, ut alibi; aut non curat aut repugnat bonis consilijs. Coloniæ liber editus est non tam contra Bucerum, quàm

Non ed.

contra universam doctrinam Ecclesiarum nostrarum,
et contra nostros principes. Poëta operis est Carme
lita ille bene saginatus, et Bacchi ac Veneris sacer
dos. Titulum operi fecerunt: Judicium Cleri et A
cademiae. Cum autem saniores in Collegio Comi
tes quidam vidissent, scriptum dignius esse scurris,
quam clero, iusserunt mutari titulum, ac testati
sunt id opus non probari suo Collegio. Addita est
ergo tituli correctio, pro Clero iubet legi Clerum
Secundarium, Nothos videlicet clericos intelligunt. Petu
lantissime convitiatur doctrinae et Luthero. Et in
eo loco de Coniugio spurcitie et obscoenitate verborum
utitur, quam vix in lenone ferrent aures medio
crium hominum. Convitia ex Plauti fabellis lecta
sunt, quibus fortasse Carmelita ille magis delecta
tur quam Psalmis. De Repub: nihil habeo, quod
scribam. Spero Juliacensem brevi recuperaturum
esse Heinsburg. Belgae affirmant Imperatorem
Carolum in Italia esse. Sed aula Coloniensis prae,

ter Belgicos sermones nihil habet de ea re. Vespas-
res scire mallem. Audio etiam Turcicum Exerci- Tyranni
tum venisse Belgradum. Bene et feliciter Vale.
Salutem opto Reverendis Viris D. doctoribus Marti-
no, et D. Pastori quibus has literas ostendes. Bon-
næ. 23 Maij * Phil: Melan:

Ad Eundem.

Non edita.

Accessit mihi ad cæteras molestias, quas hic non me-
diocres pertuli, hoc incommodum, quod nullas à Vobis
literas accepi de schola et de rebus domesticis, ac mitti
posse scit Paulus Eberus. Nam Ecbsius Lipsicus
mercator frequentes mittit tabellarios, per hunc scripsis-
sem ad vos sæpius, si quid literarum à Vobis acce-
pissem. De Ecclesijs in ditione Episcopi Coloniensis
et bona spes est & initia mediocria sunt. Nunc
adest Hedio et Episcopus ipse cum aliquot præcipuis
Comitibus et alijs consiliarijs, Consumpsit in relegen-
do scripto Ordinationis Ecclesiarum quinq: dies con-
tinuos. Disputavit graviter de multis rebus, et

* post scr.

Mitto exemplar literarum pontificis ad Coloniense collegium, in quibus quam acerbe minatur vide-
bis. Scribit etiam & pontifex regis mutationem. Nec dubito quin hæ ineptiæ à Gaurico confingantur
aut a vate Mediolanensi. Exhibebit vobis Joannes Anglus scriptum Coloniense. Nam alterum exemplar
habere nolui cum jam prius priorem etiam scripseram. Videbis me non temere petulantiam, Scur-
rilitatem & spurcitiem scripti detestatum esse. Opto valere Reverendos viros D Doctorem Martino
& D Pastori. Iterum bene & feliciter vale Ph M.

doctrinam Euangelij recte intelligit ac constanter amplectitur. Nunc librum legunt Canonici summi Templi Coloniae. Conuentus in proximam septimanam indictus est. De nobilitatibus et ciuitatibus non dubitant, quin principum sententiam secuturi sint. De Collegio summo conatur dignitati et opibus, tamen quid sit futurum dubito. Mihi princeps promisit, ut domum redeam, et statui iter ingredi 18 Julij. Sed nobilitas contendit, ut paucos dies ipsis tribuam in conuentu, ut responderi Groppenicis orationibus possint. Nondum promisi, nam expecto literas ex Smalkaldia. Sed deo iuuante, etiamsi paucis diebus impedior, tamen breui uobiscum ero. De bello coram. Galli agros late uastant in finibus, ut exercitibus Caesaris desit frumentum. Istam simul miseram plebeculam fame necant, et alio auertere bellum conantur. Non iuuant Juliacensem. Is nunc fere toto semestri unum quoddam oppidum suum circumsidet. Sed haec coram. De Mossanij Decani Pataviensis morte non dubito quin audi-

+ + .63 noH

eritis, Tam multis horrendis Exemplis monemur, ut in timore Dei obediamus Euangelio, nec calumniemur res celestes traditas, ut satis audacter faciebat Moshamus. Academia Coloniensis ad Senatum contra me et Bucerum exhibuit venenatissimum scriptum, Et respondimus satis plane. Bene Vale. 12 Julij. Reverendo D. pastori Ecclesiae nostrae salutem opto. 1543.

Philippus.

Egregia Virtute, prudentia ac doctrina praedito M. Vito W[illegible] in Academia Vitebergensi amico suo S. D.

Etsi constitueram intra triduum ingredi iter die natali meae filiae Magdalenae, tamen huic scholastico Wesaliensi ad nos eunti literas dedi, ut nouus hospes haberet q. πρόξενον ad quem accederet. + Commendaui igitur eum Paulo. Aliquoties ad Crucigerum et Paulum scripsi, quos certe decuit in hoc officij genere ἀμοιβάς. Tibi veniam do quem scio satis officiosum esse; Sed ad te nihil scripseram

Non ed.

in hac peregrinatione. Nullam ab ullo ex Acade-
mia literas accepi toto tempore quo absum; Quod
quàm mihi sit molestum, facilè iudicari potest ab ijs,
quibus animus meus notus est. Circumfero curas
de schola absens non minores, quàm de cæteris rebus,
quæ maximè angunt animum. Nam in Acade-
mia est non solùm huius meæ privatæ vitæ portus,
sed planè totius Reipub: fastigium. Cætera sunt
deploranda. Ruunt enim Imperia fatalibus causis.
Galli stolidissimè tumultuantur, tantùm faciunt
vastitates in finibus quàm latissimè, ne adduci ex-
ercitus possint, et aliò belli molem avertant.
Gunterus medicus συμπολίτης tuus, Vir doctri-
na & candore eximio præditus, sæpè de te hono-
rificè & amanter loquitur, ac planè mihi promittit
se aliquando ad nos excursurum esse. Benè vale.
12 Julij. Non procul à Parma Carolus Impera-
tor Pontificem Romanum in colloquium admisit,
sed ea pactione, nullam ut prorsus mentionem fa-

ceret de pace aut induciis inter ipsum et Gallum faciendis. At Pontifex hanc ob causam praecipue tam longinquum iter ex Urbe ad Alpes fecerat. Consumptum igitur biduum in parergis. Sed has fabulas habere vos opinor.

Ad Magistrum Paulum Eberum. S.D.

Non ed.

Prorsus hic nauticam vitam vivimus. Nam hospitium est in ipsa ripa Rheni in statione navium, unde perpetuus faetor sentinae nobis admodum molestus est. In hospitio, ut in navi, mensa, lectus, focus, omnia sunt unus scalmus. Vina cruda, coquendi ratio ut in Westphalia. Non enim existimes similem esse huius Galliae munditiem, ut est Rheni tractus superior. Nunc etiam expectatur Caesaris exercitus, qui per haec loca discessurus putatur. Ex vicinia audimus ploratus plebis, videmus fugas virginum adultarum. Quo igitur animo hic me vivere putas? Et accedunt curae de Schola & de rebus domesticis, de quibus minor,

re ne literas toto hoc semestri scripsisse. Jam
etiam ὀνειρώδη conventum Spirensem, quem
Carolus Imperator indixit. Bone Deus, de quibus
nugis tumultuantur inter se summi orbis principes.
Et hoc ipsum bellum ex quam futili causa ortum
est. Nos igitur nostrum officium sedulo agamus,
et agnoscamus hos tumultus poenas esse fatales mun-
di, et interim literas Ecclesiae servare studeamus.
Mihi crede inter tot curas meas non minus an-
gor de Academia quam de ulla re alia. Et cum no-
bis antea mea solicitudo nota sit, huic vestrae ne-
gligentiae succenseo, qui nihil litterarum misistis.
Mitto vobis libellum hic editum quem dabis Cru-
cigero nisi antea vidit Exemplum. Nam Joa-
chimo et D. Jonae misi per quendam Equitem
Mysium, qui mihi a D. Jona literas attulerat.
Si rediit Franciscus Hispanus, dicas ei ut omni-
no retineat Frisium illum, quem novit donec
redeo. Nam hic collocabimus eum in condi-

tione certa et praeclara functione. Sin autem abest Hispanus, tamen Frisium illum inquirito, nomen non memini. Sed est doctor Theologiae, Vir doctus et ingeniosus. Fortassis iam titulum dissimulat. Sed ex aliis Frisijs percunctare, an adsit, et iube eum expectare istic meum adventum. Vale 13 Julij 1545

Phil: Mel:

Ad Eundem.

Quod faustum felixque sit. Erphurdiam veni pridie eius diei, qui Laurentio dicatus est. Delector enim Viri fortis recordatione. Hodie Wimariam proficiscor, quo principis literis accersitus sum, fortassis ut de furoribus scholasticorum, qui istic tumultus atroces excitarunt, aliquid audiam. Mihi crede, maiorem mihi dolorem fama eorum tumultuum attulit, quam ulla molestiae totius huius peregrinationis. Etsi autem coram audies historiam rerum in Ubijs actarum, tamen summam nunc significabo. Postquam liber, quo forma instaurandarum Ecclesia-

Ed.

rum describitur à Bucero et me, absolutus est. Epi-
scopus adhibitis aliquot comitibus, et equestris loci uiris
doctis et prudentibus, et me, legi sibi totum librum or-
dine iussit, attentissime audiuit, de multis locis ac-
curate disseruit, quaedam suo iudicio correxit, inter-
dum suae opinioni nostras sententias praetulit, con-
trouersias Ecclesiasticas pene ut artifex intelligit,
miratus sum senis assiduitatem. Nam diebus
quinque huic labori quaternas horas matutinas tribu-
ebat. Postquam decreuit ipse secum de libro, conuen-
tum egit, in quo delecti sunt ex omnibus ordinibus
praecipui uiri, qui librum unà legerent et expende-
rent. Tandem igitur Comites, equester ordo et legati
ciuitatum magno consensu librum comprobarunt,
et pollicentur Ecclesias ad eam formam instaura-
turos esse. In Collegio Coloniensi etsi multi summo
loco nati rectè sentiunt, tamen πλεόνες οἱ κακοί:
hi refragantur: Sed impedire non possunt quò mi-
nus Ecclesiae in ditione rectè constituantur. Cae-

teri etiam ordines longa oratione à Collegio petierunt,
ne quid contra Episcopum moliatur, ac palàm testati
sunt, se dominum benè meritum defensuros esse.
Episcopus mox à Conuentu ad Imperatorem Carolum
profectus est, non tàm sui negotij causa quàm propter
Juliacensem. Cætera narrabo coràm. Meæ filiæ
dicito salutem, ac significes ei me in itinere esse.
Audio et somniaui filiam meam Sabini coniugem
apud nos esse. Benè et feliciter Valete. Die diui Lau-
rentij Erphordiæ 1543.

Philippus.

Ad amicum quendam.

Principum esse arcere à subditis suis uim
priuatam et publicam.

Non ed.

Sicut licita esset defensio contra parem inferentem
iniustum bellum in aliqua ciuili causa, sic est lici-
ta defensio contra inferentem iniustum bellum, et
stabilientem impias religiones. Quia sicut innocentes

in aliis causis, ut aduersus latrones defendendi sunt, hoc docet ius naturæ, ius diuinum Rom: 13. Eadem est ratio contra superiorem in iniuria notoria. Si pater filium uellet occidere iniustè, conceditur filio defensio, ut iura expressè docent. Imò princeps mandato diuino debet defendere subditos in talibus casibus etiam contra superiorem, et omnes subditi principis eum adiuuare debent. Ut si sub Turcæ Imperio aliquis Christianus princeps esset. Si Turca ei inferret bellum, nec uellet pacem facere, nisi princeps ille à religione deficeret, princeps mandato diuino debet armis subditos tueri quantum potest. Sed quod dicitur: Christiani non debent uti uindicta, hoc dictum non tollit ius potestatis, quod DEUS ordinauit, sed prohibet Christianis priuatis prætextu religionis inferre aliis bella, sicut Anabaptistæ inferebant. Item quod dicitur, subditis non licere ut resistant superioribus, hoc dictum habet locum sicut in aliis causis ciuilibus, quando superior non infert

iniurias notorias, Sed si superior rapturus esset ciuis alicuius filiam, ciuis posset in continenti defendere suam filiam et interficere superiorem. Quia hae senten=tiae non tollunt ius naturae; Et regula tenenda est, quód Euangelium non tollit Magistratum et ius na=turae. Hac de re scribam aliquando copiosius. Bene Vale. pro munere ago gratias.

Phil: Melan: Joanni Riuio S. D.

Accepi literas tuas ad 16 Cal: Martias, quas legi li=bentissime plenissimas amoris, humanitatis et offi=cij. Itaq; me plurimum debere tibi iudico, quód in tan=tis occupationibus tuis, tamen etiam amicitiae nostrae habendam duci rationem, mihiq; tam amanter re=spondes. Feceris autem mihi gratissimum, si crebrió ad me scripseris. Sentio enim me plurimum ex li=teris tuis proficere, quarum elegantia tanta est ac puritas, ut exemplum earum maxime mihi imitan=dum putem, et facilius uideor mihi huiusmodi ex=

Non ed.

empla quam uetera effingere. Neq; uero tantum
ad orationem prosunt sed moribus etiam conducunt.
Praescribis enim mihi praecepta de omnibus officijs
huius aetatis honestissima, in qua profecto incum
bam omni animi cogitatione ac studio. Nam au
toritas tua apud me ualet plurimum. Quare te
quantum possum oro, ut institutam scribendi con
suetudinem conserues. Etsi enim non possum ti
bi in hoc genere parem referre gratiam, seu ut
Poeta scribit, αὐτῷ τῷ μέτρῳ, tamen polliceor, me,
si quo officij genere potero, olim declaraturum esse,
hoc tuum beneficium mihi fuisse gratissimum.
Neq; committam interea, ut in scribendo deside
rari in me officium possit. Vidi hic Bembi quos-
dam dialogos de Terentio, qui si tibi ignoti sunt,
significes mihi uelim. Describam tibi exemplum,
propterea, quod cum optimum autorem in delitijs
habeas, arbitror te omnes omnium eruditorum siue
annotationes siue dispositiones de eo et studiose

inquirere et legere diligenter. Quantum autem hoc tempore tribuant studiosi librarum non ignoras. Praeter hunc Bembi libellum nihil hic habemus nouorum scriptorum, quod quidem aut non uideris, aut non sine molestia uidere possis, Vale.

Ad Hieronymum Oterum. Φ.Μ.

Non d.

Periucundae mihi fuerunt literae tuae, Hieronyme suauissime, quòd cum memoriam nostri summa cum beneuolentia retinere te ostendas: mirificè me constantia in amicitia delectat. Neq; uerò dissimiliter praestant fidem hi, qui neq; mercedem spectant in amicitia, neq; caeco impetu feruntur, sed Virtutis atq; humanitatis causa amicitias colunt. Semper autem animaduerti te nullam aliam ob causam expetere nostram consuetudinem, nisi quòd ingenij suauitas inuitabat te ad amplectendos studiorum tuorum socios. Ego uicissim perpetuo quodam iudicio meo in amicitiam meam te recepi. Videbam enim, te non solum delectari his meis studijs, sed uelut ab ipsa natura

ad humanitatem factum esse. Nec meum me iu-
dicium fefellit. Nam postquam familiariter inspe-
xi ingenium tuum, mea de tua virtute ac fide o-
pinio valdè confirmata est. Quamobrem quoad
voles tu, hanc amicitiam conservabo, teq. hortor, ne
sinas eam aut temporis aut fortunae iniuria obrui
aut extingui. Vale.

Philippo principi duci Cattorum.

Edita

Saepè cum repeto veteris Ecclesiae ritus, et dissen-
siones, praesens mihi tumultus in Germania prope-
modum periculosior videtur, quàm fuerint ulli alij
motus. Nam dogmata tantum video in dissensio-
nem venisse, vix unquam iis publica facta est,
nisi ab his qui in imperio erant, altera pars sem-
per fuit inermis. Nunc autem multa et gravia
dogmata controvertuntur, et mutantur Ecclesiae ri-
tus magna ex parte praeter necessitatem. Et pericu-
lum est, ne iis ab utraq. parte magno dolore pa-
retur. Haec ego cum repeto, mirificè angor, ut

uel mea morte cupiam redimere tranquillitatem. Sed principes, qui in imperio sunt, oportuit publicæ paci operam dare. Sacrificuli instigant ad bellum, cur non reliqui hortantur ad cognoscendam rem, ad constituendam tranquillitatem? Illud erat æquius & ad faciendam pacem conducibilius. Neq. nihil puto celsitudinem vestram efficere posse apud reliquos principes, si hortaretur eos ad cognoscendas et dijudicandas Ecclesiæ controuersias. Quare rogo, ut quantum in hac re potest V. C. navet hanc operam paci publicæ & tranquillitati. Porro ut ad V. C. literas respondeam, mihi non tantum inutiliter, sed etiam contra charitatem fieri uidetur ab ijs, qui publicas ceremonias abolent, quæ tolerari poterant. Hinc enim Paulus ad Corinthios: Circumcisus aliquis uocatur, non accersat præputium. Si cætera Pauli religiosè seruantur, audiamus etiam in hac parte. Itaq. latinas cantiones, sacras uestes et hoc genus puto esse ferendas. De Missa ita iudico, in singulis

parrochijs unam tantum festis diebus esse facien-
dam, et quaedam in veteri ritu non servanda esse.
Illud in Monasterijs etiam servari potest, ubi ali-
âs tam propinqua sunt, petant Eucharistiam in
parrochia. Est enim instituta Eucharistia, ut in
Ecclesia et congregatione utamur. Inde enim tutius
est petere. Et quia Paulus dicit: Judicium sibi su-
mere qui indignè sumunt, tutissimum est eas mis-
sas aboleri, quas faciunt in monasterijs aliâs co-
acti alias pecunia empti. Et si Christus faverit,
potest hoc sine motu obtineri. Nam res non ad vul-
gus, sed ad sacrificulos pertinet; sed tamen antea
causas doceri mutationis oportet quam manus admo-
veatur. Reliquas cantiones horarum Canonica-
rum de Christo, non de sanctis, nullo modo pro-
hibendas esse duco, nec in monasterijs nec in alijs
templis. Quid enim attinet eos ritus mutare,
qui non ad iustificandum sed ad docendum faci-
unt, quibus si adhuc abutuntur Monachi, doce-

antur rectius: si qui non obtemperant suo Domino,
stent aut cadant. Videtur enim utile prohibere dis-
sensionis concionatorum. Rixantur enim non tantum
Papistae, sed et adversarij Papistarum saepe inclemen-
tius quam alteri; Et nonnunquam lis est, quod a-
iunt, de lana caprina. Eas dissensiones quantum fie-
ri potest, studeat V. C. per praefectos cohiberi, ita ut
qui sanior videtur, solus doceat, alter taceat prorsus,
Juxta Pauli regulam. Doceat autem non fidem
tantum, sed timorem, cuius nonnihil mentionem
fieri in Concionibus multum profuerit. Item charita-
tem, Et in praecepto charitatis id quod est gravissi-
mum, et Deus exigit, obedientiam erga Magistratus.
Postremo rogo V. C. per Christum, ut quantum fi-
eri pie potest, pacis publicae causa veteres ceremoni-
as conservet. Nunquam enim mores et ritus sine
magno scandalo novantur, Et Christianismus in ri-
tibus minime est situs; sed in timore Dei, fide, cha-
ritate, et obedientia erga Magistratus. Quae uti-

nam tam sedulo docerent concionatores, quam pe-
nue vociferantur in Papam; Cum Christus ab omni
cupiditate vindictæ tam longe abfuerit, ut se rapienti
bus ad mactationem velut pecudem ultro offerret.
Cogitet vestra C. quiduis potius ferendum esse, quam
arma capienda Euangelij negociorum causa. Cer-
te dissipat Deus, ut Psalmus inquit, Gentes quæ
bella volunt. Id ceptum est anno superiore in
Rusticano tumultu. Hæc scripsi copiosius, quod vi
deam passim multos esse, qui vel ad vim parandam
ut C. V. ita et alios principes incitare student, vel
ad irritandos animos eos quos sanare potius oportuit.
Rogoque ut C. V. loquaciorem Epistolam meam bo
ni consulat. Christus conservet et gubernet C. V.

C. V.

deditissimus

Phil: Mel:

Henricus DEI gratia Angliæ Rex et
Franciæ: Fidei defensor ac Dominus

Hyberniæ, ac summum Ecclesiæ An-
glicanæ in terris sub Christo Caput
P. M. sacræ Theologiæ professori
eximio, amico nostro plurimum
dilecto. S. D.

Quòd Christianæ religionis ipsiusq; ueritatis propa-
gandæ studiosissimum te percipimus, sit eo nomi-
ne syncerissimo tui istiq; animi instituto iampri-
dem afficimur, ut nihil magis in uotis habeamus,
quàm aliquando se nobis occasionem offerre sanctis-
simos istos pectoris tui conatus qualecunq; nostra o-
pera iuuandi atq; promouendi. Ad huius uerò
nostræ non uulgaris in te dilectionis cumulum,
quàm maximè accessit ex literis abs te per Alexan-
drum Alesium ad nos datis, quæ etsi tui cando-
ris et amicissimi erga nos studij indices essent satis
locupletes; id tamen non obscuro egregij destinati
muneris testimonio pulcherrimi testari uoluisti:
munus certè à sui ipsius excellentia dignum, quod

boni omnes complectantur, et quod nomini nostro dicatum sit, nobis omnium quam maxime charum et acceptum. Ob istam ergo tuam bene erga nos affectae voluntatis significationem, ingentes et quas possumus, ex animo tibi gratias habemus, persuasumq; tibi esse volumus, nos rectissimis tuis studijs et cum Deo coniunctiss: nullo unquam aut tempore aut loco defuturos esse. Caetera ex intimi ac fidelissimi consiliarij, primarijq; Senatoris nostri Thomae Cromwellae literis uberius cognosces, quibus rogamus, ut certam fidem habere velis, et bene ac diu valeas. Ex regia nostra Wintoniae 1 Octob: 1535.

Serenissimo Principi D. Henrico VIII. Angliae et Franciae Regi, Hyberniae D. Walliae et Cornubiae principi D. clementissimo.

Cd. Serenissime et inclyte Rex. Etsi publicae

quidem causae impulerunt me, ut scriptum quod-
dam meum R. M. T. dedicarem, tamen mul-
tum me etiam privatim + ingenij tui et virtutis mo-
vit, ut hac qualicunque significatione iudicij mei
studium R. M. T. meum declararem. Dedi
itaque libellum huic nuncio Alexandro Scoto
viro docto & pio, qui virtutem et pietatem tuam
mihi et alijs multis in Germania magno studio
praedicare solitus est. Is pollicitus est se meum scri-
ptum exhibiturum esse R. M. T., quod ut aequo
animo accipiat R. M. T. etiam atque etiam oro.
Equidem opto et animum meum et scriptum
ipsum probari R. M. T. Sed de scripto permitto
iudicium R. M. T. De mea voluntate hoc affir-
mare vere possum, et hunc animum meum R.
M. T. addictissimum esse, et me ea de doctrina
Christiana libenter amplecti, quae probantur caeteris
bonis ac doctis viris. Si quid mihi R. M. T.
dici voluerit, poterit huic Alexandro tuto com-

+ admiratio

mitter. Christus servet R. M. T. quam diutissime florentem et incolumem ad publicam multarum gentium et Ecclesiæ Christianæ salutem, Ad quam ornandam præcipue curam & consilia sua summos reges referre decet, et hoc tempore maxime necessarium est. Mense Augusto 1535.

R. M. T. addictissimus
Phil: Melan:

Responsio ducis Saxoniæ Joannis Friderici Electoris ad mandata Serenissimi Regis Angliæ exposita per venerabilem et doctiss: Virum Antonium Barnes.

Principio commemorationem benevolentiæ Serenissimi Regis Angliæ, domini et consanguinei nostri erga nos, et literas ipsius grato animo accepimus, et vicissim nostra officia Serenissimo Regi optima voluntate deferimus. Postquam

autem dictus Orator nobis exposuit, quod Sereniss:
Rex missurus sit et alterum Legatum cum certis
mandatis, ac petiuit, ut mandata illi à Sereniss:
Rege tradita non difficulter audiremus et cognosceremus,
id libenter facturi sumus: Quoniam et amicitia
nostra dignum et honestum esse iudicamus; Et
iam statim scribemus ad praesidem ducatus Saxoniae,
ut cùm legatus ille in ducatum Saxoniae venerit,
ac iter habuerit versum Witebergam, excipiat eum
nostro nomine fide publica, et propter Sereniss: Regem
amanter et officiosè tractet. Et venturum
illum legatum libenter et sine mora audituri essemus,
sed cùm non intellexerimus certò, quando adventurus
sit, et nos maximis de causis ad pacem
et tranquillitatem nostrarum ditionum et alia pertinentibus,
breve iter in alias quasdam regiones
suscepturi simus; petimus ut dictus legatus D.
Barnes exponat legato illi cùm venerit, nos benignè
petere, ut non grauatim aut Witebergae, aut

in vicinis oppidis reditum nostrum expectet, quem
ut deus nobis faustum et celerem concedat, oramus.
Cum redierimus, quam primum significabimus legato
illi quo in loco eum conventuri simus. Et D. Bar-
nes inter cætera nobis exposuit, Sereniss: Regem
venturo legato commisisse, ut de certis articulis cum
Reverendo D. Martino Luthero ac alijs doctoribus
nostræ Scholæ colloquatur, ea in re gratificabimur
Sereniss: Regi libenter. Id colloquium concedemus
etiam in absentia nostra, ne legato in mora simus,
aut tempus interea frustra consumatur. Et docto-
ribus nostræ Scholæ mandabimus, ut conveniant
ad legatum illum, eiusque disputationem diligenter
audiant, et cum eo amanter colloquantur. Quod
etiam petitum est de Philippo Melanthone, ut ei
concedamus, ut iter ad Sereniss: Regem Angliæ
suscipiat, libenter iam statim respondissemus Do-
ctori Barnes; Sed ipse Barnes vidit iam professo-
res Scholæ nostræ propter metum pestilentiæ,

quæ Witebergæ grassari cœperat, dispersos esse. Qua-
re cum absint nonnulli à schola, hic retinendus adhuc
fuit; Etsi speramus DEI beneficio breui rursus conuen-
turos esse et reliquos professores. Et iam apparamus
iter nostrum, in quo nos quoq; aliquos nobiscum ducturi
ri sumus DEO volente. Cum autem speremus lega-
tum illum et D. Barnes non grauatim reditum no-
strum expectaturos esse, petimus clementer, ut D. Bar-
nes æquo animo ferat differri responsum de hoc ar-
ticulo, de Philippo Melanthone, usq; ad nostrum redi-
tum. Nam postq; DEI beneficio reuersi fuerimus,
etiam de hoc articulo, quemadmodum decebit, responde-
bimus. Postremo quod exposuit D. Barnes, quod
Serenissimus Rex Angliæ non recuset se adiun-
gere ad societatem foederis, quod habemus cum qui-
busdam principibus Germanis atq; statibus propter
defensionem piæ ac puræ doctrinæ Euangelij S. R.
T. tribuetur locus dignus, sed prius R. S. per legatos
homines eruditos certò significemus, quos articulos

in consilio defendere cogitemus; Et ne nos et
nostri confoederati in concilium consentiamus, nisi
re communicata cum R. S. et communi sensu
R. S. Ad haec respondemus, nos quidem hanc Serenis-
simi R. voluntatem plurimi facere, et vicissim omni
studio nos R. S. gratificaturos esse. Sed haec de fide
re deliberatio non ad nos solos pertinet. Quare non
possumus respondere re nondum communicata cum
caeteris confoederatis. Cum autem deo volente post
paucas septimanas omnes confoederati conventuri
sint, exponemus eis voluntatem S. R, et de tota
re cum eis deliberabimus, efficiemusque ut S. R. in-
telligat non defuisse nobis studium ac voluntatem
et gratificandi R. S. et propaganda piae et saluta-
ris doctrinae ad gloriam Dei ac salutem Ecclesiae
Christi. Nunquam enim abijciemus puram & re-
ctam doctrinam Euangelij, et Ecclesiae utilem,
quam et Illustrissimus pater noster et nos cum re-
liquis confoederatis coram Invictissimo Caesare

Dn: nostro clementissimo, et caeteris Romani Imperij principibus ac statibus in conuentu Augustano confessi sumus. Nec dubitamus quin et eodem animo sint caeteri confoederati nostri. Ac rogamus deum ut propter gloriam Christi, et salutem nostram et Ecclesiae hunc animum nostrum confirmet. Postremo quaecunque in re gratificari S. R. Angliae possumus, deferimus ad S. R. omnia nostra officia pro vetustissima necessitudine, quae inter S. R. Angliae et Duces Saxoniae Electores fuit. Haec duximus respondenda esse ad mandata exposita per Oratorem D. Barnes, quem ipsum singulari beneuolentia complectimur. Datum Ienae.

Philippo Gluespies S. D. Phil: M.

Utinam possem aliquam afferre leuationem moerori vestro. Nam existimo te cum morte honestiss: matronae soceri valde dolere, tum vero non minus esse perturbatum luctu soceri tui viri optimi. Sed notae sunt nobis consolationes propositae Christianis. Et quanquam lugere pium est, tamen & illud praecipit deus, ut

Non ed.

dolorem moderamini. Itaque te quidem mi Phi-
lippe rogo, ut animum erigas et dolori resistas,
quod eo etiam magis facere debebis, ut socori dolo-
rem quibus poteris officijs leues. Christus adsit
uobis et uos uerbo et Spiritu suo consoletur, quod
profecto faciet, si animos uestros ad ipsius Verbum
referetis. Vale.

CAROLUS diuina clementia Roma-
norum Imperator designatus Augu-
stus, Honorabili, deuoto, nobis dilecto
Desiderio Erasmo Roterodamo con-
siliario nostro.

Honorabilis, deuote, dilecte: Fuerunt nobis tuae li-
terae duplici nomine iucundissimae, et quia tuae e-
rant, et quia ex his intelleximus, Lutheranorum
insaniam inclinare. Quorum alterum debes in-
quidem nostrae singulari erga te beneuolentiae, al-
terum uero non tam nos tibi debemus quam

Vniversa Resp: Christiana, cum per te unum id as-
secuta sit, quod per Caesares, Pontifices, Principes, Aca-
demias, atq; tot uiros eruditiss: hactenus obtineri
non ualuit. Unde tibi et apud homines immortalem
laudem, et apud Superos perpetuam gloriam nequaqʒ
defuturam, Et quam libentissime uidemus, et hanc ti-
bi felicitatem contigisse ex animo gratulamur. Super-
est, ut prouinciam hanc à te feliciter susceptam pro ui-
ribus ad finem usq; perducere annitaris. Nos enim
piis sanctissimis conatibus omni consilio et fauore
nunquam defuturi sumus. Caeterum, quod scribis de
his, quae in tuas lucubrationes apud nos tractari cepta
sunt, moleste admodum legimus. Nam uideris nostro
in te animo et uoluntati quodammodo diffidere, quasi
nobis praesentibus quicquam aduersus Erasmum,
cuius Christianam mentem exploratam habemus,
esset patiendum. Ex inquisitione, quam in tuis
libris permisimus, nihil est periculi, nisi ut si quid
humani lapsus in his inueniatur, tu ipse amanter
monitus, id uel corrigas, uel ita explanes, ut nul-

lum offendiculum ac linguas pusillis; et hac uia in-
is scriptis immortalitatem pares, et obtrectatoribus
ora occludas. Si uero fuerit nihil calumnia ~~repr~~
dignum repertum, Vides quantum gloriae tibi in-
isque lucubrationibus assecutus es. Bono itaque animo
te esse uolumus, tibique persuasum, summa nos tui
honoris pro quiete Reipub:, quod in nobis fuit, huc
usque nos praestitisse semper, non est cur aliquis du-
bitare debeat; quid in praesentia praestemus, quidue
deinceps praestituri simus, ea malumus declarare.
Hoc unum a te petimus, ut tuis precibus actiones
nostras Christo Opt: Max: semper commendes.
Vale Ex ciuitate nostra Burgun 1527.

Inuictissimo Monarchae Carolo V
Catholico Romanorum Imperato-
rum Electo Des: Eras: Roterod:

Ut fatear me tuae Maiestati plurimam debere
gratiam, Caesar inuictissime, cum priuatim

meo, tum publico studiorum nomine, quod me suo
fauore benigniter subleuare non est grauata. Ita
vehementer optarim, ut ista tua Virtus, qua poten
tiss: Reges domat, subigitq; , parem habeat autorita
tem vel felicitatem in domandis quorundam impro
borum tumultibus. Ego pontificum et principum,
sed praecipue T. M. praesidio fretus, Lutheranam fa
ctionem, quae Utinam non tam late pateret, totam
in me concitaui magno sani capitis mei discrimi
ne. Cuius rei si quis fidem requirat, testabi
tur Lutheri Seruum arbitrium, quod in me scripsit,
testabuntur Hyperaspistae libri duo, quibus illi re
spondeo. Nunc cum res Lutherana incipit inclina
ri, idq; ex parte mea opera meoq; periculo, cooriun
tur isthic quidam simulato Religionis praetextu, ven
tris tyrannidisq; suae negotium agentes. Nos enim
pro Christo pugnamus, non pro commodis homi
num; Et Hispaniam tot alioqui nominibus felicis.

simam incompositis tumultibus reddunt inquietam. Ex istiusmodi praeludijs uidemus aliquando oriri grauissimas tempestates. Certe Lutheranum hoc negotium ex multo leuioribus causis ortum est. Quod ad me attinet, non desinam usq; ad extremum spiritum Christianae pietatis causas tueri. Tuae uero M. ac pietatis erit constanter ac perpetuo fauere ijs, qui synceriter ac fortiter propugnant Ecclesiam Dei. Sub Christi usq; signis militaui, sub ijsdem moriar, sed aequiore animo, si prius uidere liceat tua prudentia tua felicitate tranquillitatem redditam tum Ecclesiae tum uniuerso populo Christiano. Quod ut per te nobis largiatur CHRS OPT: MAX: orare non desinam, qui tuam Maiestatem seruare dignetur, semperq; in melius prouehere. Datae Basileae postridie Cal: Sept: 1527.

Philippus Melanthon Reverendo Viro, Erudi-
tione et Virtute praestanti Domino Joanni
Langero docenti Evangelium in Ecclesia Dei,
in oppido Coburgo amico suo carissimo.

S. P. Reverende Vir & amice Carissime. Usitata
sunt Ecclesiae exilia omnibus ferè aetatibus, ut nos
commonefaciant de primo exilio g. h., in quo patriam
coelestem amiserunt primi parentes. Deinde et de
Filio Dei, qui exul factus est nostra causa, ut nos
in patriam primam reducat. Feramus igitur unà
cum reliqua Ecclesia communes aerumnas, Et memo
multas dissipationes passim secuturas esse. Sed donec
in hac nostra Academiola nobis esse licebit, fideliter
docebimus eandem doctrinam, quam sonant et tuae
Ecclesiae, & nostri libri qui extant. Quare si huc mit-
tes Filium, non deerunt ei nostra officia, et poterit si-
mul erudiri in Arithmetica et sphaericis Elementis.
Victorinus vir doctus et honestus & mag. iudi-

Nova ed.

cio et arbitrio permitto, quem in locum mittere ve-
lis filium. et fortasse tempus ostendet consilium.
Nam si exitus conventus Augustani erit placidus, tum
hic tum in Duringia tuto esse poterit. Si non erit pla-
cidus, ubiq: magni motus erunt. Hunc Joannem
tibi commendo, et te adhortor ut parentibus sis autor,
ut sinant eum fratris libros retinere et sumant pre-
tium. Saepe hic gementes deploramus fratris Guolf-
gangi interitum, cuius erat excellens ingenium, fa-
cundia splendida, eruditio locuples & rectitudo iudicij
egregia, tali ingenio orbatam esse Ecclesiam, valde do-
leo, Fortassis parentum durities aliquam morbo cau-
sam praebuit, quam si mihi narrasset, quaesiuissem ali-
quid consilij. Bene Vale. die 17 Octob: An: 47.

D. M. Reverendo Viro, Eruditione et
Virtute praestanti domino Maximo Aemy-
liano Doctori Theologiae, docenti Evangeli-
um in Ecta Dei in arce Coburgensi,
amico suo charissimo.

Non ed.

S. P. Reverende Vir et amice cariss. Etsi nondum certam sedem usquam scio, tamen nunc propter editionem aliquot libellorum, quos studiis adolescentiae utiles fore spero, huc ad officinas Typographicas veni. Et ubicunque ero, Deo iuvante, eandem vocem Evangelii sonabo, quam legis in nostris scriptis, et in meae disputationis propositionibus, quas meministi multis bonis & doctis viris placere. Sunt hic & aliquot Collegae nostri, et in hoc tam tristi tempore non libenter divellimur. Te oro, ut benevolentiam tuam erga nos extingui non sinas. Bene vale, die 16 Octob: quo ante annos 1868 Demosthenes interfectus est, cuius excellens natura inutilibus contentionibus consumpta est. Nos Deo gratias agamus, quod ad labores in Ecclesia salutares vocati sumus, et deum oremus, ut nos gubernet et adiuvet. Iterum vale. Witebergae.

Honestis viris et honestis adolescentibus convictoribus

Philippi Melan:

Non od.

Carissimi convictores, In tota vita felicitate iustum
est, non petere officia impossibilia. Scitis autem
vos ipsi, meam coniugem non posse oeconomiam tu-
eri me absente. Nec Joanni optime de me et meis,
et multis alijs merito, plus laborum et solitudinis in
hac senecta imponere volo. Quare a vobis omnibus
peto, ut hoc onere oeconomico meos levetis, et men-
sas alibi queratis post duas aut tres septimanas.
Semper iudicavi mihi cum ijs amicitiam perpetuam
esse sanctitam, quibus mecum communis mensa fuit.
Eodem modo et vos sentire volo, et utriq. simus
memores veteris decreti: Ὧν τράπεζαν καὶ ἅ-
λα μὴ παραβαίνειν. Quantum singuli solverint,
et quid debeant, scitis ipsi, et potestis meas pagellas
inspicere. Si Deus me reduxerit et tranquillitas erit
harum regionum, si qui rursus meam consuetudinem
expetent, non deerunt his mea officia. Nunc iter
suscipio et longum et periculosum. Quod ut Filius

DEI gubernet, toto eum pectore oro. Sed cum incer:
tum sit tempus reditus, meam familiam maiore solici:
tudine onerare non uolui. Bene uale. Lipsiae die
13 Januarij An: 1552.

Phil: Mel:

Honesto Viro, Eruditione et Virtute praestan:
ti M. Tilemanno Vesaliensi amico
suo in aedibus Phil: Melan:

S. D. Carissime Tilemanne. Etsi malim domi es:
se, et meorum et amicorum consuetudine frui, et
scio quam varia sint futura de hac legatione iudicia,
& ipse multa pericula cogito: Tamen disputant qui:
dam attrahi certum bellum contumaciae specie.
Itaq; me DEO commendo, et caeteris Ecclesiis adiungi
me sino. Fortassis in itinere renunciabitur, non con:
cessuram esse Synodum, ut retexantur priores articu:
li. Quod si fit, Deo iuuante rursus breui una eri:
mus. Nunc vero tibi Sigismundum fratris mei fi:

Non ed.

lium, et Godefridum commendo. Sigismundo tamen cibus in mea domo praebebitur. Si M. Adam avocatus fuerit, Godefridum tuo iudicio alicui commendabis. Si erit metus luis, tempore mercatus Francofordiani ambo adolescentes Francofordiam mitti poterunt. Totamq. hanc rem prudentiae et fidei tuae et Joannis commendo. Bene vale die 13 Januarij Lipsiae An: 52.

Phil: Mel:

Christian von Gottis gnaden zu Dennemargk, Norwegen, der Wenden unnd Gotten könig, Hertzog zu Schleswigk, Holstain, Stormarn, unnd der Dittmarschen, Graff zu Oldenburgk unnd Delmenhorst.

Unsern günstigen grus unnd gnedigen willen zuvorn. Wirdiger unnd hochgelahrter, besonder lieber. Gegenwertiger brieffszeiger

Johannes von Bathorra Ritter, ist bei uns gewesen.
vnnd hatt unter anderen an uns unterthenigst ge-
langet, Das er geneigt sich nach Wittenberg an
Euch zuverfugen, Hatt auch allerley anligen,
Die er euch entdecken, vnnd Euers tröstlichen Raths
darinne gebrauchen wolt. Vns demnach vmb
vnser furdernis schrifft an Euch unterthenig ge-
beten, welche wir Jme nicht zuweigeren gehabt,
Vnnd wollen derwegen gnedigst gesonnen vnd
begert haben, Jhr wollet gedachten Ritter in sei-
nen obligen tröstlich vnnd mitt einrathig sein,
Jn auch sunst mitt dem besten befurdern, Da-
ran thut ihr uns sonderlich zugefallen. Wollen
es auch in allen gnaden vmb euch hinwider
beschulden, Datum in vnserem Closter Reinfeldt
Jm xxvij tag des Monats Octobris Anno xv^c xlv

Dem wurdigen vnnd hochgelarten, vnserem
besondern lieben Ern, Philippo Melanthoni,
Zur Wittenbergk.

Christian von Gottis gnaden zu Denne-
marck, Norwegen, der wenden und
Gotthen könig, hertzog zu Schleßwigk,
Holstain, Stormarn, und der Dittmar-
schen, Graue zu Oldenburgk, und
Delmenhorst.

Unsern gnedigsten grus und gantz geneigten
willen zuuorn, Wirdiger und hochgelahrter
besunder lieber, Nach dem wir bottschafft gehabt,
haben wir Euch zuschreiben aus gnedigster zunei-
gung, so wir zu euch tragen, nicht unterlassen
wollen, und hören gantz gern, so ihr nachmals
in wolmugender gesundheitt und leibes fristung
erhalten werdet. Das aber der Almechtige
den theweren und seligen Man, Doctorem
Lutherum von dieser weldt genomen, des tra-
gen wir ein schmertzliches mittleiden, haben
auch solches ungern und mit betrubtem gemut
gehört, und vernomen. Und ~~w~~ möchten

wol gönnen vnnd von hertzen wunschen, der
Allmechtige Gott seiner armen kirchen zu trost,
die ietzt an allen orten angefochten vnnd beschwe-
ret, den Theuren Man gottis vns noch ein
Zeitlang gelassen. Aber als der wille des Ewi-
gen Gottes hierinne furgehet, Mussen denselben
heimgestellet sein, der wirdt auch seine arme
vnnd ietzt betrubte vnnd bedrengte kirche fur
allen gotlosen, ketzerischen vnnd verfurischen leh-
rern, Ratschlegen vnnd furnemen, auch von
der pforten der hellen gnediglich erhalten,
vnnd den Nachgelassenen Mitapostelen vnnd
waren lehrern, des tewren Mans Gottes, mit
seiner gnade vnnd heiligen geiste beistehen, Auf
das sie in eintrechtiger liebe vnnd lehre bestendig-
lich bleiben. Vnnd Ihr, als den der Allmechtige
dieser Zeitt mit höchsten gnaden, vnnd reichem
geiste begnadet, vnnd zu seiner kirchen fürneh-
men Instrument verordnet, werdet an Euch

Euren vleis vnnd was zur erbreitung gött-
licher Ehr vnnd worts, vnnd zur abwehrung
aller verfurischen lehren nöttig, wie anhero, nicht
erwinden lassen. Wir wollen auch, so viel
vns der allmechtige vater vnsers heilands Je-
su Christi gnad vnnd barmhertzigkeit verleihen
wirdt, ein armer vnnd trewer mittbeschutzer
Christlicher kirchen, göttlichs Namens, vnnd worts
biß in vnser gruben bleiben. Genedigst begerende.
Ihr wollet euch sampt gemeiner kirchen zur Wit-
tembergk vns, vnser gelibt gemahel, kinder,
Reich, land vnnd leute In Euer Christlich ge-
bet befohlen sein lassen. Wolten euch solchs
genedigst nicht verhalten, vnnd seindt euch
mit gnaden vnnd guttem geneigt. Datum
auf vnserm Schloß Coldingen den vij tag Junij,
Anno xvc & xlvj.

Christian

Dem würdigen vnnd hoch
gelahrten vnserm lieben besundern, Ern Philip-
po Melanthoni zur Wittenbergk.

Ad Illustrem et Magnificum Petrum Perenium Ungarum etc.

Q. M. S. D.

Illustris et Magnifice Domine. Multorum animos ha miserabiles ruinae regnorum movent, ut dubitent an Deo curae sit Ecclesia. Sed non solum monet deus discernendam esse Ecclesiam suam à mundi Imperijs, sed etiam inter regnorum ruinas mirandis modis eam servat. Sic servavit eam deleta Hierosolyma à Chaldeis. Sic postea servavit eam cùm post Cyrum interfectum rursus dominarentur Reges inimici doctrinae propheticae. Speremus igitur et nos mansuram esse Ecclesiam perpetuò, etiamsi regna mutantur, et hac spe foveantur pij doctores ab omnibus Ecclesiae membris, sint et Esaias precatur. Ut quanquam magnae tenebrae post ipsum secuturae sint, tamen deus seminaria aliqua servet, ne doctrina penitus extinguatur. Obsigna, inquit, legem in discipulis meis .i. mentes confirma, ut doctrina de hominum salute ad posteros perveniat. Hoc votum deret primum et praecipuum esse in omnium hominum pectoribus, maximè verò gubernatorum. Cùm autem audiam, te etiam inter classica et armorum fragores

Edita.

cum inuocatione Filij Dei coniungere Euangelij stu-
dium, et hoc necesse est coniungi, scripsi ad te quan-
quam ignotus, ac te obtestor, ut hunc Sigismundum
virum honestiss: et non solum in lingua latina et Græ-
ca, sed etiam in doctrina Ecclesiastica præclare erudi-
tum complectaris. Simul autem precor ut in tantis tu-
multibus Ecclesias et studia Hungaricæ gentis tuis of-
ficijs foueas, ut danielem et alios adolescentes doctrinæ
deditos fouerunt aliqui principes in excidio Hieroso-
lymæ, ut postea illorum uirtute Ecclesia, sicut accidit
instauretur. Non dubito enim paulo post repressa Tur-
cica barbarie deum in Pannonia Ecclesias & studia do-
ctrinæ et virtutis instauraturum esse. Id ut fiat, iam
curandum est ne desint seminaria. Et quicunque
erunt euentus, bonæ menti magna leuatio est con-
scientiæ tali tempore bene uoluisse Ecclesiæ. Et tamen ad-
firmo DEO iuuante hoc studium et hos conatus iuuan-
dæ Ecclesiæ utiles fore, Ut psalmus inquit: Euntes
ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes
autem uenient, portantes manipulos suos. Labores

rui Deo placebunt, etiamsi hoc luctuoso tempore fructus nondum conspicitur. Nec Jeremias uidit suorum laborum fructum; sed posteritas ab ipso seruata uidit, Et uidebit ipse cum uniuersa Ecclesia in uita aeterna. Idem de fructu nostrorum laborum iam speremus. Oro autem ducem Ecclesiae Dei Christum, ut te protegat, regat et iuuet. Bene et feliciter uale Vir fortissime. Anno 1545 die 27 Martij, quo Filius Dei reuiuiscens ex morte ostendit se aeterna uita et gloria Ecclesiam ornaturum esse.

Illustri et Magnifico domino Johanni Piryni Nobilitate et Virtute praestanti patrono suo colendo S. D.

Illustris et Magnifice domine. Rediturus in Pannoniam hic Andreas testimonium à me suae diligentiae in studijs & modestiae in moribus ad Cels. T. adferendum esse putauit, quod certè prodesse ei opto. Nam et nauiter ad iustitiam, modestiam et constantiam in omni officio factum esse animaduerti, et naturae bona eruditione cultiora fecit. Diligenter enim et Elementa philosophiae, & summam doctrinae, quam Deus Ecclesiae

Non ed.

sua tradidit, didicit. Speroq. eum usui fore Ecclesiae
Dei in operis scholasticis, aut in ministerio Evangelico.
Tales profecto cum sunt modesti et pacis amantes, ~~po~~
~~feci~~ complectendi et iuvandi sunt, ut Filius dei inquit,
Qui vel frigidae aquae potum uni ex minimis meorum
doctrinae tuendae causa dabit, mercedem accipiet. In-
primis autem universae hominum vitae salutare est
principes viros doctrinam coelestem inquirere, intel-
ligere et tueri. Quare cum audiam celebrari excel-
lentes virtutes tuas, teq. favere pijs studijs existi-
mem, te oro, ut huic Andreae confugienti ad te patro-
num, non desis. Opto etiam ut luce verae doctrinae
pectus tuum deus accendat et regat, ut tua guber-
natio tibi et alijs sit salutaris. Bene vale. die
divi Laurentij.

Reverendo viro, Eruditione et vir-
tute praestanti D. Andreae Osiandro
docenti Evangelium in Eccla Dei in
Urbe Noriberga, amico suo colendo.

ed.

S.D. Ego vero et habeo tibi gratiam et debere me profiteor, quod mihi literis tuis amantissime scriptis toties lenire mesticiam studes. Etsi enim non nunc primum dolere incipio, tamen ut fit in longis morbis maior est in παροξυσμῷ morbi vis et sensus. Jam olim me & adversariorum furores, et multa nostra, ac mea quoque errata excruciarunt. Fero igitur haec non ut τύφω, sed animo mediocriter praeparato, & misceo dolori preces. De exitu cogitans cohorresco. Erunt enim taetrae et horrendae confusiones, utra pars vicerit. Sed fortassis fatalis est conversio huius Imperij, Et Platonica illa periodus circumacta est. Deum oremus, ut mitiget poenas & publicas et nostras. Cardano si quid habebis impertias, et si ἀναγνώσῃ vaticinia legenti saepe in mentem venit quod apud Euripidem in Helena Nuncius inquit: ἀλλὰ τὰ μάντεων ἐσεῖδον, ὡς φαῦλ' ἐστὶ καὶ ψευδῶν πλέα. Mitto vaticinium non confictum, sed a D. Pomerano descriptum ante aliquot annos Brunsuigae, Ut habemus alia. Bene V. die 13 Aug:

P. Melan:

Rector Academiae Vitebergensis M. Joannes
Marcellus Regiomontanus S.D. lectoribus.

F. //

Eximium dei donum pax est petendum à deo, et omni
bus officijs honestis, & singulari moderatione cupidita
tum est tuendum. Sed cum saepè diaboli et impiorum
hominum furoribus bella moueantur, Justum est vim
illatam depellere, et piorum obedientia in bello neces
sario pietas est deo valdè grata. Suntque duae causae
praecipuae, propter quas viro forti gloriosum est iusta
arma capere, scil: Verae doctrinae & disciplinae defen
sio et protectio imbecillium. Quas causas significa
uit Alphonsus Rex, qui finxit symbolum pellicanum
fodientem sibi pectus, et sanguine suo pullos alentem,
& addidit inscriptionem: Pro lege et pro grege.
Cum igitur iam denunciatum bellum sint coacti
depellere dux Saxoniae elector & Landgrauius Has
siae, et caeteri foederati, Et aduersus eos susceptum
sit bellum, ut simul vera doctrina deleretur, et in
ducerentur in Germaniam impiae et saeuae nationes,
non dubium est foederatos iustum bellum, et verè

pro lege et pro grege gerere. Quod cum ita sit, piè faciunt milites, qui hanc defensionem fortiter adiu-nant. Quare et huius Petri Caesaris nati in oppido Mysnum Grithen voluntas laudanda est, qui exerci-tui foederatorum se adiunxit, quem testamur antea quadriennio in Academia nostra modestè vixisse et pietatis et virtutis doctrinam studiosè didicisse. Precamur autem deum, ut & doceat manus horum Exercituum ad praelium, Ut Psalmi verbis utamur, et Ecclesias, et politias quae sunt hospitia Ecclesiae protegat, et placidam ac piam pacem propter adolescen-tiae educationem, institutionem & disciplinam restituat. datae Witebergae die Exaltatae Crucis 1546.

Epta Q. M.

Gottes gnad durch seinen eingebornen Sohn Jhesum Christum unsern Heilandt zuvor, Erbarn. vheste. fursichtige. Gunstige herren. Wiewol ich E. W. unbekandt bin, so hab ich doch nicht zweivel E. E. W. als die verstendigen,

können selb achten, das ich in diesem beruff
der Jugendt zur fürderung Ihrer Studien zu
dienen, so viel mir muglich, schuldig bin. Bitt
derwegen E. W. wolle meine schrifft gutt-
williglich annehmen, vnnd füge E. W. zuwissen,
das mich einer genandt Johannes Freidhammer
von Königsbergk, der in vnser Vniuersitet nu
ein Jahrlang gewesen, vnnd sich sehr zuchtiglich
helt vnnd vleissig studiert, bericht hatt, er sej
gutter hoffnung hulff zum Studio bej E. W. zu
erlangen, so er zeugnis hette, das er vleissig
studiere vnnd gutter sitten sey. Vnnd hat mich
derwegen vmb zeugnis angesucht, welches ich
ihm zugeben schuldig gewesen; Vnnd nach dem
Ich mich vleissig von gemeltes Johannis Studien
vnnd Sitten erkundet, bericht ich E. W. das
er zuchtig vnnd gutter sitten ist, vnnd von
Gott mit natturlichen gaben Ingenij wol ge-
ziert, vnnd vleissig vnnd recht studiert,
Das zuhoffen, er werde in Christlichen ehr-

lichen Ämptern nützlich dienen können. Die-
weil dan gottes befehl ist, das die Regenten
rechte lehr sollen erhalten helffen, und solches
werck ein rechter gottseliger gottesdienst ist, bitt
Ich neben gedachtem Johan, E. W. wolle im auf
etliche Jahr ein Zimliche unterhaltung günstiglich
verordnen. In betrachtung, das ihm sein vater nicht
helffen kahn, und das sich Johannes erbeut in
Euren kirchen oder Schulen für andern Zu die-
nen. So wissen E. W. das gott diese wolthat
in sonderheit mit frieden, schutz und andern
gaben gnediglich belohnet, wie unser heilandt
Jesus Christus gesprochen, Wer dem geringsten
unter den meinen von wegen der lehr einen
trunck wassers gibet, dem sol solches belohnet
werden. Es beweiset auch gott solche seine
verheischung sichtiglich zu dieser Zeitt an schutz
dieser kirchen, und Straff der verfolger des
Euangelij. Darumb wollen E. W. desto

guttwilliger sein dem Allmechtigen gott zue Ehren. Der wolle Euer kirchen und Stadt, Euch und die Eüern allzeitt gnediglich bewahren, und E. W. zuo dienen bin ich willig. Datum Wittembergk am tag Michaelis und anderer heiligen Engel Anno 1546.

Epistola P. M. cuidam discipulo praescripta.

Etsi perpaucis antè diebus quàm hae literae mihi redditae sunt, de meis rebus ac studijs ad te scripsi, tamen nunc inuitatus suauissimis tuis literis idem argumentum repetam. Ac primùm habeo tibi gratias carissime pater, et quod singulari liberalitate studia mea foues, et quòd tam amanter mihi scribis, meque ad virtutes et decus hortaris. Quibus in rebus elucet vis paterni animi atque amoris. De consilio Phil: Melan: praeceptor mihi delectus est Jacobus Milichius, qui hic sphaeram profitetur, homo in literis latinis et Graecis, et in philosophia praeclare eruditus, cuius consuetudinem spero admodum

mihi profuturam esse. Habito enim in ipsius aedibus.
Philippus propter negotiorum varietatem quibus impe
ditur, non habet domesticam scholam; Et tamen adi
tus mihi ut plerisq. alijs ad eum patet, neq. in[?]sit
sibi exhibere interdum specimen aliquod meorum scripto
rum, ut suum mihi iudicium de ratione formandae o
rationis indicet de .... agnosco plane paternam solici
tudinem. Hactenus contagies nulla hic animadversa
est. Et adsunt adhuc principes Fr. Electoris & aliorum prin
cipum et honestorum virorum liberi, qui si quid incide
rit periculi, scholam alio transferri cogerent. etc.

Egregia Eruditione et Virtute praedito d.
Martino Sidemanno docenti pias et salu
tares disciplinas in oppido Mansfeld amico S.

S. D. Hanc ad te epistolam scripsi die 16 octobris,
qui dicatus est Gallo Helvetico docto[?]i, quo die ante annos
1870 mortuus est Demosthenes, cum sub illud ipsum
tempus et Hipperides orator interfectus est ab Antipatro,
et aliquanto post Demades orator a Cassandro et Phocione.

Non ed.

Etsi viri illis temporibus Graeciae lumina praecipua fuerunt. Quorum cum vita et virtus excellens inutilibus contentionibus consumpta sit, deploremus infirmitatem humanam, et nobis proponamus actiones utiles à Filio Dei monstratas, ut labor noster prosit Ecclesiae. Nec meo melius quicquam video quam quod agimus, ut doctrinam Euangelij et alias honestas artes quantum Deus nobis concedit, explicemus et iuventuti tradamus. Meministi enim CHRISTI dictum ἐν τούτῳ ἐδοξάσθη ὁ πατήρ μου, ἵνα καρπὸν πολὺν φέρητε καὶ γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταί. Etsi igitur hic cursus magna pericula, magna certamina, aerumnas non leves plerunque affert, tamen ἀγωνοθέτην καὶ βοηθὸν ἔχομεν τὸν υἱὸν θεοῦ Χριστόν. Me non leviter exercuerunt multi. Sed spero meas lucubrationes studiosis prodesse. Editionem novam locorum ubi inspexeris tu et D. Martinus iudicium vestrum mihi significate. De meis aedibus locandis D. Sebastiano Mullero respondi; nunc occupatas esse ab ijs, qui eas diu tenue-

runt. Sed quamprimum alijs locaturus sum, te antefe-
ram omnibus. Salutem opto viris optimis D. Martino &
D. Philippo. Bene Vale 1549. P. M.

Ad patrem.

Nihil unquam acerbius ista animi tui offensione mihi
accidit. Itaq. me plane ex orco ipso revocatum in vitam pu-
tes, postquam amantiss. pater literis ostendis te mihi placa-
tum esse. Habeo igitur tibi gratiam quantam maximam
animo concipere possum, quod veniam meo errori das, meq.
in pristinam gratiam recipis; ac vicissim tibi fidem do, me
effecturum esse per omnem vitam, ut intelligas me nihil
prius nihil antiquius tua benevolentia ducere. Ingratissimus
nissimus enim omnium essem, si talem parentem non omni
cura colendum mihi esse existimarem; qui praeter communia
parentum officia me maximis vitae praesidijs curat instrui
atq. ornari. Hoc est bis dare. Cum autem natura tua
nihil sit humanius, spero me non plane furenm esse, cum
arbitror aliquam tuae humanitatis similitudinem in me
propagatam esse, quam quidem ego doctrina & literis exci-
tabo ad gratitudinem et pietatem, & cetera pietatis officia.

Aduentum tuum auidè expecto, de quo stabimus pro tuo iudicio. Scis enim quantum undiq; sit speculatorum.

Alia ad Patrem.

Dedi nuper ad te literas suauiss: pater, quas spero ad te peruenisse. Neq; facilè dixerim, quantum me cruciet expectatio tuarum literarum. Oro igitur te, per summum meum erga te amorem, primum, ut mærori meo des ueniam. Deinde ut pro tuo more iterum ad me scribas, quod ut facias planè tibi iterum uitam dabo. Tanti enim beneuolentiam facio tuam, ut non ipsam uitam magis optandam mihi esse putem quam ut te habeam æquum et propitium. Nam secundum Deum in uno te spes omnesq; meæ sitæ sunt. Quare maximè liberabis me ab ærumnis ac miserijs, si mihi placatus rescripseris. Res, ut spero declarabit, nullam hærere in meis moribus et in mea uita infamiam. Plura scriberem, si per dolorem animi possem, quem nulla res leuare potest, nisi significatio aliqua redintegratæ gratiæ. Acerbissimum mihi fuit, uidere literas ad Geolfgangum datas, cum ad me nihil esset scriptum. O me miserum, si

priore loco quisquam apud te est quam ego. Obsecro te per Deos, ut me in gratiam recipias: Ita primae Deae Litae tibi vicissim sint propitiae et depellant omnia mala; Quas quidem scribit Homerus obambulare ad placandos eos qui irascuntur, et tueri eos qui precibus earum flectuntur. Has ergo Litas oro ut meam apud te causam agant, & pro me deprecentur. Vale.

Philippi testimonium datum Tbannero.

Etsi in hac mortali vita generis humani impiorum ruinae multae & variae omnibus aetatibus propter multas causas fuerunt, sunt & erunt; tamen Deus immensa misericordia sibi semper Ecclesiam servat celebraturam ipsum in omni aeternitate. Cumque haec voce & Evangelij & doctrinae colligatur, non sinit prorsus extingui literarum studia, pietatemque laudat eorum qui literas & artes Ecclesiae utiles discunt, ut suo labore possessionem doctrinae coelestis tueantur. Ita Paulus iubet Timotheum custodire egregium depositum, videlicet monumenta doctrinae, et Ecclesiae sententiam. Voluntas igitur

Georgij Thanneri valdé probanda est, quód ijs se stu-
dijs praecipué dedidit, quae et ipsi privatim ad veram
DEI agnitionem & invocationem, et ad regendos mores,
et deinde in munere publico prodessent Ecclesiae. Et ut
rectius intelligere & maiore dexteritate explicare doctri-
nam coelestem posset, instruxit se cognitione literarum
Latinae, Graecae et Hebraeae, & omnes philosophiae par-
tes mediocriter didicit, quod eó fecit avidius, quia cum
natura ad Musicen quasi ab ipsis Musis insitis semini-
bus feratur, non tantúm harmonias vocum, sed etiam
in reliqua natura, in coeli motibus, in Elementorum
serie, in rerum nascentium utilitatibus, denique in
humanae mentis ordine, concinnitatem consensumque
& quasi harmoniam libenter aspexit & percepit, qua-
rum rerum consideratione non tantúm se ad animi mo-
derationem et quasi concinnitatem assuefecit, sed
etiam vidit, quod Plato inquit: Gratam DEI fa-
mam in artibus sparsam esse. Et valdé confirma-
vit hanc sententiam in suo animo, hunc mundum

non casu extitisse, sed à mente æterna architectatrice
conditum esse, cum numerum atq. ordinem in toto mun-
di opificio cerneret. Sunt igitur & mores eius honesti,
et propter philosophicam moderationem placidiores et sua-
viores. Quare cum in familia viveret viri integerrimi,
et in universa familia excellenter eruditi Jacobi Mili-
chij doctoris artis Medicæ, valde & propter honestos mores,
et studia probatus fuit. Cumq. familiaritas cum bonis
illustre testimonium sit integritatis, ut in veteri versu di-
citur: τοιοῦτός ἐστιν ὥσπερ οἷς ἥδεται ξυνών, magnum ar-
gumentum est virtutis in Tannero quod domestica Tan-
nero cum viro honestissimo consuetudo fuit. Præbuit au-
tem & in docendis alijs eruditionis, fidei et diligentiæ
specimen. Et quia præcipuè omnia refert ad gloriam dei,
piè statuit veram de Deo doctrinam non alibi quàm
in Ecclesia Christi in qua Deus se certis testimonijs
patefecit, quærendam esse. Legit igitur libros propheti-
cos & Apostolicos, et eorum interpretationem studiosè
audivit. Contulit etiam certamina & iudicia omni-
um ætatum de doctrina, et amplectitur consensum

Ecclesiae Catholicae Christi: & abhorret a fanaticis opi-
nionibus damnatis iudicio verae Ecclesiae Dei. Haec de
Georgio Thannero, quia ingenium, studia & mores eius
novi, testari non dubito. Et opto ut deus eum gubernet,
et ad Ecclesiam docendam provehat. Cumq; optime me-
reantur de Repub: qui homines modestos, ingenijs praedi-
tos, recte excultos doctrina & veris opinionibus imbu-
tos praeficiunt Ecclesijs aut scholis: Adhortor bonos &
doctos viros, ut dent operam, ut huius Georgij inge-
nium alicubi Reipubl: serviat. Sic DEUS Ecclesiam
servat, quia passim aliqua bona ingenia exculta eru-
ditione excitat, regit & adiuvat. Quare tales in quibus
hae dona conspiciuntur, omni studio tuendi et iu-
vandi sunt. Datae Witebergae Cal: Nov: 1546.

Aliud.

Grata Deo sunt iustitiae & beneficentiae officia er-
ga hospites, qui honestas peregrinationis caussas ha-
bent. Cum autem hic Petrus Perusinus vir hone-
stus litterarum caussa Academias aliquas Germaniae
viderit, et nunc vel in alijs Germaniae regionibus
vel in Gallia doctorum congressus expetat, caussam

habet honestam suæ peregrinationis. Quod cum ita esse sciam, dedi ei hoc publicum testimonium, ne quis ut fit præsertim in his turbulentis temporibus, seius de eius itinenibus suspicetur. Ac oro omnes honestos uiros, ut hunc Petrum Perusinum hospitem tueantur, et mediocribus hospitalitatis officijs iuuent. Exemplo Dei Filij simus erga peregrinos magis officiosi, Quia ipse ut nos exterros ab immortali uita reduceret in ueram patriam, peregrinatus est in terris mirando consilio. Et sæpe testatur sibi placere beneficentiam erga peregrinos, seq. pro ea liberalitate redditurum esse præmia. Datæ in Urbe Parthenope ad Albim die Martij 25 quo ante annos 1513 Filius Dei D. N. I. Chrs crucifixus est mirando consilio Dei factus Victima & λύτρον pro nobis, ut placaret iram æterni patris, & quo die ante annos 5520 Adam conditum esse traditum est.

P. M.

Aliud.

Ego Philippus Melanthon testor hunc honestum Virum et hospitem natum in Italia Petrum Perusinum proxima æstate in Germaniam uenisse commendatum uiris

testimonijs honestorum et doctorum virorum. Qua-
re et liberalitate Noribergensium ciuium adiutus est.
Honeste apud nos vixit, & doctrinae coelestis studia diligen-
ter colit, & hanc peregrinationem suscepit, non ut cuique
noceat, sed ut uiseat Ecclesias Germaniae, et audiat
eruditos, & confirmet se vera sententia de Inuocatione
Dei et de beneficijs Filij Dei D. N. J. Chri. Postquam
autem hic nuper bello moto Academia nostra in vicinam
secessit, sequi lectores tantisper dum conceditur et ipse
cupit. Est autem virtus Deo grata hospitibus mode-
stis & innocentibus, praesertim doctrinae causa peregrinan-
tibus hospitalia officia praestare, sicut expresse praecipitur
in Deuteron: Jehoua Deus noster ipse est Deus, personam
non accipit, facit iudicium pupillo & uiduae, amat peregri-
num & dat ei victum ac vestitum. Quare et vos a-
mate peregrinos. Affirmat Deus sibi quoque curae esse
peregrinos, & plerique sumus ipsi peregrini. Quos ut
Deus nos curet, ipsi etiam non simus duri erga hospites.
Oro igitur huic Petro ea officia quae modestis hospitibus
boni tribuunt, amanter praestari. Dat: Witeb: die 10 Nou:
Ao 1546.

Aliud.

Beati misericordes, inquit Christus, quia misericordiam consequentur. Petit autem hic senex calamitosus plane ut Lazarus, a Reipub: nostra hospitium, quod ut ei praebeatis oro, & obtestor propter Filium Dei D. N. J. C. qui etiam in terris exilij miserias sustinuit. Non ego ignoro, Respubl: in hac temporum difficultate magna onera sustinere, ac nollem privatorum Eleemosynas largiores esse. Sed tamen in hac bruma subito quo confugiat hic miser nisi ad Rempub? Quare ut misericordia eius afficiamini vos obsecro. Pro quo beneficio Deum & vobis & civitati praemia redditurum esse non dubito. Servat Deus politias hanc ob causam praecipue, ut sint hospitia Ecclesiae, studiorum & pauperum. Et harum gentium civitatibus propter has causas dedit diu pacem, cum toto orbe omnia regna quassarentur. Dabit autem pacem diutius, si Ecclesias & pauperes mediocri diligentia fovebimus. Bene & feliciter valete. Anno 1544 die Virginis Catharinae, quo olim Jerosolymae Encaenia celebrata sunt, instituta a Maccabaeo ante annos 1700 cum templum recuperassent. Utinam Deus nunc quoque sic adsit instaurationi Ecclesiarum, et eam regat. Amen.

Aliud.

= Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Ut igitur Deus mitiget publicas et privatas calamitates, nos quoq; opem feramus miseris quantum quisq; suo loco potest. Etsi autem scio nunc Respub: variè oneratas esse, tamen non deserendi sunt Sacerdotes miseri, quos praecipuè nobis Deus commendavit. Quare vos propter Deum D. N. J. Christum oro & obtestor, ut hunc sacerdotem senem, caecum, miserum, vagantem cum parvis liberis sine tecto, amplissimo Senatui vestro commendetis, ut aliquem ei nidum attribuant. Afficiamur ingenti calamitate Sacerdotis, ut Deus nobis quoq; nostras aerumnas leniat. Fuit hic meus hospes, et instructus exiguo viatico ad suos liberos redit, qui sunt in vestro suburbio, unde in ipso brumae frigore eijcitur, nec verò potest iam procul migrare. Quare recipite hunc Lazarum, et misero aliquantisper hospitium praebete.

Testimonium Fischeri.

= Aliquandiu in Academia nostra Johannes Fischer Schneebergensis Arithmeticen scholasticis tradidit tanta dexteritate ut multi benè profecerint. Et comperimus

eum non tantum uulgaria artis praecepta tenere, sed
etiam auditiones uias magna celeritate explicare. Et
mores eius sunt modesti. Cum autem magnus sit usus
Arithmeticae cum in multis uitae negotijs tum uero in
reliquis artibus percipiendis, quarum haec quasi ianua
dici potest: Commendo hunc Arithmeticum omnibus bo-
nis uiris qui gubernant studia literarum. Et deum oro,
ut sint hortatores suis Scholasticis, ut discant et ament A-
rithmeticen, & huius artificis opera utantur. Plato inquit,
faciles esse has artes, quae Mathematicae uocantur, si tan-
tum adhibeatur artifex qui eas tradere possit. Experien-
tur autem studiosi magnam esse dexteritatem huius Jo-
hannis. Et Arithmeticae initia nisi in prima adolescen-
tia percepta sint, postea a grandioribus infeliciter
tentantur. Ideo boni gubernatores iuuentutis ad hoc
huius artis initia cito adolescentiam transferant,
et hoc quasi ludo tenera ingenia praeparari curent.
Nec dubito ei ipsos scholasticos, postea ubi aetas addet
iudicium, pro hoc magno beneficio gratias acturos esse.
Nos quidem decet utilia monstrare adolescentiae,

At deum aeternum patrem D. N. J. C. orare, ut det Ecclesiae suae bona ingenia, eaque regat, et honesta studia doctrinae exuscitet. Bene valete lectores. Date 7 Sept: Anno 1545.

Testimonium Helleri Theologi.

Petiit a nobis testimonium de suo gradu et studijs Venerabilis Joannes Hellerus Wasoviensis diaconus Ecclesiae Dei in oppido Thuringiae Weisenser. Id ei summa voluntate impertiuimus. Nam cum alios honestos viros qui se optimarum artium studijs dedideruntque referunt ad communem Ecclesiae et Reipub: utilitatem, tum vero praecipue ministros Euangelij pios & non abhorrentes a literis ornare cupimus. Attulit autem ad nos hic Joannes literas graui autoritate scriptas, quae testabantur et mores eius honestos esse, & fungi eum ministerio Euangelico magna pietate & sedulitate in oppido Weisensee. Est & antea in Academia Francofordiana & nostra versatus, & doctrinam Christianam studiose didicit, & ad eam addidit earum artium studia quae ad intelligendum sermonem sa-

crum Bibliorum, & ad explicandum maximè neces-
sariæ sunt. Et cum in functione muneris multum
ei iudicij quotidiana exercitatio attulerit, multum profuit
nunc ei rursus in hac Academia aliquandiu pro doctos
eruditos audiuisse. Quare cum peteret gradum Magi-
sterij, diligenter eius eruditionem explorauimus, et com-
perimus eum ijs partibus philosophiæ, quæ ad explica-
tionem doctrinæ Ecclesiæ præcipuè utiles sunt, tum dia-
lectica, physica, Ethica benè institutum esse, & rectè
tenere summam Christianæ pietatis, ac amplecti puram
Euangelij sententiam, quam Ecclesia nostra Witeber-
gensis uno spiritu et una uoce cum Catholica Eccla
Christi profitetur, & abhorrere ab omnibus fanaticis
opinionibus damnatis iudicio Catholicæ Ecclesiæ Christi.
Itaq; propter eruditionem & Virtutem decreuimus
ei gradum Magisterij philosophici. Cum autem diuina
autoritate præceptum sit, ut ministerij Euangelij rectè
docentes & diligantur, Ut Paulus inquit, eximiè &
honore afficiantur; Omnes boni homines hunc M. Joan-
nem propter ministerij dignitatem præcipuè complectantur.

Petimus autem ut aliquid addant studij & beneuo-
lentiæ propter eruditionem eius et optimam erga literas
uoluntatem. Deniq; deum æternum patrem D. N.
J. C. oramus, Ut hunc Joannem regat & guberet, Ut
sit uere, sicut paulus inquit, οἰκονόμος Dei felix & salu-
taris Ecclesiæ D. N. J. C. Data Witebergæ die 1 Sep:
Anno 1545.

Reuerendissimo domino Nicolao ab Amsdorff
Epo Naobrugensi, Eruditione, Virtute & pietate
uera præstanti suo patrono cum obseruantia colendo.

Phil: Melan: sub noie Viti Winshemij.

S. D. Reuerendiss: Domine. Ut Ecclesia Dei uere or-
phana inter hæc mundi Imperia intuetur pios doctores,
& uere Episcopos, & ab eis consolationem petit: ita nunc
puella domini pauli filia orphana necessario suo tem-
pore à quo imploraret auxilium potius quam à patrono
amico & Vero Episcopo? Quare cum liberalitatem
erga eam exercuistis, pietas uestra grata erit, et pro
ea uicissim Deus his Ecclesijs & politijs benefaciet.
Nos quidem & puellæ nomine & sponsi & nostro gra-

tiam habemus, & Deum aeternum patrem D. N. J. C.
precamur, ut has Ecclesias quae certe similes sunt pupillis
orphanis defendat & regat, & servet nos & alios pios docto-
res tanquam oleas feraces in domo Dei, nec sinat extingui
lucem Evangelij, & noticiam D. N. J. C. sed multorum
pectora vera pietate accendat, & pia studia doctrinae & mo-
rum disciplinam tueatur, & veris laudibus inter nos in
hac mundi senecta etiam celebretur verus Deus aeternus
pater D. N. J. C. cum Filio suo & S. S. Has optimas
res deus impertire solet per veros Episcopos, quos quidem
vocat συνέργους & laboris socios. Quid potest autem
maius cogitari quam divina voce dici socium divini la-
boris? Veneramur igitur pios pastores in quorum nume-
ro longo iam tempore nos quoque R. P. V. servire vide-
mus, & ut diutius serviat in domo Dei optamus.
Bene & feliciter R. P. V. valeat. die Nuptiarum filiae
domini Pauli Knoti, quae ut sint faustae & felices,
faciat Deus aeternus pater D. N. Jesu Christi.

Joachimo Camerario S. D.

Etsi in hac confusione Reipub: multa sunt, quae

nobis intuentibus hominum vitam magnum dolo-
rem afferunt: tamen cum iterum video aliquas Ec-
clesiae Dei reliquias esse; quae cum divinitus servan-
tur, ostendunt etiam nos non abiectos esse a Deo; et passim
aliquos esse viros doctos et honestos qui fideliter propa-
gare literas et optimas artes student; nonnihil acquiesco
quasi portum aliquem prospiciens. Qua cogitatione
cum tuum ingenium, eruditionem, mores, fidem in do-
cendo, gravitatem in omni officio contemplor, magnam
voluptatem capio harmoniam illarum virtutum pul-
cherrimarum considerans. Nam cum eruditione ex-
cellas, non minus tamen literis sunt ornamento cae-
terae virtutes quam literae ipsae. Saepe etiam gratulor
cum tali viro amicitiam esse, ex qua hoc meo tempore
magnum fructum percipere possem, nisi te luctus pro-
pter fratris viri praestantis sapientia et virtute inte-
ritum domi retineret. Desponsavi enim filiam uni-
cam iuveni docto et modesto Tranco. Cumque ad sa-
crum nuptiale amicos vocaverim, te quoque adesse
maxime optarim. Id enim mihi et meis liberis ho-

nonificum esse duxerim. Gaudeerm etiam te in ipso coetu cum caeteris tua vota ad Deum coniungere, qui quo magis intelligis vitae pericula, eo ardentius petere gubernari meos divinitus. Cum autem de te vocando deliberarem, simulque de tua erga fratrem pietate multa dicerentur, non ausus sum tali tempore petere, ut ad nos accederes, praesertim cum mihi historia de tuo patre viro gravissimo commemoraretur; Quem aiunt cum ad nuptias à quodam amico vocaretur semestri exacto post mortem tuae matris, quam cum alijs virtutibus omnibus honesta matrona dignis excelluisse, tum vero etiam literas & philosophiam coluisse scimus, valde commotum dixisse, mirari se amici duritiem, qui lugentis talem coniugem rationem non putarit habendam, perinde ac si cui pera forte de cingulo decidisset. Cum igitur tibi non minorem pietatem quam patri tribuamus, & hoc temporum mestitia tuum dolorem augeat, pudore impedior, quo minus te accersam. Facies tamen quod tibi viro sapienti & officiorum momenta ratione pensanti videbitur. Hanc autem Epistolam ad te misi;

non solum ut beneuolentiam erga te meam, quae
erit perpetua, cognosceres, sed etiam ut cum intelle
xisses nos luctus tui rationem habuisse: tamen pe-
terem ut animo nobiscum adsis, & vota pro nobis ad
Deum facias, Ut et Ecclesiam & eius domicilia & studia
servet ac regat, & tuis meisque ~~liberis~~ det vitae cur-
riculum salutare, ut sint σκεύη ἐλέους. Quod perfe-
cto tuis liberis toto pectore opto. At ut bene sperem,
moneor illa gravissima sententia, quae etsi in poema-
te prophano scripta est, tamen in divinis oraculis
saepe repetitur: εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λῷα, δυσσε-
βέων δ' οὔ. Bene vale & rescribe.

Vitus Winshemius.

Clarissimo piae doctrinae restauratori
D. Doctori Martino Luthero, domino
ac patrono suo in Christo observandissimo.

S. in Christo. Etsi observandissime pater, D. Geor-
gius maior copiose ad nos scribit ea quae hic in nostro
collegio patimur, verius quam agimus, tamen non

dubitamus quin preces tuas coniungas cum nostris, uo-
lui etiam cum illius literis meas ad manum R. adiungere.
De nostra actione alius aliter iudicat. Ego uero sentio
exemplum esse perspicuum euentus humanorum consiliorum.
Institutum est enim hoc colloquium, ut esset parasceue ad
ineundam in Ecclesiasticis controuersijs concordiam. Ecce
autem tibi ad eum finem adhuc quidem tendit, ut sit ad
cognoscendam & illustrandam concordiam. Aduersarij collo-
cutores in hoc solum studium incumbere uidentur, ut non
solum conseruent eam impiam doctrinam, quae tamen spe-
ciem quidem pietatis habet, sed etiam illam restaurent,
quae antea a senioribus suae ipsorum partis abiecta est.
Recitant nobis Encomia Scholasticorum Theologorum.
Docent impios posse se praeparare bonis operibus ad accipi-
endam gratiam qua iustificentur. Dicunt in Ecclesia
Christi mandatum esse, Quod duplex sit iustitia fidei &
operum. Concionantur nobis, non leuem esse errorem,
sentire quod Deus imputet homini quod non habet, &
peccatum quod habet imputet. Iudicium enim DEI esse
secundum ueritatem. Denique cum articulus de Iustificati-

one in Confessione nostra simpliciter proposuimus sit, ipsi in uno illo articulo plures ferè errores objiciunt, quam articulus verbis constat. Hæ sunt suaves illæ conciones, quas hoc tempore audire cogimur. Nec dubito, quin si tu in angulo inuisibilis sederes, & audires tam impias conciones & calumnias, non solùm miserescere te nostri; Verum etiam mirareris, quòd cùm pedes habeamus, non continuò nos è medio proripiamus. Quare sapientiss: profectò factum est, quòd Philippus Domi à nobis retentus est. Rogamus autem te reuerenter, ut iuues nos precibus tuis apud deum patrem D. N. J. C. quò tandem ab his impijs, & tetris ac uerè διαβόλοις liberemur. Dominus noster J. C. seruet te diutiss: Ecclesiæ suæ incolumem. Amen. Bene & feliciter Vale. Ex Ratisbona die 17 Febr: Ao 1546.

Joannes Brentius.

Clarissimo et doctissimo Viro D. Philippo Melan: maiori suo in Christo obseruando.

S. in Christo. Ea est Collegij nostri fortuna, ut meri

eo tibi gratulemur, quod domi manseris. Adversarij nostri
collocutores in hoc convenisse videntur, non ut afflictis re-
bus moderatione aliqua succurrant, sed ut si quid in superi-
oribus colloquijs moderatius ab aliquibus ipsorum partis
dictum est, nunc asperitate emendetur. Proposuimus quaedam
de ea conciliatione quae inter nos nuper Ratisbonae in arti-
culo Justificationis facta est. Sed iam non solum non appro-
bant, verum etiam magnis clamoribus oppugnant, id quod
vides in oratione virulenti illius hominis Billicij, cuius
orationis exemplum ad te mittitur. Julius Pflug etsi in hac
urbe est, tamen nunquam adhuc venit in Colloquium. Ami-
ci significarunt nobis, quod initio huius actionis contenderit
cum suis, ut hanc conciliationem de Iustificatione appro-
bant. Hoc cum impetrare non potuerit, nihil sibi velle
negotij esse cum hoc colloquio, donec de hoc articulo pertracta-
tum fuerit. Malvenda etsi canit veterem Scholasticorum
& Monachorum cantilenam de iustificatione humana, ta-
men loquitur. Billicus qui sumpsit sibi secundas partes
dicendi, quod fortassis oratio Malvendae non satis habeat
aculeorum, vere diabolus est. Διάβολος enim optime etiam

et perspicue dicta. Huius viperae sibili & morsus perferen-
di sunt. Sed usque quo peccatores domine? Usque quo gloria-
buntur? Reddet illis iniquitatem ipsorum & in malitia eorum
disperdet eos dominus deus noster. Porro cum legens scriptum
in quo fit mentio Colloquij, quod anno 30 Augustae fuit insti-
tutum, et cuius scripti autorem puto Cocleum, an non pu-
rum mendacium nobis adscriptum vides? Cum dicunt, Nos
consensisse ut non doceatur: Solam fidem Justificare. Agite
igitur, accingite vos itineri, Tu & Illustrissimus princeps
Elector (qui et ipse in ista collocutione interfuit) dicetis
de hac re testimonium. Et si deo placet, mittet etiam huc
d. Landgravius hospitem suum ducem Brunsuicum.
Nam hic aliquoties eius rei spectator fuit. Reliqui au-
tem praeter unum Cocleum extincti sunt. Sed cum haec
scribo, incidit mihi d. Pontanum illum Clariss: Iuriscon-
sultum etiam adfuisse. Dominus conservet eum Reip: diu
incolumem Amen. Hac die venit ad nos d. Georgius
Volkamerus e Nurnberga auditor Colloquij loco d. Baum-
garteri missus. Is commemoravit nobis Carolum iam
secundo vocare principes & status Germaniae, ut die ni
fallor 24 aut 25 Martij Ratisbonae conveniant.

Sed interim alij mussitant, Carolum stipatum multis millibus equitum & peditum suscepisse profectionem ad Coloniam, non ut eijciat Episcopum, sed ut adiutorem (totus enim mundus plenus est sophistices) quem Episcopus ante hoc tempus sibi cooptavit, instituat. Hoc si verum est, initium erit malorum, Imò non malorum sed bonorum. Quid enim mali posset nobis accidere Filio Dei pro nobis apud patrem suum excubante & ad dextram eius sedente? Bene et feliciter vale. Ex Ratisbona die 17 Febr: Ao 1546

Joannes Brentius.

Egregia eruditione & virtute praedito M. Joanni Rod Bambergensi docenti literas in oppido Mansfeld amico suo. S. D.

Haesit hic aliquandiu hic adolescens Bambergensis Christophorus, cuius mihi natura perliberalis visa est. Cum igitur propter inopiam manere hic diutius non possit, nec ego aliam rationem consulendi ei invenirem ullam, decurri ad hoc consilium. Fui autor ut ad te proficisceretur, ut in ludo tuo ei locus aliquis tribueretur, aut tua aut conterranei mei dni Martini diligentia ab amicis aliquid viatici ei impetraretur, qua in re scio fidem & officium d. Martinj tibi non defuturum esse. Suscipe igitur hanc curam. Nam cum

Non ed.

potentes negligant ordinem scholasticum, magna ex parte
nobis ipsis curae sit Deo iuvante gregem nostrum fouere.
τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος μύρμακι δὲ μύρμαξ, in-
quit Theocritus. Si hic sensus tuendi sui generis minutis in-
sectis inest, quanto magis in nobis esse debet, quos Deus ad
societatem condidit. Bene vale die 15 Julij Ao 1545

Phil: Melan:

Venerabili viro egregia virtute & sana doctri-
na praedito D. Joanni Turbicida pastori Eccle-
siae ~~coelestis~~ Cotesis amico suo.

S.D. Etsi multa disputata sunt à multis de Elevatio-
ne Sacramenti, tamen in Ecclesia nostra ideò placuit eum
morem mutari, quòd allegata hac elevatione aliqui confirma-
bant morem circumferendi & adorandi panis. Hanc autem
circumgestationem constat extra rationem Sacramenti esse,
ut si aqua circumgestaretur sumpta ex ceremonijs Baptismi.
Sunt enim Sacramenta actiones institutae à Deo. Aqua non
est Sacramentum, sed ipsa baptizatio sonante simul voce
Dei. Sic de Coena domini sentiatur. Panis non ordinatus
ad sumptionem sed ad spectaculum nequaquam est Sacramen-
tum. Non enim alligandus est Deus ad aliquam crea-

turam sine expresso verbo Dei, ut constat. Secunda ratio haec est, horribilis error, quod sacrificulus offerat in hoc ministerio Filium Dei pro vivis & mortuis, & quidam addunt, id opus valere ex opere operato, i[d est] ut ipsi loquuntur, sine bono motu utentis. Ad hanc persuasionem confirmandam retinent elevationem. Cum autem error ipse damnandus sit, aboleri vinculum ipsius erroris utile est, ac prorsus animi de vero usu Sacramenti, de confirmatione fidei & gratiarum actione docendi sunt.

Joanni Brentio S. D.

Collectam exilio pubem miserabile vulgus vocat Aeneas multitudinem suae navigationis sociam. Tale est nostrum agmen. Non enim solus Erasmus Alberus exulat. Quis nostrum certam sedem habet? Ego annos circiter quindecim exilia quotidie expectavi et adhuc expecto. Alius alio praesentes aerumnas fert aequabilius. Ideo non subito deserimus omnia loca in quae seu ventis seu potius fato & Dei consilio delati sumus. Sed quo fata vocant pietas severa sequentum. Deum aet: patrem D. N. J. C. oro ut me regat, ut sim & maneam σκεῦος ἐλέους, et ut mei labores prosint Ecclesiae verae. Erasmum Alberum quaeso ut consiliis tuis regas. Gaudeo enim in Repub: honesta sedem nactum esse. Stam & recte tenet doctrinam Ecclesiae Dei non vitiatam opinionibus fanaticis, et Deum timet & moveri se in gubernatione,

tione à te præsertim, quem diligit, patietur. Bene Vale.
die 17 April: quo ante annos 3852 Noë arcam ingressus est.

Phil: M.

Guilielmo Linken Iuniori.

Non ed. Magnam cepi voluptatem ex literis tuis, ex quibus & beneuolentiam mihi tuam illustri significatione declaras, et de studijs tuis prudentissimè deliberas. Ego verò & amore ergâ me tuo delector, & gaudeo tua & patris causa, & propter Rempub: te ad decus & ad virtutem incitatum appetere non tantùm eruditionis umbram in illa politica & gubernatrice ciuitatum sapientia, quam istic à summis viris ingenio, eruditione & sapientia antecellentibus audis, sed quantum fieri potest, integram cognitionem. Etsi autem vir sapiens & grauis pater tuus etiam sine meo consilio sententiam probabit, qui vidit exempla utriusq: generis & salutarem fuisse Reipub: perfectam doctrinam & sæpè nocuisse arrogantiam doctrinæ inanem in gubernationibus; tamen et ego ut volebas, ad eum scripsi, eiq: ostendi cum iudicium tuum mihi placere, tum verò laudare me voluntatem, quòd fontes doctrinæ cognoscere cuperes, ut tua opera salutaris esse Reipub: possit. Illud autem te oro, ne eò me parùm officiosum putes, quòd non statim etiam tibi responderi ut decebat. Nam itine

ra quaedam ingrata & aerumnosa potius impedierunt hoc officium, Quare mihi veniam dabis. Ut autem intelligeres, me amicitiam tuam magnifacere, etiam ex longiore intervallo iam ad te scribendum esse duxi. Complexus sum te admodum adolescentem, propter indolem tuam, quam & ad literas & ad virtutem idoneam esse statim iudicavi. Id meum iudicium cursus studiorum tuorum statim comprobavit, & vicissim multis tuis & patris officijs benevolentia erga me vestra declarata est. Hanc vero amicitiam nostram ab honestis officijs ortam non solum mea causa sed etiam propter Rempub: tueri cupio. Nam privatae moderatorum hominum coniunctiones communi vitae utiles sunt, & ad hanc referendae praesertim eruditorum amicitiae. Velim igitur ita statuas, te a me vero & constanter diligi; meq; tibi fausta & felicia omnia optare, Et cum non solum ex literis tuis cognoverim, te flagrare cupiditate discendi egregia, sed etiam laudari studia a doctis viris qui ex Italia ad nos redierunt, audiverim, hoc decus & tibi & patri, & Reipub: gratulor. Fruere mi Guilelme luce illa doctrinae in ea natione quae ingenijs & sapientia semper omnibus gentibus antecelluit, & multis iam seculis magistra est orbi terrarum. Venit mihi in mentem illud Aristidis de Areopago, Qui ait, Ut quaedam loca movevunt mentes

Vatidicas: ita in Areopago loci natura adiuvari solitos, ut
melius videant iusta & iniusta, quod profecto non de nihi-
lo dictum est. differunt enim ingenia regionum, & longe
sunt certiora iudicia, ubi magna studia sunt, magna erudito-
rum frequentia, & opinionum collatio. Tales coetus audire
& eorum cognoscere sententiam de virtute omnium pulcher-
rima s. de iusticia gubernatrice vitae humanae, ingens felici-
tas est. Deum autem aeternum patrem D. N. J. C. fontem
iusticiae oro, ut te patri & nobis omnibus incolumem restituat,
teq. ad Rempub: provehat. Satis magnum, inquit ille, thea-
trum est, amicus amico. Filius vero praecipuum theatrum
sibi patris oculos & sensum esse ducat, huic placere maxi-
me studeat. Scis autem patrem etsi generis claritate &
opibus inter cives antecellit, tamen habere alia maiora
ornamenta: Sapientiam, iusticiam, fidem, gravitatem.
Talis parentis iudicio servire gloriosum ducito. Epami-
nondam aiunt, parta victoria Leuctrica dixisse, se omni-
um laborum fructum hunc maximum capere, quod pa-
rentes habeat spectatores suae gloriae. Haec vox viri
vivo sensu naturae optime prolata monet, quam parentum
approbatione praecipue delectari nos deceat. Nec vero

dubito quin in hanc vocem tibi quoq; vitae legem ex duras.
Haec ad te scripsi amoris erga te mei declarandi causa,
quae si tibi grata esse cognovero, gaudebo & scribam alias
copiosius. Vale die brumae Ao 1544.

Honestissimo Viro, excellenti Virtute & pietate
praedito D. Philippo Gluspies amico suo.

Scio te non solum naturae bonitate, sed etiam honesta doctrina
in hanc sententiam adduci, ut statuas amicitiam Virtutem
esse, Et propter Deum & multas publicas causas colendam
esse. Nam privatorum coniunctiones, studia rerum bona-
rum, religionis, & aliarum honestarum artium augent.
Hoc animo bonorum virorum amicitias semper expetivi,
& prodam cum labore meo plerasq; studeo. Quanquam
autem fuerunt erga me officiosi multi, tamen praetextu amici-
tiae nec κολακευτικός nec captator esse velim. Te quidem
candide propter communia studia optimae doctrinae & pp
veterem ac doctissimam familiaritatem semper dilexi
& adhuc diligo, nec mutavi quicq; de mea erga te benevo-
lentia, propterea, quod affinis tui filios honestiss: adolescentes
ad meam mensam admisi; Imo nunquam ipsum de te aspe-
re loquentem audivi, ac quasdam eius suspiciones sanavi.

Non ed.

Volo igitur tibi persuasum esse, te à me iure diligi. Et
hanc Epistolam tanquam testem praecipuae meae voluntatis
mitto. Memini me autem ante annos aliquot de AR
ad te scribere; Quem quod propter meas literas admisisti, gra-
tiam tibi habeo ut debeo, ac Deo gratum esse officium tuum
non dubito, qui certe vult ut honestis familijs egentibus a-
mici sine insigni detrimento opitulentur, ut manere socie-
tas ciuilis & Ecclesiarum coniunctio possit. Nunc iterum
AR ad te scribo. Hactenus priuigni et priuatae aedificatio-
nes eum exhauserunt. Nunc liberatus ab istis sibi &
suae coniugi honestissimae consulere cupit & aedificare desi-
it, cumque domus ei fructuosa esse possit, etiam negotiatio-
nem mediocrem instituere cupit, sed ad hanc opus est ei au-
xilio, ut antea Mauricium Bibliopolam nostrum tecum
locutum esse arbitror. Hic te propter aeternum Deum pa-
trem D. N. I. C. qui omnium officijs communem socie-
tatem iuuari vult, ut maneant politiae & Ecclesiae, in quibus
celebretur, Oro, ut Ambrosio des mutuo aliquam pecuni-
am ad instituendam negotiationem, quod ut sine tuo
damno fiat, etiam ratio inuenienda erit. Primum autem
Dei voluntate hac in re moueare, Deinde honestissimae
matronae coniugis ipsius inopia, quam non dubito ut so-

rorem dilexi, et propter genus & propter eius virtutem. Est enim exemplum matronae ornatae omnibus eximijs virtutibus, pudicitia, gravitate, & sanctitate morum, pietate, tolerantia, diligentia in Oeconomia. Huius te fortunam respicere pro tua pietate velim. Postremo etiam nostrae amicitiae aliquid tribuas. Juvarem & ipse eum, si Oeconomiam ipse potuissem regere, sed me negotia publica impedierunt. Aequum est autem nos officiosos esse erga eos, quorum militia servit Ecclesiae & doctrinam veram illustrat. Haec ad te scripsi bono studio, teque oro ut amanter & liberaliter respondeas. DEUS aeternus pater D. N. J. C. servet & tuam familiam incolumem, & regat te ad salutem Ecclesiae & tuam. Bene vale. die 23 Augusti Ao 1544. Senem venerandum propter pietatem, eruditionem, ministerium Evangelicum D. Maximum conterraneum meum opto recte valere & diutius vivere & servire Ecclesiae. Opto salutem et gubernatori scholae literariae.

Egregia eruditione & virtute praedito M. Andreae Kegelio amico suo.

Tres quaestiones in historia tua continentur: An mulier propter celatum partum fuerit punienda; An adulter sit punienda. Item an inquisitio de morte infantis instituenda

N on ed.

sit adversus maritum. Item. Quid de Coniugio contracto iam sentiendum sit. Ad primam respondeo. Optarim punitam esse mulierem ante desponsationem propter celatum partum, nunc poena inter coniugem adferret offensiones marito. Et si est sanabile ingenium mulieris, et nunc modeste vivit ac poenitentiae significationes ostendit, parci malim. Ad secundam: Nolim inquisitionem fieri de morte infantis. Ad tertiam: Etsi honestius fuerit differri desponsationem de qua scribis, tamen postquam facta est, non rescindatur. Iam enim Coniunctio horum de quibus scribis, legitimum coniugium est. Habes meum iudicium de tuis quaestionibus. Etsi autem disciplinam optarim severius regi, tamen in tanta confusione temporum quaedam errata, quae mutare non possumus, prudenter regamus. Mihi hi versiculi saepe in mentem veniunt: Quanto quaedam fieri peiora videmus Vulnera, quae melius non tetigisse fuit. Bene Vale. die 26 Aprilis.

Clarissimo Viro, Eruditione & Virtute praestanti D. Chiliano Goldstein doctori Iuris amico suo.

Non ed. Et tibi & Ecclesiae Dei gratulor huiusmodi animum, qui

2(1)

tua beneuolentia Euangelij interpretes iuuis & ornas. Etsi enim ut in hac ultima senecta mundi; non sumus pares donis summis illis doctoribus, ~~Ecclesiae~~ Eliae, Eliseo, Esaiae, Paulo: tamen & fungimur eodem munere, & sustinemus pericula & certamina similia, eoq. magis à bonis iuuandi sumus, quia nunc magna est nostra imbecillitas. Quod igitur tuae tam liberaliter officia tua in Epistola quam mihi proximè misisti, defers, gratiam tibi habeo. At deum precor, ut uicissim Ecclesiam tuam domesticam seruet ac regat. Epistolam verò illam tuae tradidi, ut tanquam syngrapham tuae voluntatis retineret qui quidem cum narraret, se à te amanter hoc tempore adiutum esse, magnopere & hac commemoratione, quae erat in literis, delectabatur. Etsi autem consilium vestrum non reprehendo, qui isthic ambo uiuere maluistis, quam in hoc nostro rure: Et video Ecclesiae & Reipub: etiam in alijs locis opus esse bonis gubernatoribus: tamen haec migratio tuae dolorem mihi & solicitudinem adfert. Multa si adesset leniturus erat, & abduci à me tanquam in acie παραστάτην, cuius mihi fides cognita & probata est, moleste fero. Sed haec ipsa querela & impendentium periculorum cogitatio mihi scribenti dolorem auget. Quoniam autem uos iam Deus in urbis uestris gubernatione coniunxit, perpetuam uobis concordiam opto, quam cum ipsi sciatis necessariam & salutarem esse

communi societati, non utar longiore oratione. Magna res & salutaris, & magna ars est in gubernatione continere & frenare priuatos affectus, & propter communem salutem tueri concordiam, Ut Athenis Aristides & Themistocles, quamquam multis in rebus dissimiles, in publicis tamen consilijs consentiebant, & alter alterum monitorem patiebatur, repressis priuatis motibus. Romae Fabius & Scipio: Claudius et Liuius & alias alij. Et praeclare dicitur illud in Philoctete Sophoclis ad duos Neoptolemum & Philoctetem: ἀλλ' ὡς λέοντε συννόμω φυλάσσετον οὗτος σὲ καὶ σὺ τόνδε. Nos vero in Ecclesia Dei grauiores causas habemus coniungendarum voluntatum ad communem tranquillitatem tuendam, quam illi ignari Dei. Scimus enim ipsi ἀρχὰς τήν τε εὐαγγελικήν καὶ τήν πολιτικήν esse Dei opera. Alter ergo alterius munus veneretur, atque ornet, etiamsi homini cessurus non erat. Quoties enim Christus praecipit de dilectione mutua. Et Johan: inquit: ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστὶ καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ θεῷ μένει, καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ. Excutit deum rectorem quisquis serit dissidia, aut qui nimius priuatis affectibus distrahitur a collegis mediocriter facientibus officium. O magnam laudem, magnum decus, hi

moderati sua lenitate & tolerantia mentis publicam concor-
diam, cum dicitur: ὁ θεὸς μέγας ἐν αὐτῷ. Haec tibi nota
esse scio, & gaudeo tuam voluntatem ad hanc virtutem
assuefactam esse, sed tamen non ingrata est oratio de vir-
tute ulla bonis viris. Bene & feliciter vale. die 20
Novem: Anno 1544.

Eidem.

Gratiam tibi habeo quod amantissime scriptis literis tuis
interdum me a conspectu earum miseriarum, quibus
excrucior, abducis etc. oro ut scribas saepius, ac praecipue iam
cum de conventu multum audis, de quo minus solicitus
essem, si principes haberemus tales qualem describit Dion
M. Antoninum, quem tuae leges vocant Philosophum.
Verba Dionis de M. Antonino haec sunt; Quae tibi ex-
tanti de Repub: iucunda fore arbitrabar, adscribam: ὅμοι-
ος διὰ πάντων ἐγένετο καὶ ἐν οὐδενὶ ὑπηλλάγη· ἀγαθὸς
δὲ ἦν καὶ οὐδὲν προσποιητὸν εἶχε. πολλὰ δὲ καὶ ἐκ
παιδείας ὠφελεῖτο. id est, Sui similis erat per omnia,
Et in nulla re mutatus est, Bonus autem erat & nihil
simulatum habebat, ac multum proderat ei eruditio.
Confer ad hanc imaginem nostros Heroës, quid simile inve-
nies? Quantum inconstantiae & simulationum in multis

Non ed.

est. Bonitas vero & eruditio Sed oremus
Deum ut nos regat & servet. Vale.

Philippo Gluespies.

Non ed. Magno cum dolore intellexi, Carissime Philippe, avulsam esse à te honestissimam, & omni matronali laude decoratam coniugem tuam, facilè iudico te in summo moerore esse, praesertim cùm nunc novum vulnus accipias tàm citò post Soceri mortem. Etsi autem lugere pium est, & nos satis doloris & maesticiae tuae scimus, tamen, mi Philippe, te propter Filium Dei mortuum pro nobis & resuscitatum obsecro, ut quantum poteris, dolori repugnes. Non nascimur, nec occidimus casu; sed fiunt haec gubernante Deo, cui obtemperare debemus. Est ut scis sola Christi doctrina, quae ostendit quare Deus exerceri velit nos etiam iustis afflictionibus; Nec nos ita arroganter de nobis sentiamus, ut cum Filius Dei omnium tristissima passus sit, nostram tranquillitatem & suavitatem interturbari nolimus.
O magna Virtus & eruditio digna Christiano, In aerumnis praebere se Deo morigerum, sicut docet Petrus inquiens: Humiliamini sub potenti manu Dei. Quemadmodum pressit Davidem, Jeremiam, & multos summos viros exercuit: Sed eosdem potenter rursum erexit, consolatus est,

& ex media morte reuocauit. Hanc sententiam in utramq;
partem cogitari te uelim, nec dubito quin suppeditura tibi
sit uberem consolationem. Huc accedunt illa, quod scis, Cr
te non amisisse esse coniugem. Paulo post rursus eam com
plecteris, & dulciori consuetudine ipsius frueris, quam in hac
mortali Vita. Scis certo eam in coetu beatorum apud De
um, Filium Dei, angelos, pios patres, prophetas, Apostolos,
denique apud patrem, ex quo nata est, uersari. Cum hoc colloqui
tur. Habet pro te iam Consolatorem Paulum Apostolum, Esai
am & sanctos uiros. Saepe nostram caecitatem deploro, quod
tanta beatitudine proposita, & talibus sodalitijs in uita hinc
discedimus. Ego ne malo hic inter Tyrannos & Sophistas qui
dem uiuere, quam apud illos uere heroicos uiros, Abraham,
dauidem, & uere philosophos, non Sophistas. Apud Esaiam,
paulum, Jeremiam, dauidem, & similes. Haec si cogitabis
leuationem aliquam maeroris adferent. Hoc tempore plura
scribere non potui, sed scribam breui copiosius. Bene uale.
Deus pater Dni nostri & liberatoris nostri Jesu Chri, qui
consolatur adflictos & sanat contritos, te quoq; consoletur.
Cal: Martij 41.

Eidem.

Et constantia tua in amicitia Philippi Carissime, delector, Non ed.

et gratiam tibi pro munere habeo quod Martinus attulit.
Nam propter Ecclesiae utilitatem & concordiam quantum
possum amicitias fovere ipse cupio; Et gaudeo, si quando
coetum aliquem bonorum adsuo cohaerere video. Atq; uti-
nam haec mediocris coniunctio literatorum nostri ordinis
& eorum qui nobis sunt amici, sit diuturna, quam qui-
dem principes & potentes fovere deberent, sed quid agant
vides. Negligunt aut dilacerant Ecclesias impediti pri-
vatis cupiditatibus aut negotijs. Atq; tantae sunt confusio-
nes politiarum ferè omnibus locis, ut sine ingenti dolore
cogitari non possint. Ex Pannonijs res infaustae nuncian-
tur: In Belgico Juliacensis bonam partem suarum di-
tionum iam amisit. Implicabitur fortassis illo bello & re-
liqua Germania. Interim si irruperint Turci, quae e-
runt praesidia? Sed ut Deus reprimat Turcos ominis
Tandem aliquo à nostris Heroibus malè curantur Eccle-
siae. Noster ordo scholasticus Deo iuvante utrunq; est
in statione sua. Sed verè sumus orphani sine ducibus,
sine praesidijs humanis. Expectemus igitur à Deo gu-
bernationem & defensionem. Haec ideo scripsi pluribus
verbis, ut à domestico luctu animum tuum abducam

cogitatione miseriarum publicarum. Si politiae es-
sent magis tranquillae; iuvaret educari cives, quo vi-
vus parentibus voluptati & praesidio caeteris esse posset. Sed
quid loci est bonis viris & honestis consiliis apud eos qui
tenent imperia? Quare non indulgeas maesticiae, sed u-
trunque cogita, & in his politiis nihil esse, cur hic diu vive-
re libeat, & bene agi cum pueris qui commendati Deo in
Ecclesia sua hinc ad ipsum migrant. Neque enim dubitan-
dum est de hac voce: Non est voluntas patris, Ut unus
pereat de parvulis istis. Nuper cum Luthero filia profecto
optimae et generosae indolis moreretur, dicebat ipse se opta-
re, ut simul cum sua tota familia moreretur. Nam vi-
dere se paulo post futuras dissipationes Germaniae tan-
tas, ut nusquam sedes tuta bonis viris aut honestis studiis
futura sit. Deum oremus ut nobis adsit, & servet aliquas
Ecclesiae suae reliquias, nec sinat extingui lucem verae
doctrinae. Salutem opto nostro amico & conterraneo
D. Martino. Postridie Lucae 1542.

Egregia Eruditione & Virtute prædito Martino Sitemanno docenti bonas artes iuventutem Mansfeldensem amico suo.

Non ed.

Cariss: Martine. Memini mihi dicere Virum sapientem Jacobum Sturmium Senatorem Argentoratensem, se magnopere expavescere ac cohorrescere toto pectore cum in Senatu ea sententia vincit quæ ab ipso primum dicta est. Metuit enim pericula quæ de magnis rebus pronunciantes sententias sequi solent. Verissime illi dixi, me vere cohorrescere, cum idem mihi accidit. Sed nos in dogmatibus regulam Coelestem tenemus. Ita pronuncio, ut iudicium Ecclesiæ h.e. omnibus pijs, doctis & mediocriter peritis iudicium permittam. Et nunc & ex animo permitto his Academijs, ne quis in generali appellatione aliquid esse latebrarum suspicaretur, Witebergensi, Lipsicæ, Tubingensi, Basiliensi imo et pluribus. Deus testis est, me non aliud spectasse, nisi ut iuventuti quasi regiones monstrarem controversiarum maximarum, quæ hoc tempore motæ sunt. Et cupio posteritati simplicem, planam, explicatam unam doctrinam traditam divinitus relin-

quem. Ac oro F. D. D. N. J. Chrm, ut me regat & publica studia adiuvet. Commendavi vestris hominibus modestum hominem Bombergensem M. Joannem Rod quem iudico idoneum esse ad gubernationem scholae, & animadverti Ecclesiae Dei amantem esse; Et si ita nobet noster amicus D. Martinus conterraneus meus, non gravatim xalii Xnosr in Ecclesia traditurum esse. Commendo eum et D. Martino & tibi. Si quod arrogantiae, aut livoris aut impudentiae contagium in eo esse arbitrarer, nequaquam eum vobis commendarem. Sed quantum iudicare possum, sentio honestum & idoneum hominem esse. Bene vale Cariss: Martine. Salutem reverenter dicito D. Philippo, D. Martino & D. Dionysio. 12 Januar: Anno 1545.

Clarissimo Viro, Eruditione & Virtute praestanti, Domino Justo Jonae Doctori Theologiae, Episcopo Ecclesiae Dei in Salinis Saxonicis, amico suo carissimo. S. D.

DEI beneficio adhuc quidem tolerabilia nunciantur ex Urbe Vangionum. Carolus Imperator de pertexen

edita

de Collegio eruditorum quod in prioribus conventibus institutum est, deliberat; Et in eo consilio permansurum se esse ostendit, etiamsi Pontificia factio adversetur. Legis declarata et publice exhibita sunt, et tibi descripta misissem, nisi statim aulae remittenda fuissent. Rursus igitur D. Chilianus nobiscum ad Colloquium profecturus est, & librum Wormatiae adornatum ad excipiendas nostras disputationes secum fert, Ut nunc non Eccium κρώζοντα τὰς κενὰ λελα audiat, sed argutias Theologorum Louaniensium redigat in commentarium. Recentiora non habuimus, & hanc narrationem vobis non ingratam esse spero. Filio hodie misit Winclerus vir doctus & honestus gubernator scholae Vratislaviensis adolescentem filio erudiendum. Bene vale, die natali filiae meae Magdalenae.

Honestissimo Viro prudentia & Virtute praestanti Domino Sebastiano Muller amico suo Carissimo. S.D.

18 on 60. Impressit DEUS hominum naturae ingentem vim amoris erga natos, Ut cogitemus quantum aeternis

pater diligat Filium d. N. J. Christum, & nos quos etiam nominat Filios. Sed haec vis & magnitudo amoris maxime conspicitur, cum aut eripiuntur nobis nati, aut in calamitates incidunt. Quare non dubito vos in magno dolore esse propter filiae desiderium, quam Deus hinc evocavit. Ac vult quidem Deus nos dolere, sed praecipit etiam ut dolorem moderemur, & in huius amoris cogitatione consideremus amorem aeterni patris erga filium & erga nos. Hac vos cogitatione a luctu abducite, & simul cogitate caeteras consolationes, quas tradit Christiana doctrina. Scitis filiam ad laetissimam Dei consuetudinem translatam esse. Ubi iam assidet in complexu Mariae matris Christi, Evae, Sarae & similium matronarum. Has iam matres nominat, & earum sapientia dulcissime fruitur. Postremo & illud cogitate, multa posse homini tristiora morte accidere. Ideo hic dolor moderandus est. Bene valete. Die 21 Aprilis.

P. M.

S. D. Omnibus lecturis has literas.

Dulce est nosse patriam, Et nonnihil ad disciplinam conducit Maiorum virtutes inspicere. Est autem Celebrata FRANCIAE [illegible] Gentis Virtus, quae prima Germaniam semper distractam, uno imperio complexa est. Postea cum Galliam & Italiam adiunxisset, formam Romani Imperij veterem restituit, & diu magno labore defendit Europam adversus Saracenos, Hunnos, Nortmannos & alios barbaros. Ac Galliam & Germaniam vera doctrina de DEO & de Domino nostro Jesu Christo legibus & disciplina ornavit, & instruxit literarum & artium honestarum cognitione. Collocat autem Strabo Φράγκους inter Noricos & Vindelicos. Quare etsi longius ab Alpibus recesserunt, tamen hos esse Francos consentaneum est; Quia nunc quoque Franci sedes tenent inter Noricos & Vindelicos, & nomen a libertate dictum est. Oppidum est autem Franciae COBURG quod diu iam possident inclyti duces Saxoniae, ornatum verae doctrinae Evangelij voce, legibus, literis, & disciplina. In eo oppido natus est in familia hone

sta, patre Consule. Hic Johannes Hofflerus, cuius cum sit natura capax doctrinarum, studiose didicit latinam et Græcam linguam, et initia philosophiæ. Ad hæc studia adiunxit Ecclesiæ doctrinam, de qua pium consensum patriæ suæ amplectitur, quæ constanter retinet confessionem Ducis Saxoniæ Electoris Johannis Friderici. Ac pietatem animi declarat hic Johannes Hofflerus vera invocatione Dei, in agnitione & fiducia domini nostri Jesu Christi, & honesta morum gubernatione. Quare hunc Johannem Hofflerum primum viro integerrimo patri suo commendo, Qui cum vera pietate Deum colat, speret & suam familiam DEO curæ esse, sicut scriptum est: Generationi rectorum benedicetur, Quod in Græco versu eleganter dicitur: εὐσεβέων παῖδεσσι τὰ λῷια, δυσσεβέων δ' οὔ. Deinde cum Reipub: prosit provehere bona ingenia, etiam alios honestos viros oro, ut huic Johanni Hofflero benefacere studeant. Et sicubi erit occasio, locum docendi ei tribuant, in quo non deerunt ei eruditio, consilium, & fides. Oro autem

Filium dei dominum nostrum Jesum Christum, ut totum vitæ cursum huius Hofleri gubernet, & faciat eum σκεῦος ἐλέους, & organum salutare suæ animæ & alijs. Anno 1556 die 16 octob: quo ante annos 1887. Demosthenes extinctus est.

Phil: Mel: manu propria.

Dem durchleuchtigen, hochgebornen, fursten unnd herrnn, herren Joachim, fursten zue Anhaldt, Grauen zuo Ascanien, herrnn zue Zerbst, vnnd Bernburgk, meinem gne-digen herren zu J. f. g. selbs eigen handen.

1557 C. S. D. Illustrissime & clementissime Princeps. He-ri videlicet 5 Septembris primus congressus factus est, nostrorum uiri & legatorum, qui a nostris principi-bus missi sunt. Et Theologorum, qui coniunctissimi esse debebamus, ad veræ doctrinæ explicationem. Fuit autem primus actus. Accusatio mei, sceni descri-pta ex Flacij maledicis scriptis, pronunciata voce Schnepffij. Respondi breuiter, consensum esse omnium

de doctrina, amplexi nos omnes & retinere eum Apologia & Confessioni Lutheri scripta ante Mantuanam Synodum. Pauca etiam dixi de meo consilio, quo suasi potius Festorum seriem & similes quosdam ritus suo genere non vitiosos, retinendos esse, quam deserendas Ecclesias. Provocavi etiam ad iudicium caeterorum qui adsunt. Addidi quoque mihi gratissimum fore, si ab hac tota actione huius conventus rursus excluderer.
Legati principum omnes consentientes mea responsione contenti hortati sunt accusatores, ut privatas contentiones omitterent, & ad deliberationem communem de refutandis adversarijs procederent. Haec heri acta sunt.
Quid accusatores facturi sint, nondum scio. Ego mediocri aequitate animi has contumelias fero. Scripsi confessionem & Apologiam, quam citant, Nunc de tollendo autore deliberant. Spero me dissentium studijs Deo iuvante utiliter servisse. In eo labore semper malui versari, quam ad ripas conventuum accedere, in quibus multa tristia certamina & vidi & sustinui. Sed Filio Dei me & Ecclesiam assiduis gemi-

tibus commendo; Quem etiam oro, ut Celsitudini Vestræ uires corporis & animi confirmet. Datæ in Urbe Vangionum die 6 Septemb: Anno 1557.

Illustriss: Cels: Vestræ

addictus

Phil: Mel:

Clarissimo Viro, doctrina & pietate præstanti D. Georgio Maiori, Theologiæ doctori, collegæ & amico suo carissimo.

Non t. S. D. Minus nobis Clariss: D. doctor & collega carissime negotij ac certaminum est cum hostibus quàm cum συμμάχοις, qui uirus suum è medijs medullis corporis aduersus nos effundere non dubitarunt. Quantum ego pugnauerim, ne morosis uel potius pestilentibus ac seditiosis ipsorum condemnationibus nos suffragaremur, mendaciaque Illyrici confirmaremus, multi præstantes uiri testes erunt. Κορυφαῖος autem est Morlinus, ut corám tibi exponam. Non potuit tamen iste burrinator obtinere quod uoluit, et metio dirimendi colloquij iam austm ab ipsis

tatam esse, de quo propediem fama ad nos certiora perferet. Haec enim tibi pro mea erga te beneuolentia et fide, nunc tantum communicare uolui, ut intelligeres te quoque huc usque defensum esse. Vale. Wormatiae 30 Septemb: Anno 1557. Commendo tibi familiam meam.

T. Georgius Craco D.

Clarissimo Viro, nobilitate generis, prudentia & Virtute praestanti Matthaeo à Wallenrode Consiliario inclyti ducis Saxoniae patrono suo colendo.

Non ed.

Clarissime Vir & patrone colende. Quanquam haec temporum maestitia impedit et studia doctrinae, & munificentiam bonorum principum: tamen cum nos quidem certo sciamus Ecclesiam dei nequaquam interituram esse, pij gubernatores non abijciant curam tuendi honestas artes, et sapientia est eligere ingenia. Est autem in hoc Nicolao Sibellero Coburgensi natura excellens omnium disciplinarum capax. Prae-

clare didicit linguam latinam & graecam. Scribit
feliciter solutam orationem & Carmen. Ad haec stu-
dia adiunxit omnium philosophiae partium cognitio-
nem tantam, ut in qualibet Academia etiam cum
laude Mathemata & motuum coelestium rationem
docere possit. Singulari Dei beneficio vicinia nostra
olim genuit Iohannem Regiomontanum, qui pene
extinctam doctrinam de motibus coelestibus renova-
uit. Nunc multi isthic nati eadem studia colunt.
Sed hic Nicolaus Deo iuvante decus a Regiomonta-
no partum tuetur. Ornat autem hanc philosophiam
optimis moribus, & Deum vera pietate colit. Quare
& illustris: prin: & vos, quos in consilium adhibet,
reverenter oro, ut hunc Nicolaum propter ingenij ex-
cellentiam, & propter eruditionem publica liberalitate
iuvetis. Ubi consideraveritis & mores & eruditionem
haud dubie iudicabis ipsum beneficium illust: prin:
optime in eo collocari. Fuit admirationi multis
doctis viris qui eum in examine audiverunt. Itaq.

ad te præcipuè de eo scripsi, Quia te optimis actibus
favere scio. Bene & feliciter vale. die 6 Septem:
1551

Phil: Melan:

Clarissimo viro prudentia, eruditione & virtute
præstanti Domino Iohanni Hornburg Senatori
urbis Rotenburg, amico veteri & colendo.

Non ed.

S. D. Clarissime vir. Semper et propter tuam virtutem te
dilexi, & me à te diligi iudicavi, nec tempora deleverunt
in animo meo tui memoriam. Sed propter miserias nostras
minus frui veteribus & fidelibus amicis possum. Nunc vero
ut ad te scriberem hæc occasio fuit. Christophorus Bom-
gartnerus natus in familia honesta Norimbergæ, intellexit
desiderari in urbe vestra syndicum ut nominant. Cum
autem & Tubingæ & lipsiæ annos decem audiverit Iuris
consultos, & eorum doctrinam recte didicerit, reip. ut decet
servire cupit. Ac propter modestiam & Iustitiæ amorem, mal-
let in civitate mediocrem locum habere, ubi Iustitia pulsa
ex aulis magis colitur. Istuc igitur accedit, ut vobis operam
suam offerat. Oravit te & Camerarii & meo nomine oro ut

hunc

hunc Christophorum Bomgartnerum amanter complectaris, & si ei locus apud nos esse potest, Senatui nostro commendes. Habet virtutes viri politici precipuas, Iustitiam, fidem, amorem pacis & concordiae publicae, veram Invocationem Dei, Et cognitione huius recte instructus est. Nec rudis est certaminum forensium, sed usum & animi robur, aetas & resp. augebunt. Coniugem habet honestissimam ex vetere & illustri familia lipsica Preussserin. Et notus est viro clarissimo Doctori Christophoro Gugel, qui eum consilijs suis adiuvabit. Erit autem beneficium vestrum gratissimum viro clarissimo, domino Hieronymo Bomgartnero, cui optime merenti de Repub. similiter dicas existimo libenter gratificari. Nostram amicitiam volo perpetuam esse, qua quidem in consuetudine celesti diuturniq. fruemur. Interea etiam si quibus officijs declarare mutuam benevolentiam poterimus, praesertim ubi prodesse reip. credetur, coniunctionem nostram tueamur. Bene & feliciter vale. die Conversionis Pauli Apli. Noribergae. 1552.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

S. D. clarissime vir & amice carissime. Scio te tuo iudicio gravissimo & diiudicare ingenia & reipub. causa bonis libenter benefacere. Nec dubito quin huius Magistri

Johannis Weselij ingenium, studia, mores consideraveris &
probes. mihi enim pater eius viro integerrimo fuit ami-
citia mediocribus officijs multis confirmata. Sed filium di-
ligo non solum propter patris recordationem, sed etiam propter
ingenij praestantiam & eruditionem ipsius eximiam. Cum igitur
sperem eum, Deo iuvante, utiliter serviturum esse Ecclesiae,
quaeso ut eum & complectaris & ornes. Videmus quantae fi-
ant vastationes in multis regionibus. foveamus igitur
bona ingenia quantum Deus concedit, ut seminaria sint
Ecclesiae reliquiae. Tuos in hac re omnium optima labores
non dubito gratos esse deo aeterno patri domini nostri
Iesu christi qui nunc sibi colligit aeternam Ecclesiam
in genere humano & huic oro ut te & tuos servet inco-
lumes. Mitto tibi pagellas meo more, ut te ad re-
scribendum invitem. Bene vale. 2 octobris. 1553.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Hanc epistolam scripsi in aedibus d. Ioachimi — Non ed.
Camerarij die laetissimo quo celebratur memoria admi-
randarum patefactionum Dei in quibus se Deus illus-
tri testimonio ostendit generi humano ante annos 3055
in Sina lege promulgata, & postea post resurrectione

christi

Christi, misso spiritu sancto. His nos Dei operibus confirme-
mus, et eius doctrinam amemus, etiamsi nos rideant Epi-
curaei. Praeclare igitur facis quod Ecclesiae studia adiuvas,
Et hos nostros labores deo curae fore non dubitemus. De Al-
berto gratiam tibi habeo, quod amanter eum excepistis. Lo-
cum ei in vicinia nostra fore spero. Joachimus Camera-
rius amanter tibi salutem optat. Bene Vale. 1546.

Philippus Melanthon.

Den Erbarn, Weysen und fürnemen Herrn
Richtern unnd Radt uff dem Marienberg
meynen günstigen Herrn.

Gottes gnad durch seynen eingebornen Son Jesum
Christum, unsern Heyland unnd warhafftigen helffer
zuvor, Erbare weyse fürnehme günstige herrn, Nach
dem Ewer Erbarkeit uff anzeyging des gestrengen
unnd Hochgelarten herrn Georgen Kommerstad Chur-
fürstlichen Rhats etc. den wirdigen und Hochgelarten
herrn Magistrum Ambrosium diaconum der kirchen
zue Dresden in Ewer kirchen zum pfarher erfordert, wie
woll er Ewer Erbarkeit an zweyffel bekandt ist, hat er
mich gleichwoll gebeten an E. E. zueschreyben, damit E. E.
von

von seynem studio vnnd wesen des mehr bericht haben,
derhalben bitt ich Ewer E. wolle disse meine schrifft
gunstiglich annehmen, vnd berichte Ewer Erbarkeit mit
warheit dz gedachter Magister Ambrosius In dieser Vni
uersitet In die acht Jhar gewesen, vnnd hat sich allzeit
zuchtiglich vnnd ehrlich gehalten, vnd vleyssig in lob-
lichen kunsten vnnd in Christlicher lhar studirt, vnd
nach dem er bey dem wolgelarten herrn Magistro Carolo
Ebero gewohnt, haben wir beyde offt vnnd vil mal mit
ihm von Christlicher lehr geredet, In denselbig reden
hab ich gemerckt das er ein guten Christlichen richtig
reynen verstand hat in Christlicher lehr, derhalben
hoffe ich er werde seliglich zu gottes lobe vnd vieler
selen heil dienen. Ich bitt auch vnsern heyland
den Son Gottes, der Jhm gewisslich ein ewige kirche
im menschlichen geschlechte samlet, Er wolle Ewere kirche
genadiglich bewaren vnnd regiren, vnd diesem Ma
gistro Ambrosio seyne genade verleyhen. Amen. Dat.
Wittenberg, die aequinoctij autumnalis Anno 1550.

Ewer Erbarkeit

williger Philippus Melanthon.

Ad N.

Non ed.

S. D. Quod in maximis occupationibus duxisti nobis scribendum esse magnum specimen singularis benevolentiae erga nos praebuisti. Quare et officium mihi tuum iucundum est, et literis ipsis cum sint humanitatis plenissimae vehementer delector, easque tanquam pignus perpetui tui erga me amoris mecum in sinu circumfero et asservo. Itaque tibi gratias ago quod nos hoc tempore quod vides plus quam ferreum esse literarum studiosis complexus es et significas te studiis nostris non defuturum esse. Nec vero aut nobis quidquam optabilius est quam habere patronum cuius et autoritas sit praecipua et in amicis tuendis fides, aut tibi honestius quam literatos amanter adiuvare et promovere. Maxime enim decet te cum tanta dona contulit intelligas quanta vis et dignitas sit bonarum artium, dare operam ut quam maxime floreant literae. Et cum Respub. tibi defensionem omnium ornamentorum commendaverit quibus opus habet, profecto petit etiam ut has disciplinas in quibus versamur omni opere tuearis et conserves, quarum quanta sit utilitas in Rep. tu optime perspicis. Quare te rogo, ut, quod facis, in haec studia cum quadam spe ingressos ames et autoritate tua iuvare pergas. Quod enim me adeo amanter hortatus es ne desim meo officio in discendo,

&

& amore tuo & authoritate valde moveor, tibiq[ue] polliceor,
quantum omnibus ingenij nervis viribus contendere potuero, datu-
rum esse operam, ne aut spem patris fefellisse aut grauis-
simam admonitionem tuam contempsisse videar. Hæc re-
scripsi ad tuas l[ite]ras q[uo]d verebar silentium meum non so-
lum ingratitudinis sed etiam negligentiæ suspitionem apud
te allaturum esse. Ex hoc genere literarum uter sæpius
ob has ipsas causas ut studium erga te meum & diligentia
in discendo cognoscas. Etsi autem mihi tuis literis nihil
gratius esse potest, tamen non postulo ut ad me nisi cum vacat
& libet, scribas. Reliqua officia quib[us] nobis magis opus e[st]
ut nobis patrocineris apud principem & patrem, spero te non
intermissurum esse: addes vero etiam literas pro tua summa
humanitate, si quando vacabit. Bene Vale.

Præscripta à Phil. Mel.

Reuerendo viro D. Georgio Bucholzero
amico s. carissimo.

S D. Reuerende vir. filij & sunt & erunt mihi curæ. Non ed
Scripsit mediocre carmen Noha de Angelis ad Clariss. V[irum]
D[omi]num Cancellarium: Nunc dedi splendidum arg[umen]tum de Sama-
ritano: Ero hortator & aliis ad philosophica studia. Uti-
nam Deus fortunet his Iuuenibus Excitum & mediocres politi-
as

as. Profecto ingentes motus impendent, qui erumpent in prox.
annum: Deus gubernet suam cymbam. Imperator Spiram pro
ficiscitur, & opinio est conventum in urbe Argentina fore. De
pinis ago gratias. Bene Vale.

Philippus Melanch.

Georg. Aemilius Caesario.

Non ed.

Etsi de fide & constantia tua in colenda amicitia nunquam du
bitavi: tamen quia tecum, si queam, vel quotidie colloqui
cupio, literas tuas valde desiderabam. Sed mora, ut fit in
usuris aliquantulum lucri mihi attulit. Scripsisti enim co-
piosius quam antea & addidisti Xenium non aspernandum. Hoc
tuum officium adeo gratum est mihi, ut magna facta sit
ad meum erga te amorem, quam vix fieri arbitrabar, accessio.
Quanquam enim nullum munusculum pluris facio quam tuas literas
testes & amoris & iudicii de me tui: tamen habet ipsum
Xenium singularis cuiusdam benevolentiae significationem. Ago
igitur tibi gratias, ac polliceor hunc libellum perpetuum fore
apud me tanquam μνημόσυνον ac pignus tui amoris. Quoties
aspicio codicem, veniet mihi in mentem & amicitiae nostrae
& virtutum tuarum memoria: ac iuvabit me talem viri
& amicum & studiorum hortatorem habere. Praeterea Gel-
lium ipsum tua causa pluris faciam & legam avidius &

mihi

mihi memoriam tuam subinde renovabit. Illud autem in tuis literis iucundius mihi fuit quod significas te nostri desiderio max. teneri. Ego vero vicissim magnopere opto, ut me aliquando bona fortuna tecum coniungat. Neminem enim possum habere ducem ad opt. artes & philosophiam aptiorem quam te qui propter excellentem eruditionem docere potes optima, & propter summum tuum erga me amorem libentius mihi tui copiam faceres. Hac de re cum parentibus saepe iam egi, eisque demonstravi quantum mei intersit lustrare alias Germaniae scholas, maximeque quantum mihi utilitatis allatura sit tua consuetudo: facile igitur eos in meam sententiam adduxi, praesertim postquam intellexerunt me nusquam malle esse quam apud te. Magna enim est apud eos autoritas tua. Quare non despero quin non ita multo post in Academiam profecturus sim: Erit autem mihi Academia ille tua consuetudo ubicunque eris. Interim vero te etiam atque etiam oro ut consuetudinem ad me scribendi non intermittas. Bene Vale.

Praeser. Philippo.

Magistro Marcello: professori
in acad. Witeb.

S. Francofordiae venerunt ad me hi adolescentes Argentoratenses Non ed.

tenses, commendati mihi multorum honestorum hominum literis.
Fuerunt autem aliquandiu Tubingae, sed inde propter dissimilitudinem anno-
rum discedunt, & quod arbitrantur in Academia frequentiori
inventuros se maiorem praelegentium assiduitatem & discipli-
narum varietatem, daturi sunt operam studiis eloquentiae
& philosophiae, sed ita ut adiungant aliquam lectionem iuris.
Quare tibi eos commendandos esse duxi, ac peto primum ut
eos adiuves in hospitio quaerendo, deinde ut tuam operam
eis deferas in recognitione Scriptorum, aut si quando in aliis
rebus consilio opus habebunt. Deduxeris eos etiam ad ali-
quem eorum qui Institutiones Iustiniani praelegunt. An
eis opus sit assiduo aliquo domestici Praeceptoris opera, cum
rediero, iudicabimus: nam sumptuum ratio ea in re habenda
est. Interim tibi eos commendo ut nobis absentibus aliquem
istic habeant cui curae se esse sciant. Officium hoc hospitibus
quanta religione praestandum sit non ignoras, & ego causam
habui mei consilii, cur tibi potissimum eos voluerim commen-
dare. Oro te ut propter publ. Reip. utilitatem & propter
amicitiam nostram hos adolescentes diligenter cures. Be-
ne vale. 12 Septemb. 1536

Phil. Mel.

.N.

co m.. // S. Si non veritus fuissem ne si importuno tempore in
tanto

tanto occupationum concursu meae literae redderentur, te of-
fenderem, hactenus saepe ad te scribendum vir ornatissime.
Sed nunc facile passus sum plus apud me patris autorita-
tem valere quam illam meam verecundiam. Nam pater, cum me
una cum optimarum literarum studijs etiam virtutis officia
colere velit, iniunxit mihi, ut pro eo beneficio quo nos iter
ingressos affecisti, gratias agerem. Cum enim nos hospitio
exceperis & liberalissime tractaveris, si nullam gratitudinis
significationem ostenderem, non solum ingratus erga te sic
meritum, sed etiam inprimis adversus Deum essem qui
singulari pietate iura hospitij conservari vult. Ago
itaque tibi gratias immortales, ac si quo officij genere de-
clarare aliquam meam erga te benevolentiam potero,
efficiam profecto ut intelligas me tui esse amantissi-
mum. Cumque omnino te nobis non solum sanguinis con-
iunctio sed etiam voluntas tua & religio devinxerit,
rogo ut quod & humanitate tua dignissimum, mutuum
nos ames & commendatos habeas. Bene vale

Praescribente Philippo.

Guilhelmo Reifenstein, Guilhel-
mi filio

S. Literis tuis mi Guilhelme non es tantum delectatus
sum

Nov 00.

Non quod habeam egregiam tuae erga me voluntatis signum,
sed etiam quod carmen diligenter & eleganter scriptum, itaque te
adhortor ut, quod facis, in hanc rationem studiorum & recte
condendi styli incumbas: Mea opera tibi si quid modo praestare
possum, non defutura est. Quid videatur mihi de adventu
tuo ad nos vestro scripsi Marcello & Lipsico animadvertes(?)
patris tui, viri optimi sententiam cum mea congruere. Non
solum ad vestra studia sed etiam ad Remp. pertinet,
honestos adolescentes frequentiam scholae augere. καὶ πρέπει
ὑμῖν τοῖς τὴν ξενίαν φιλοσοφίαν ἀπαγγέλλουσι(?)
τὰ κοινὰ περὶ πλείστου ποιεῖν. Vobis quoque honestum est
conspici in turba eruditorum cum quadam virtutis opi
nione. Bene vale.

Philipp. Melanch.

Ingenij felicitate & eruditione eximia
praedito Noha Bucholzero.

Non id. S. Versus est Theocriti conveniens cum dicto psalmi Gene
rationi rectorum benedicetur εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λώϊα
δυσσεβέων δ' οὔ. Cum igitur pater tuus vera pietate Deum
colat & incorruptam Evangelij vocem in Ecclesia sonet,
spero Deo & filios eius curae fore, quod quidem & res ostendit.
Nam facilitas carminum tuorum ostendit ingenij felicitatem.

Cumque

Quare & patri gratulor hoc Dei muneris quod liberos habet ad virtutem idoneos & gaudeo posteritatis causa manere hi... cam doctrinae in familijs piorum. Vota quae misisti aeternus pater domini nostri Iesu Christi rata faciat. Et huius versimilis vicissim mitto pagellam, sed alias meliora mis[sur]us. Bene vale. die 8 Maij. 1547.

Phil. Mel.

Ingenio & eruditione prae-
stanti Nobili Bucholzero.

de suo somnio

S. Et elegiam quam ad me misisti & rationem latinis versibus redditam legi & non solum numerae felicitatem suavitatemque laudo, sed etiam voluntatem tuam quod vim ingenij ad Deum celebrandum confers. Iustissimum est enim, cum Deus ingenijs indiderit hanc mirificam harmoniam, vicissim ei ex suo munere gratiam referri. Perges igitur Deo iuvante, in his optimis studijs te exercere ut in munere omnium maximo & difficilimo in explicatione vocis divinae servire Ecclesiae possis, quam ad rem opus est multiplici doctrina [eruditione]. Mitto tibi Sophoclem ut tragicas comoedias legere incipias teque Regum cognitione instruas & horum imitatione te ad sonum aliquanto grandiorem assuefacias. Bene vale & rescribe an codicem

Non ed.

codicem acceperis. die 9. Augusti. Anno 1547.

Philip. Melanchthon.

Ad Philippum Gluenspies.

Non ed. S. Scio te ea pietate ac fide praeditum esse, ut vincula cog-
nationum ducas esse sancte & religiose colenda. Debent .n.
distare nostra iudicia & voluntates a moribus vulgi quam
longissime: Nam & Paulus damnat ἀστόργους hoc est natu-
ralium affectuum expertes. Igitur te rogo ut propter affi-
nitatem, deinde propter veterem amicitiam quam socer tuus
Ambrosium complexus fuerat, tu quoque tueri & amare
eum pergas. Coniunx eius ut ore effigiem matris, ita &
morum moderatione & comitate animum exprimit. Prop-
ter hanc ipsam sanguinis coniunctionem & naturae si-
militudinem magis eam amabis: Curare te magnopere
rogo ne desis Ambrosio ipsius necessario tempore. Scio
te more & ex animo colere amicitias: ne igitur destituas
sed re iuves amicum tibi & tuis arctissimo vinculo
coniunctum. Postremo etsi causae quas dixi sunt maiores,
tamen adijcere & hanc volui. Si iudicas nos de publi-
cis studijs mediocriter meritos esse, nostra causa etiam
libentius ei opitulaberis. Nam mihi puto hoc benefi-
cium tributum esse: Porro & ego necessario meo tem-
pore

pore ad te confugerem, tantum tibi tribuo fidei & can
doris. Bene Vale. 1538. P. M.

Ad Philippum Melanchtonem
Augustae in Comitijs.

S. Eo die quo miseram conductum Hamaxologon,
à prandio uenit Stibarus iuuenis totus aureus. Video re
plane tendere ad bellum, adeo minaces libellos emittunt Ec-
clesiastae nec tamen satis inter se concordes. Suspicor Caesarem
non abiturum nisi confectis rerum procemijs. Constans
rumor est Hessorum principem subduxisse se clanculum.
Basilienses edixerunt ut Canonici si quid rerum habent
intra aedes suas efferrent intra dies octo. Haec quid aliud
quam belli praeludia? nobis, mi Philippe, tamen licet optare
optima. Pontificij spectaculum non ingratum exhibebunt
Germanis sese mutua lamenia conficientes. Bene uale
4. 12 Augusti 1530.

Erasmus Roterod.

Ad eundem.

S. Si quid ponderis haberent meae litterae quiduis potius
fieret quam ut bellum susciperetur. Quod apud N. stoma
chatus

Stomachatus sum in Zwinglianos, ut merito feci, ita causae nostrae
nihil officit. Principibus eandem cantilenam occino, Nihil mi-
nus expedire quam rem serio geri. Nec desunt qui non nullam
etiam spem pacis ostendant, sed vereor ne inanem ut adhuc
habent τὰ τοῦ δείματος προοίμια. Utinam Luterus hoc
in tempore cogitasset: Ille suo servit ingenio. Caeteri Ecclesiastae
malunt bellum quam litem compositam; promittunt sibi victo-
riam certam: Et si quid secus acciderit, fugient, si veniatur
ad conditiones actum erit de illorum regno. Nec Caesari
nec Ferdinando quicquam scripsi in hoc conventu, ne me pe-
riculoso negotio sponte admiscerem. Mihi scribebatur: U-
tinam hic adesses. Caesaris nomine iussit nemo adesse.
Neque me clam est esse quosdam quorum arbitrio haec res
agitur qui mihi non bene admodum volunt. Certe Eccius
inter haereses posuit aliquot meas sententias nisi quod
pro Erasmus, dixit quidam: Hoc ab illo nunquam expec-
taram. Bucerus homo levis cum suo Vulcano ebrioso
& furioso morione declaravit suam sapientiam: Me
tamen nulla privata iniuria huc pepulit ut belli
sim autor. Iam pridem me gestientem à Germania dis-
cedere, nunc compellit me necessitas. Hic ergo habemus
quod edamus aut bibamus: quid fiet in bello. Nec

tu

tamen usque portum mihi tutum video. Hoc seculum no-
bis peperit Evangelium. Bene vale Friburgi 17 Augus.

Erasmus Koler.

Egregia virtute prudentia & doctrina
prædito d. Hieronimo Adamo, Sena
tori Budissinensi.

S. Humanissime vir, Cum verens domum redijssem, Non ed.
pene ex media morte in vitam revocatus divina ope
ut multi norunt, comperi hic multos laborare febribus
sed non letalibus. Unus enim adhuc tantum tristis ca-
sus nobis accidit, & subito accidit. Magno in luctu
sumus amisso filio vestro Joanne Adamo qui fuit a-
dolescens optimæ spei & indolis. Etsi autem non ignora
bamus quantum dolorem hic casus vobis allaturus sit:
tamen significandum vobis esse duximus, ut si quam
possemus levationem vobis adferre ingentis mæroris
libenter adscriberemus. Rogamus tamen, ut cum utque nos
multa asperi intuitu nostrorum, regilemus etiam ve lle
Deum ut luctum moderemur. Et conscio multa sunt.
Nam neque nascimur neque avocamur sine casu, sed Dei
voluntate

uoluntate, ut inquit Christus: Ne passeres quidem cadere super
terram sine uoluntate Dej. Non est autem repugnandum uolun-
tati Dej. Mihi ipsi in morte filij mei mirificam consolatione
haec ipsa uerba attulerunt cum subito se obtulissent inspi-
cienti psalmos: Ipse fecit nos & non ipsi nos. Deinde quan-
ta illa consolatio est quod scitis filium ita discessisse ut
rursus eum in coetu beatorum inter prophetas, apostolos &
alios pios complexuri sitis, ubi de gloria dei colloquemini
quam audiuit prius celebrari a nobis. Hae consolationes
ualere apud pios debent. Aliae multae accedunt quas
homines sapientes collegerunt ex huius uitae aerumnis.
Multa possunt homini tristiora morte accidere, Et talis est
hoc tempore rerum humanarum confusio, ut moderatis
ingenijs etiam optanda mors uideatur. Certe ego nu-
per aegrotans cum cogitabam recta consilia tam flagitiose
impediri ab his qui maxime sanare debebant mala publi-
ca, aequissimo animo ex his tumultibus discessurus
eram. Sed haec commemorare desino, ac Deum potius
oro ut nos coelesti consolatione erigat & a luctu reuocet
sicut uocat eum Paulus patrem miserationis & Deum
Consolationis. Bene ualete. 15 Augusti. 1540.

Philippus Melanthon.

Honestis moribus et eruditione praedito
Johanni Rorscheid. Norimbergae.

S. Scio quosdam fastidire scholasticas operas sed contra nullum est in terris sanctius munus quam pia et utilia docere iuventutem et Ecclesiae seminaria providere et fovere. Ideo non aspernaris tuam functionem et das operam ut spem tuam ornes. Non exigua commoditas est in ea urbe esse ubi et civitatis status et tranquillitas et grata modestia ingenio et frequentia literatorum tanta sit in Academia esse videaris. Habes convivium artium eximios artifices, quorum tibi consuetudo profutura est. Bene vale

Philipp. Mel.

Non ed.

Christ: Meinburg ad fratrem
Philippo praescr.

S. Legi tuas literas, carissime frater, quae mihi gratissimae fuerunt, ac perfecto agnosco in te reperisse quae in fratre esse debent. Nam cum intervallo locorum et temporum disiuncti simus per literas mecum quam saepissime loqueris. Quod cum ita sit, meum erit ne ullum tabellarium inanem ad te venire patiar. Cum autem hoc tempore recens tuae allatae essent narrationes prodigiorum quorundam, reticere eas nolui. Est pagus non procul

a Gorliz

Goltz nomine Gersdorf, ubi rusticus quidam, vir honestus & pius cum in agrum suum iuisset ad colligendas segetes, quas paulo ante demessus erat, uidit ex stipulis copiose sanguinem manantem, ita ut dicerent fere manipuli sanguine contaminarentur. Rusticus perterritus hoc prodigio uiso, statim alijs indicauit, ibi statim concursus factus est a plurimis qui huius miraculi prodigij testes esse potuerunt. Hec narrauit praeceptori meo qui uidit ista. Et multum sanguinis in stulis coagulati fuisse ait ac ad ducentos lapides ex eo agro ablatos esse in quibus adhuc sanguinem coagulatum fuisse affirmat. Postea scripsit huc Medlerus in agro ad oppidum Bockheim in ditione Brunswig, e terra erupisse sanguinem seu fontis scaturiginem ac ulnae altitudine ac diu fluxisse. Nec uero dubium est haec signa minari noua bella, quia multi euentus sequentium talia prodigia non esse inania. Ac, ut alias historias omittam, ante bellum in quo Cinglig interfectus est, constat Bernae ex pariete sanguineum fonte manasse magnum flumen sanguinis. Nos uero orabimus Deum, quem scimus misericordem esse, & precibus eiorum moueri ut ecclesiam tueatur ut in ira diuinae suae misericordiae meminisse uelit. Hec ad te scribere uolui. Tu si ad me de Ecclesiae nostrae statu scripseris, erit mihi gratissimum. Bene vale. 1548.

Ad amicum.

Gratias ago

S. Gratias ago vobis amanter & perpetuam erga me benevolentia & quod nunc in hac tristi dissipatione nostrae academiolae, quae magnum fuit ornamentum non tantum harum terrarum, sed orbis christiani, & ante his proximis annis feliciter domuit ... anlas,) hospitium mihi tam liberaliter offertis. Domino Pon. tano vestram voluntatem exponam, Nunc. n. excurram in vicinam urbem Parthenopen. Si dux Mauricius hac hyeme non obsidebit Witebergam redibimus ad nostros nidulos. Historica plura nos scitis quam ego, sed hoc addam. Misnenses laborant ut pacem inter Imperatorem & nostros faciant, eaque de re iam Doctor Hundeisen ad Marchionem missus est. & audio nostros assentiri, ut Carolo ostendatur pacem eos mediocribus conditionibus petere. Certe optanda est pax, & deum oro ut omnium mentes flectat ad pia consilia: tamen an serio & quo animo vicini hanc rem agant nescio. Sed brevi videbimus quid agatur. Bene vale. 5 Novembris. 1546.

Philip. Melanch.

Humanissimo atque optimo viro Nicolao Ohmler civi Mansfeldensi, patri suo charissimo.

S. Redditae mihi sunt literae tuae pater amantissime, in quibus me pro tua authoritate graviter obiurgas propterea quod

alignandin

aliquamdiu gentilitio nomine mutato Aemylium me privatim & pub-
lice nominaverim. Scribis enim & a gravibus viris hanc mu-
tationem nominis serio taxari & dicaces quosdam nactos esse
materiam ludendi & deridendi mei. Ego autem facile contemno
illos qui scurriliter & animi morbo in me debacchantur: ta-
men quia te moveri video aliorum gravium virorum sermo-
nibus, & ego me ad iudicia talium componere magnopere studeo,
duxi me tibi purgandum esse ne levitate aliqua animi aut
tu aut alij existiment me novum mihi nomen accersivisse.
Ac primum, si qua est in ea re culpa, non est mea. Nam Ae-
milij appellationem Philippus mihi indidit quod esset affinis
vocabulo Ohmler: Et cum inter latine loquendum esset vulgan-
da latina forma vocis Ohmlerj, maluit uti Philippus Aemilij
nomine quod erat mollius. Ipse quidem non putavit se
mihi novum nomen attribuere, sed molliri usitatum. Pos-
tea cum me sic vocarent etiam reliqui, consuetudo quae est do-
mina sermonis, comprobavit hoc nomen. Ita non meo consilio,
sed casu potius haesit in me hac appellatio: Non enim poteram
vel sodalibus vel omnium ludicro repugnare. Proinde peto ab
ijs quorum iudicia sunt graviora ne de meis moribus cen-
suram agant ex alieno facto, nec me levitatis insimulent eo
quod alij latinam inflexionem cognomini meo attribuerint.

Spero autem de meis studijs & moribus multo certius ex alijs rebus iudicium fieri posse. Extant mea scripta, quae etsi rudia sunt, tamen me liberant suspicione ignaviae, & ostendunt quo genere doctrinae delecter. Nulla obscoenitas aut significatio petulantiae est in meis moribus: quare prudens aestimator inde facile coniecturam de meis moribus faciet. Utor etiam hic amicitia & familiaritate optimorum, ad quos aditus mihi non pateret, nisi mediocriter ingenium & mores meos probarent. Adhaec habeo studia adolescentium domestica. quae mihi benevolentiam conciliant hac qualicumque ingenij vena. Spero etiam tibi & Iohanni Reinek viro opt. & prudentissimo avunculo meo, qui acutissime de ingenijs iudicare solet, mores meos probari. Neq. vero religiose tanto iudicia multum moror, si sciam me bonis & prudentibus non displicere. Deinde non sum Stoicus sed communia vitae officia quadam mediocritate melior. Non puto capitale delictum esse accersere nomen veteris sine fraude praesertim cum hoc sit usitatissimum in scholis. Apud nos Cancellarium principis vocant Pontanum, cum sit aliud gentilitium nomen: Ipse adeo non abhorret ab hac appellatione ut etiam honorificum liberis esse ducat, vel propter unius Pontanj Neapolitani, cuius ingenium

& doctrina

& doctrinam valde praedicari audit, gloriam. Ne Coelio quidem
& Ioanni Agricolae puto haec nomina gentilitia esse. Myrillus
vir optimus nomen ex Luciani dialogo eo sumpsit quod fortunae
suae perpetuum nomen convenire iudicaret: nec audivi quen-
quam qui reprehenderet. Multis etiam elegantes fortasse videtur,
quod hac appellatione significare voluit se suae fortunae tenui-
tatem boni consulere. Cum exempla sint ubique obvia, non utar
longa commemoratione. Veteres historias videte & quidem
sacras. Divus Paulus Romanum nomen maluit quam Sauli
appellationem Iudaicam, nec quisquam propterea Paulum levitatis
arguit. Christus ipse Simoni mutat nomen & vocat Ce-
pham seu Petrum. Vetustiores etiam sunt mutationes no-
minum divinitus factae Abrahae, Sarae, Iacob, Israelis &c. Cum
igitur res sit usitatissima, & ego quidem nullam fraudem
cuiquam hac nominis mutatione fecerim, nec elogium ali-
quod gloriae aucupatus sim: non intelligo cur censoria acer-
bitate propter hoc factum notandus sim. Etiamsi quid haberet
res vitij: tamen erat humani animi id vel aetati meae vel
consuetudini condonare. Postremo nec ego plectendus videor,
cum non sit a me orta mutatio. Sed obijciunt pudere eos
generis & maiorum suorum qui cognomen aspernantur.
Hoc crimen nequaquam dissimulandum est. Nullum enim
genus ambitionis perniciosius est quam parentes fastidire:

Hanc

Hanc a me improbitatem longissime abesse volo. At alia sunt
illustriora signa huius vitij quam nominis mutatio, vide-
licet Arrogantia, Vanitas ingenij, Impudentia, Contuma-
cia. Dij meliora quam ut hae pestes teneant animum meum,
quibus si obnoxius essem, boni viri in hac luce Academiae non
solum non complecterentur me, sed longe portentum aliquod
vitarent. Ego vero cum ceteras virtutes bono viro
dignas quanta possum diligentia accersere mihi & tueri
studeo, tum vero praecipue semper colendam esse modesti-
am & pietatem erga parentes duxi. Quare & nomine
paterno appellari me gaudeo, & eodem utor esse in ger-
manicis literis & in syngraphis. Si quem pudet generis
is moleste fert se gentilitio nomine salutari. Cicero
Titum Pomponium vocat Atticum, quo nomine in familia-
ribus sermonibus atque epistolis utebatur. Quid hae res
habent turpitudinis? aut quae morositas est bonis viris
obijcere mutationem nominis sine fraude factam probri
loco? Augustus deridet Antonium obijcientem sibi mu-
tationem nominis quod infans habuerat. Fuit aliud
nomen Theophrasto sed ea maluit uti appellatione,
quam ei indiderat praeceptor. Delectabatur .n. vel benevolentia
magistri

magistri, vel amicissimo iudicio atque omine de ipsius ingenio.
Cum in Italia esset Reuchlinus et sonus nominis peregrinus of-
fenderet eruditorum aures, Hermolaus Barbarus iussit eum ferre
nomen Capnionis: Nec tamen maiores suos aspernatus est, sed
eos etiam in scriptis suis illustri pietatis significatione celebrat.
Non opinor tales viros esse sceleris damnari propter novas ap-
pellationes: quare exempla eorum mihi quoque patrocinari vo-
lim. Illud minus movet me quod aliqui disputant mutatio-
ne nominis contumelia affici maiores. Atrocior si quis famo-
sum nomen usurpet, ut si Valla se vocaret Zoilum, sed usita-
tum est in omnibus amare boni nominis appellationes: has
nemo iudicat familiis contumeliosas esse. Nec Africanus, nec
Augustus senserunt maioribus suis probrosas esse has novas
appellationes. Arrogantiae etiam suspicionem facile me pur-
gaturum nobis esse spero. Nam multi Aemilii dissimiles fue-
runt, et sunt in Italia quoque hoc nomine literati. Ridiculum
fuerit suspicari me eo sumpsisse Aemilii nomen, quia me Pauli
Aemilii similem perhiberi velim. Quam in re? Ille enim bel-
lator fuit, Ego aliud artificium sequor. Nam, ut ille ait,
Musas nos alimus minus severas: nunc bello nihil a nobis
negotii. Sed quorsum est opus in re levissima tam longa
apologia. Argumentum est de meo ingenio, de mea voluntate, de stu-
diis de moribus coniecturam facere ex aliis signis magis propriis,

aut

aut ex testimoniis doctorum & bonorum virorum, quibus in-
genium meum longa iam consuetudine perspectum est. De-
inde si oratio est character animi, etiam mea scripta satis
significationem modestiae & candoris. Rescripsi tamen longius,
partim ut tibi morem gererem, partim ut istic mihi animos ali-
quos placatos redderem. Dicam enim vere quod sentio: Valde per-
cussit animum meum illa de me fabula. Cum .n. sperarem me
quadam & diligentia & dexteritate benevolentiam amicorum istic
confirmaturum esse: vehementer doleo me hac spe frustratum esse.
Et quamquam illorum morositas non prorsus me ab his studiis abster-
ret: tamen mihi haec suaviora essent, si mihi non parerent
odium. Interdum etiam metuo ne te quoque aliorum iudicia
a me alienent. Quanto humanius facerent illi Aristarchi,
quicumque sunt, si suum iudicium de studiis meis mihi ipsi
amanter significarent aut certe tibi, & monerent quis cursus
mihi tenendus esset. Deinde si quid de ingenio meo spei est,
hortarentur te ut ineptias meas aetati meae condonares, meque
in viam revocares & studia mea liberalitate tua iuvares.
Nam polliceor tibi me in omni vita in tua potestate futurum
esse, nec mihi quicquam magis in votis est, quam ut hoc assequar,
ut mea studia & mei mores tibi & ceteris propinquis quam
optime probentur. Haec respondi iis qui quadam gravitatis
praetextu rescindunt meum nomen: nam eorum nomina non

novi

noui. Alijs autem, qui scurriliter & animi morbo me derident,
respondere nihil opus est. Significarem enim uel petulantiam inge-
nij sui uel maleuolentiam talibus scommatibus innocuos lacessis.
Nunquam defuerunt bonis & studiosis obtrectatores: At ne summis
quidem ingenijs ut Homero & Virgilio pepercerunt inuidi:
Quanto minus parceretur nobis inferioribus: Quare hanc com-
munem fortunam aequo animo mihi quoque patiendam esse puto.

Georg. Aemilius. dictante Phi-
lippo Melanchthone.

Reuerendo Viro N N.

Reuerendissime domine & patrone carissime. Toto pectore tibi
gratias ago pro tua paterna erga me pietate, & annitar omni
studio ut mea diligentia in discendo & alijs domesticis officijs tuae
uoluntati respondeat, ac, Deo dante, perficiam, ut non fal-
lam expectationem de me tuam. Multa hic noua feruntur.
Certum est Turcicos latrones qui sunt Scides, populatos esse Sty-
riam & multos captiuos abductos & 2000 equitum trucidata
esse. Sadoletus Cardinalis duo oppida & alios pagos non procul
ab Auinione iussit incendi, & trucidari pueros & impuberes,
propterea quod Ecclesiae in ea regione constitutae fuerant ad formam
Bernensis Ecclesiae quae dicitur sentire cum nostris Ecclesijs. Pro-
fecti Turcici concedunt in Ungaria populo ut uocent pastores Eccle-
siarum suo iudicio, & multi uocantur qui pure doceant Euangelium:

at Christi

ac praefecti seruitutem ipsis promittunt. In urbe Corona docti viri etiam typographicam officinam instruxerunt & nunc excudunt graece scriptum Catechismum ut puram Evangelij doctrinam in vicinas gentes quae graecam linguam utuntur, propagare possint. Bene vale die VIIJ 1545. Praesor. Philippo.

Ad Alexandrum Alesium.

Charissime Alesi etsi nondum est pristina tranquillitas in Germania: tamen cum ad Albim castra essent, colloqui per literas de nostra amicitia & sententijs nostris solebamus. Nunc cum minus hic sit tumultuum, silentium tuum miror. Meus certe animus idem est qui fuit antea: Nec doctrinam nec amicitiam mutavi nec mutabo. Quaeso igitur ut mihi scribas. Mitto tibi &c. P. M

Amico. puto: Paulo Ebero.

S. Praeter morem accidit ut literas tibi mittam aliena manu scriptas: sed hoc tempore uti deprecatione possum. Nam cum in aditu Bavarico curru everteretur, dextera adeo duriter ad sigillum allisa est, ut luxata putaretur. Magna nervorum gravatio facta est quam & tumor & cruciatus assidui secuti sunt: nec tantum hac ipsa molestia, sed etiam omine moveor. Sed precemur Deum ut Ecclesiam filij

filij sui gubernet, & servet in tantis fluctibus & privatis ac pub-
licis periculis. Conventus nondum suppeditat nobis argumentum. Aliquanto Wormaciae maior fuit literatorum frequentia & expectatio disputationum de religione quam hic: Sed de negotijs ipsis aliquando post certiora fortassis significare poterimus. Heri venit Mascdo stipatus ducentis Equitibus, qui iussus est statim postridie venire ad Imperatorem. Mihi cogitanti historiam conventus Augustani, ac reputanti quam paucos ad se accersat, subit admiratio tam subiti congressus. Memini Augustae aliquoties D. Comitem Georgium Sax. venientem ad hospitium Imperatoris nihilo humanius acceptum esse quam Callicratides, ni fallor, accipiebatur a Persis ubi Xenophon Callicratidis indignationem recitat. Mitto tibi versiculos in virum factos, qui sane Musas divinitus excitavit. Bene vale. Phil. Mel.

Amico cuidam

Etsi nullum habebam argumentum te dignum: scis enim in quo genere studiorum hic versor, & de reip. magnum hic silentium est: tamen non potui facere quin Sabino homini tui studiosissimo literas ad te perferendas traderem, quas pro summa tua humanitate velim te boni consulere. Ego enim te semper feci plurimi non solum quod tali natus loco ita induxisses animum literarum cognitione ornare generis nobilitatem, quodque non ut ambitiosi

ambitiosi quidam solent amplexus esse barbaricas verum
quas artes sed germanae te philosophiae dedisse: sed etiam
quod ad has laudes adiungis singularem suavitatem morum
atque humanitatem cuius specimen praeclarum hoc est quod meam
amicitiam nunquam es aspernatus. Itaque valde delector recor
datione tuae humanitatis. Haec duxi tibi scribenda esse, ut
intelligeres, me tuorum beneficiorum memoriam conser
vare. Reliquum est ut te orem, ut quod est homine nobili
et erudito dignum, constantiam in nostra amicitia praestes.
Meas fortunas omnes tibi tanquam patrono laudandas comme-
do: Teque oro ut per occasionem mihi aliquid rescribas ut
extet apud me et tuae erga me benevolentiae singularis
et constantiae atque mutuae testimonium. Bene vale.

Phil. Mel.

Amico Mansfeldensi.

N. on. ed.

Etsi arbitror te nihil immoderate facere: tamen eo minus
reprehendo tuum consilium, quia intelligo te deliberasse cum
Caelio viro opt. et praedito singulari prudentia. Multa enim sunt
momenta aulicae consuetudinis quae ego iudicare et aestimare
non possum: nec ego ullas leges tibi impono. Illud reip.
causa doleo, non perinde in gratia esse apud Comitem

literatos

literatos ut diu apud omnes floreant. Erat autem & nostra dili-
gentia, quadam ante annis retinere benevolentiam ut literis
& publicis studijs esse aequior. Si ad nos redieris non defutura
tibi sunt mea officia. Tu has reverendi unicas perferas forti animo.
Meis verbis diligenter saluta dd. N N, quorum amicitiam
magis opto quam fucosam benevolentiam Satraparum. B. V.

Phil. Mel.

Clariss. viro prudentia & virtute excellenti
D. Michaeli Meyenburg, Consuli Northusano
patri suo colendo cariss.

Carissime pater. Dulcissimum dictum est in Actis Apos. de
Dei praesentia: In ipso sumus vivimus & movemur. Ipsum
igitur Deum conditorem generis humani & conservatorem oro, ut te
& carissimam matrem & dulciss. sororem & suaviss. fratres
meos servet incolumes. Nunc adsunt in hoc oppido
Consiliarij Ducis Saxoniae & legati Magdeburgenses, ac delibe-
rationes de restituenda pace habentur quae utinam sint
felices & non sint irritae. Intelligo animos utrinque expetere
pacem & de conditionibus omnium civilium convenire: pro-
mitti etiam ijs ministerium turbatorum esse Ecclesias Magde-
burgensium: Sed de quibusdam minutis rebus in conditionib.
dissident indigna. Dolendum est, urbem hoc domestico bello im-
pediri

pediri expeditionem qua reprimi barbariem & crudelitatem

Turcicam oportebat. Certum est tres magnos exercitus ad

Turcicos ad Pannoniam adduci. Et Rex Ferdinandus impe-

rat Bohemis ut equites ac pedites mittant. Hi queruntur

& pecuniam & arma adempta esse. In tantis periculis cum

sit Germania, dolendum est domi non sedari civilia bella

sed commune hoc malum est crescentium Imperiorum, ut

Claudianus inquit: Nam cetera regna luxuries multis ...

Nos teneamus hanc consolationem: filium Dei custodem esse

Ecclesiae suae, & petamus nos in ea servari, Et statuamus

hoc nostra vota non esse irrita, Deo iuvante, hospicio

te & videbo & consolabor. Bene vale.

Christ. Phil. Ostar.

Clarissimo viro, eruditione & virtute prest.

D. Isidoro Wilichio. d. artis Medicae &

universae philosophiae: amico S. carus.

Non ed.

S. D. Clarissime vir, & amice cariss. Saepe decrevi ante

aliquot annos ad te expatiari, &, si possem, consuetudine

tua & doctissimis sermonibus, menses aliquot frui, Idque

facere quamprimum potero, constitui. Multa enim sunt de

quibus scio tuas sententias sciscitari cupio. Quod

iam

iam amanter ad me scripsisti gratum tibi habeo. Argumento legas tuas literas. Gaudeo enim tali ornamentum non solum Coetus literarii sed etiam Ecclesiae Dei religiosum esse hoc tempore, quale est eruditio tua in omni doctrinae genere, coniuncta cum agnitione vera Dei. Te igitur & diligi a me & pro eruditionis ac virtutis praestantiam nostro studio coli statuas. Omnino de reliquis de quibusdam philosophicis quaestionibus tecum colloquar. B V.

Phil. Mel.

Ad Patrem.

Carissime pater, Cum prima sit haec epistola quam ad me scripsisti quae quidem & paternam admonitionem plenam pietatis & gravitatis continet, servabo & ipsam epistolam tanquam thesaurum, & praecepta infigam animo, hisque in omni vita diligenter obtemperabo. Omnia quae pater filio praestare potest a te accepi: primum mediocria naturae bona, postea & doctrinam & virtutis exempla. Pro his tantis beneficiis, etsi gratiam referre non possum, tamen perpetuam animi gratitudinem veram pietate & obedientia praestabo: & Deo & tibi pro his bonis gratias ago. In studiis literarum Dei beneficio, bona cum spe versor, & adhuc in philosophia me exerceo, ac iam elementa motuum coelestium didici: Sed praecipua mea cura est ut recte discam doctrinam coelestem sine corruptelis, ut Deum vera invocatione colam, Cumque filius Dei inter praecipua

cipuã bona Ecclesie hoc petat ab æterno patre: Pater sancti-
fica eos in veritate. Sermo tuus est veritas: Ego quoque
ad huius summi sacerdotis nostri precationem mea vota ad-
iungo ac oro ut me regat Deus & lucem veritatis in pec-
tore meo accendat ac faciat ut olim mea vox ad conser-
vationem veritatis prosit. Impendere enim magnas mu-
tationes quas & Ecclesiæ prodigia denunciant, quorum
multa recentia meministi. Nuper tres soles in hac vicinia
conspecti sunt. Consolemur autem nos promissionibus di-
vinis quæ affirmant inter Imperiorum ruinas & confusiones,
tamen Ecclesiam mansuram esse, quæ sonat vocem Euangelij.
In eo Coetu ut æternus pater domini nostri Iesu Christi,
te quoque & carissimam matrem, fratres, & sorores & me quoque
servet, toto animo pectore oro, & talia vota scio non esse
irrita. Bene vale. Præsor. Phil.

Ad Patrem.

S. Accepi tunicam à te huc missum: pro hoc tuo munere tibi
gratias ago, Et cum sciam te præcipue hanc gratiam à me reposcere,
ut mores honestè regam, & literis ac artib. laude dignis perficiam:
enitor ut in utraque re meam diligentiam approbes. Longam
vestem & pro te & pro honestum vestem in dieb. festis & celebrioribus
pompis

pompis induam. Aetas longius recedens à pueritia me de multis
rebus commonefacit, & quidem, quo plura disco, eo magis agnosco
& deploro meam inscitiam. Ut cum audirem iam Iuriscons.
disserentem de discrimine Iuris naturalis & gentium valde
dolebam me non didicisse fontes ex quibus Iurisconsulti illa hau
riunt, scilicet dialecticen & Ethicam physicam quae ostendunt par
tes & officia animae, sed deinceps ero in dialecticis diligentior.
Nova hic multa feruntur. Legati Papae, Imperatoris Caroli, re
gis Gallici & Ferdinandi omnes in vestitu civili longis tuni
cis purpureis induti etc. Nunquam dicunt splendidiorem le
gationem visam esse. Haec politica est pacem à Turcis, vel
inducias ut sit otium Pontifici bellum movendi adversus
Ecclesias nostras. Sed Deum oro ut dissipet consilia genti
um, quae bella volunt. Vale feliciter. P. Pscr.

Venerando viro D. Georgio
Buchholzero, amico suo.

Ed. S. Tota Evangelij doctrina arcanum Dei decretum est pro
latum ex sinu aeterni patris à filio domino nostro Iesu
Christo, qui ideo angelus magni consilij dicitur. Nec licet
ulli creaturae quicquam in eo docendo mutare: Ideo nunquam vo
lui nova dogmata gignere, sed pio studio & bona conscientia
quaesivi veram & veterem Ecclesiae doctrinam, Et cum ini
tio multis disputationibus theologicis, dura admodum certa
pata

pata esset, & multa a multis improprie dicerentur, miscerentur
etiam quaedam horridiora aliena ab Ecclesia, collegi summam
doctrinae, & proprio eam sermone exponere studui, simulque caeteris
hortator ad amandam proprietatem. Speroque hunc meum la-
borem aliquando etiam Ecclesiarum concordiae in multis locis pro-
fuisse, ac conscientia bonae meae voluntatis ac sedulitatis mi-
hi non nihil dolorem hoc tempore lenit, nec mei dissimilis ero,
quicunque belli exitus erit. Si unam dicam moderatae veras
sententias & Ecclesiae necessarias. Ubi autem dolebit vestro
officio, quod ad me interdum scribitis: tamen de malevolo-
rum sermonibus scribi nihil opus est. Miror autem
vestram tantopere delectari eorum sermonibus qui mihi
maledicunt, cum Islebianum mediocribus officiis ornavim, & vos
his Ecclesiis & hominibus mei labores saepe profuerint. Si
caeteris plus esse certaminum, & me non desinent istic pro-
vocare aliquando, refutabo tandem publico scripto eorum ma-
ledicentiam. Quid est novi nisi cum quod somnij causa me
calumniantur. Nolo tales fabellas ad me scribi. De Coena
domini si qui istic tumultuantur, me non admisceant.
Extat mea sententia quae non impedit in actione adorationem.
Sed oro vos ut moneatis illos maledicos ne eam exprobrant,
ut cogar me adversus ipsos publico scripto tueri. Colere

honestissimae

honestissime & pro me & contra illos dicere. Iam in his periculis publicis magis decebat nos concordes esse. Nam si Synodi decreta edentur, satis negotij etiam nobis in nostris Ecclesijs erit. Mitto filijs vestris versiculos. Bene Valete. die natali Romae post annos a Condita Roma 2297.

Phil. Mel.

Venerando viro M Sebastiano Birnstyll. amico suo.

Non ed.

S. D. filium Dei sedentem ad dexteram aeterni patris & dantem Ecclesiae dona toto pectore oro ut tuum ministerium & pios doctores ubique gubernet, ac sibi colligat & servet in his regionibus etiam Ecclesiam aeternam, a qua vere invocetur & celebretur. De ordinatione meum consilium est, ut istic in Coetu oppidi vestri eam petas, sed si magis libet hic petere nostrum officium tibi non deerit. Neque vero nolim te sine ordinatione fungi ministerio, qua de re meam sententiam tibi copiosius D Georgius exponet. Bene Vale. die 25 Novemb. qui fuit dies Encaeniorum: quia die 26 Novemb. ante annos 1709 recuperavit Maccabaeus templum. Dimidium Ioachimicum accepi, etsi mitti non fuit opus. Obsecro & obtestor te per Deum ut incipias concionari. Nam cum Deus te vocavit ad docendum, ante inchoationem aliquo modo quaestiones necesse est.

Ph. Mel.

Ad G Bucholzerum.

Non ed.

Reverendo viro, et amico carissimo: Quod filius Dei in agone suo precatus est, ut faciat aeternus pater, ut in ipso unum simus, idem semper precatur. Ideoque etsi magnae fiunt dilacerationes, tamen lucem veritatis et piorum consensum in aliquibus conservat: ac ut mentes nostras regat ut nos quoque veram doctrinam propagemus, et ut multorum sit pia concordia toto animo pectore oro. Sit etiam studium in multis aggregandi se ad recte sentientes, nec quaerantur paradoxa ostentatione ingenij. Ego vero etsi magna opinione non consulo simplici animo quaesivi explicationes planas et perspicuas, ac meae voluntatis testis est Deus. Deinde quales in inspectione Ecclesiarum ineptias invenerimus, meminit vir sapiens et deum vera fide et invocatione colens dn. doctor Hieronymus. Has cum emendare studeremus, tunc quoque colaphos accepi, ut postea saepe alij in me incurrerunt. Tandem Osiander tantum adversus me veneni evomuit quantum diu iam ardens odio collegerat, quia taxavimus quaedam eius deliramenta. Nunc si me Stancarus adorietur, mihi nihil novi accidet: Ec primum Deo, deinde Ecclesiae iudicio commendabo quicquid disputabitur: Nondum enim scio quid velit reprehendere. De sublimi nos omnes despicit, quod facile fero sed in eius scriptis quid tantum sit eruditionis et nervorum iudicabunt lectores. De propositionibus de quibus est certamen apud nos, dixissimo etiam

etiam Musculum nobis non adversaturum esse. Nemo unquam
in Ecclesia dixit Naturam divinam in Christo mortuam esse, ac
sic loquuntur scriptores: Christus secundum naturam divinam &
humanam mortuus est, dicamus communicatione Idiomatum rec-
te dicitur, Christus est mortuus, Deus est mortuus. Ac verba
Athanasij illustria sunt in lib. de incarn. Verbi pag. 28 in edit.
Colon. Cum non esset possibile ipsum verbum mori, quippe
immortale, Patris filius corpus sibi quod mori posset assumpsit,
Id per inhabitans verbum incorruptione vestitum est &c. Et
simul vera est propositio: Christus est mediator secundum utramque
naturam, sicut haec vera est: Christus est Sacerdos secundum utramque
naturam, sicut expresse dicitur in epistola ad Ebr. quae promiscue utitur
appellatione sacerdotis & mediatoris. Testimonia & causas
colligam in scripto quod mox edam cum domum rediero. Certe
Christus in quantum mediator est, etiam invocandus est, Ideoque
quotidie in mea invocatione dico. Fili Dei, domine Iesu Christe,
crucifixe pro nob. & resuscitate miserere mei & intercede
pro me apud aeternum patrem & sanctifica me spiritu tuo sancto.
Libros duos mihi missos inspexi & remitto vobis per ves-
trum tabellarium, ac vobis gratiam habeo quod de his tantis
rebus quid ageretur mihi significastis. Filio curabo Epita-
phium scribi & componam ipse aliquid. De Resp. nihil
novi audio, nisi leuem narrationem: Marchionem Albertum
iuvans

vicinis coniunctum esse cum Carolo Imp. & verens trucidasse
trecentos gallicos Equites. Magni sunt in Imperijs & in Ec-
clesijs tumultus. Nos filium Dei, dominum nostrum Iesum
Christum oremus, ut ipse, quia ideo assumpsit h. naturam
ne tota periret, nobis adsit, nos regat, & det salutarem gu-
bernationem Ecclesiae & Imperijs. Bene & feliciter Vale.
die 28 Novemb. 1552. Salutem reverenter opto viro
clariss. d. d. Hieronimo & Coniugi matronae filiis.

Philip. Melanch.

Ad Eundem.

Non edita

S. D. Reverende vir & amice carissime. Oro assidue fi-
lium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum
pro nobis & resuscitatum, ut tenere illum cursum Samariae,
quem vidit in scala stantem viator Iacob, ut ipse vulnera
nostra sanet & non sinat fieri maiores distractiones Ecclesiae.
Multas iniurias etiam gravia dissimulo cum mihi non
desint arma. Vos etiam adhortor ut inclytum principem E-
lectorem Marchionum oretis ne sinat edi scripta quae sunt
classica novarum dissensionum. Si noster amicus G. [illegible] Dei
non vincere cavillationes subtiles at multae nobis obessent
sine nullis annis. Eos invenite redibit Vuitebergam ante
Cal. Ian. Sed de mittendis filijs expectato meas literas.

De rep.

De rep. nihil novi scio, nisi quod scribitur ex Norimberga decē naves in mari Tyrrheno a Gallo captas esse & magnam esse potentiam classis Turcicae in mari, & periculum esse Urbis & Hispaniae. Impendet finis regnorum: Oremus Deum ut servet Ecclesiae reliquias. Bene Vale. die 14 Decemb. Torgae. 1552.

Philip. Mel.

Salutem opto reverenter Viro opt. d. doctori Hieronimo & coniugi Ecclesiae domesticae, & d. Matthiae & nobis notis. Iterum Valete.

DECANUS COLLEGIJ THEOLOGICI in Academia Witebergensi Johannes Bugenhagius Pomeranus Theologiae D, pastor Ecclesiae Dej in oppido Witeberga. S D omnibus lectoris has lrās.

Non alia vox in caelo & in terra unquam ardentior audita est quam precatio filij Dei in agone in qua petit colligi & servari Ecclesiam & sic regi ut unum sit in Deo. Idem inde usq. ab initio generis humanj omnibus temporibus donec universa Eccla ex morte resuscitatabitur petit. Propter hanc filij Dei precationem cum colligat Deus Ecclm inter nos quoque, gratias agimus aeterno patri & filio eius domino nostro Jesu christo & Spiritui sancto, & gemitus nostros ad summj Sacerdotis nostri domini Jesu Christi precationem adiungimus, & petimus ut semper inter nos quoque colligatur aeterna Eccla, quod

quod cum fiat voce Evangelij & non aliter sicut scriptum est:
Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti: Vult Deus
& institui nos doctrina & eligi idoneos ad docendum Evangelium.
Ideo Petrum Praetorium natum in oppido Cotbusio pij paren-
tes & domestica disciplina ad agnitionem & invocationem ve-
ri Dej adsuefecerunt, & literis erudiri curaverunt, pos-
tea ad academiam nostram miserunt ubi ad linguae
latinae, graecae & Ebraicae studia, philosophiae initia adiunxit,
& cum ingenio valeat, & sit in eo iudicij rectitudo & dex-
teritas, Deo iuvante, adeo feliciter in his studijs profecit,
ut diu etiam alios docuerit. Cum autem sciret man-
datum Dei esse ut omnes discamus fontes doctrinae quam per
filium Ecclesiae tradidit, sicut scriptum est: Hunc audite:
studiose didicit propheticam & apostolica scripta, ac Reverendum
virum Martinum Lutherum amplius triennio audivit,
deinde & alios lectores pluribus annis. Vetera Ecclesiae cer-
tamina & maximarum controversiarum diiudicationes
diligenter inquisivit & fidei confessionem eandem semper os-
tendit in concionib. & in scriptis. Nam & in templo ur-
bis in oppido Witenberga amplius biennio publice Evange-
lium docuit & pia scripta edidit: confiteturque amplectitur
veram Ecclesiae Dej consensum veritatem in confessione Augusta
exhibita

exhibita Imperatori Carolo Anno 1530, & abhorret à fanaticis & seditiosis opinionibus damnatis iudicio nostrae Ecclesiae: Et animi pietatem vera invocatione Dei in agnitione & fiducia mediatoris, & honestis moribus declarat. Propter has virtutes Illustrissimus princeps sapientia & virtute excellens & Deum recte invocans Johannes Marchio Brandeburgensis Dux Pomeraniae &c & Burggrafius Norimbergensis &c qui sapienter de ingenijs iudicat, & studia eius sua munificentia fovit, et ei postea commendavit Ecclesiae gubernationem in urbe Marchica Regiomonte. Nos quoque hunc Petrum Praetorium Christi auditorem & pios mores tribuimus publicum testimonium addidimus [?] et Catholicae gradum doctorum in theologia, ut sciant Ecclesiae nos iudicare eum idoneum esse ad docendum sicut usitatum fuit in Ecclesia dare testimonia & prodest exploratam & approbatam esse doctis & pijs Confessionem eorum quibus docendi munus commendatur. Cum autem filius Dei qui est λόγος aeterni patris non sit efficax [?] voce ministerij sicut scriptum est: Sedens ad dexteram aeterni patris, dona dans hominibus, prophetas, apostolos, evangelistas, pastores & doctores: ac sicut Dominus inquit: Ego sum vitis, vos palmites: Sine me nihil potestis facere. precamur eum ut adsit & huic doctori Evangelij Colbergensi [?] ministerio, & faciat eum vas salutare. Cumque

Illustrissimus princeps Marchio Iohannes sicut et quidam alij
principes ad veram agnitionem et invocationem Dei voca-
tos multis beneficijs veram Ecclesiam fovitte, etsi magna
multitudo fuit et est improborum regum et principum:
memor est et ipse dulcissimae vocis: Reges erunt nutrito-
res tui: ac vera invocatione Deum colit ac fovet Eccle-
ut in tota aeternitate sit in coetu beatorum principum Da-
vidis, Salomonis, Iosaphat, Ezechiae, Iosiae, Cyri, Constantini,
Theodosij et similium. Commendamus igitur et huic sa-
pienti et pio principi Marchioni Iohanni hunc doctorem Pe-
trum, quem speramus utiliter Ecclesijs in tota patria ser-
viturum esse, Et precamur Deum custodem et Ecclesiae et
politiarum ut et huius principem protegat et gubernet. De-
inde et ipsum doctorem Petrum hortamur ut sit memor quod
Ephi dimai [?], quod his verbis recitat Zacharias. וְהַשָּׁלוֹם אֱהָבוּ
הָאֱמֶת : retineat doctrinae puritatem et pacem concordiamque
Ecclesiarum amplectentium Confessionem Augustae exhibitam
anno 1530 tueatur, ac vitet non necessarias rixas quae
turbant invocationem multorum et semina sunt perniciosa-
rum distractionum quas vitare sapientia et pietas est: Quare
Scriptum est: ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστί, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ
ἐν τῷ θεῷ μένει καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ. Datae Witebergae. Anno
1554 die 8. Maij

Praescr. Ph. M. [?]

Ad

Non ed. S. D. Reverende vir & carissime frater: Tertia haec epistola est quam ad te post iter tuum mitto, Ut sane adsiduitatem in scribendo praesto Cum propter amicitiam quae inter nos magnae ... fructuosa fuit, tum ut scias Academiae studia & negotia quae te scire non est inutile. Non arbitror hoc anno Conventum theologicum fore quem scis a multis expeti. Saepius fuerat missus Ratisponam sed rediit. Existimo Papam prohibiturum esse colloquium suae factioni cum nostris. Nam & in Polonia prohibuit nationalem Synodum indici. Itaque nos coniunctionem nostram maiori studio tueremur. Quo(d) sunt nobis rescribas. Bene vale die 17 Julij

Philipp. Mel.

Ad Dn. Georgium Bucholzerum ...

Non ed. S. D. Reverende vir & carissime frater: Ipse Deus sapiens verbo qui cuncta creavit, Et certis annum legib. ire iubet Efficiat moriens nobis sit fructus ut annus, Protegat & dextra leg. tuosq. sua. Mitto exempla Epicedij quod scriptum est sanctae memoriae Coniugi Reverendi viri D. Johannis Agricolae Isleb(ij), & oro ut alterum ei exem(plum) reddas. De verbo ἐντυγχάνειν saepe dixi in Rom. XI. Helias interpellat seu compellat Deum contra Israel. Hesterni audivimus in oratione de filio Dei enarrare dictum ad Rom.

8 sic inquit: πρεσβεύει ἔτι καὶ νῦν ὑπὲρ ἐμοῦ ὁ υἱός. id est, filius est legatus eon dicens pro mea salute etiam nunc. Non dubia significatio est verbi πρεσβεύειν, quo & Paulus usus est 2 Cor. 5. loco Christi legatione fungimur. Et de verbo ἐγκεχάρακται multa a vobis docte observavi. Caeterum ne mihi rescribatis. Bene valete. 28 Xb.

Philipp.

Honesto & erudito viro Abrahamo Buchholzero, filio suo carissimo.

S D. Carissime fili. Deo gratias ago quod vires corporis & animi tibi confirmat & eum oro ut te diu servet incolumem. Tibi etiam hunc animum gratulor quod bene scholasticam militiam non deseris. Certe multo sanctior & tranquillior haec statio est in qua Coelum doces in contubernalium puerorum assidentibus castis angelis quam locupletis Satrapae possessio. Meministi psalmi dictum: Melius esse in limine templi Dei habitare quam in impiorum palatiis. Mitto tibi pagellam ex qua cognosces quomodo ex urbe Vangionum discesserimus. Initium colloquij non erat ingratum, quia erudite disputabatur de norma iudicij in Ecclesia. Bene vale & rescribe. die 13 Januarij.

Philipp. Melanthon.

Non. ed.

Illmo principi & domino D. Friderico duci Silesiae in Legnitz & Brig &c. dno s. clementiss.

ed.

S D. Illustrissime princeps & clementissime domine. Etsi calamitates publicae & imperiorum ruinae & confusiones in conspectu sunt: tamen addit signa Deus ut graviores poenas denunciet ac plures ad modestiam flectat. Quare & compescamus errantes impetus & filium Dei oremus ut nos regat ac leniat poenas. Mitto Cels. V. pagellas & spero descriptionem signorum Christi & Mariae malis praecipuis gratam fore Cels. Vrae. Bene & feliciter valeat C. V. Prid. Kl. May. 1551.

Cels. V^ae addictus. Phil. Mel.

RECTOR ET SENATUS ACADEMIAE WITEBERGENSIS CASPARO EBERHARDO in VALLIB. IOACH.

S D. Venerande vir. Etiamsi hic non esset Academia, tamen reliquam ecclesiam fovere pietas esset, & viro docto iucundum esse debet in eo loco docere in quo primum illuxit purior doctrina in hac languida mundi senecta, & hanc ipsam Ecclesiae quasi [illegible]. Cum igitur te ad nos vocemus, primum cogitabis te ad partem ministerii in Ecclesia nostra accersi, tibi libentius docere velis quam alibi propter memoriam repurgationis doctrinae. Academicae militiam experimur terribilem esse, quia simul à multis

a multis & diversis hostibus ardentibus odio & furore
oppugnamur. Itaq. nihil mirum est multos ab his castris
& ut dicitur ἔξω βέλους procul abesse malle, in quibus tamen
hec duo bona esse, Dei beneficio, non dubium est, Veritatis
defensionem necessariam, & dulcem concordiam omnium do-
centium. Cum autem desideremus in templo nostro Concio-
natorem, & in academia interpretem Ebreae linguae, consen-
tientibus omnium suffragiis te elegimus & petimus ut
ad nos migres, ac voluntate tua cognita indicabimus eam
Illustrissimo principi Duci Saxoniae Electori, quem spera-
mus suffragia nostra comprobaturum esse. Nec vero du-
bitamus quin ames Ecclesiam nostram, & in ea sede in
qua Lutherum & Cruciger audivisti docere libentius
quam alibi velis. Nec te Academiae certamina deterreant
cum scias Ecclesiae, ubicunque sumus, similia pericula
proposita esse. Et eam animi tui fortitudinem esse existi-
mamus ut in defensione veritatis collocari te in aciem
ubi plurimum & periculi & laboris est, non recuses.
Meministi Atticum iuramentum, ut alia omittamus, ἀ-
μυνοῦμεν δὲ καὶ μόνοι καὶ μετὰ ἄλλων ὑπὲρ ἱερῶν
πατρίων. Nec frangamur animis propter hostium
rabiem qui manifesta idola stabiliunt & praestigiis sophismatum

nostram

nostram pietatem labefactant: Adversus tales hostes speremus
filium Dei nobis adfuturum esse, qui dixit: Ubicunque duo
aut tres sunt congregati in nomine meo, in medio eorum sum.
Potes autem ipse iudicare de generibus doctrinarum, quod
sit purius & simplicius & quorum labores iuvandi sint, &
cuius agminis ~~ome~~ συστάτης esse rectius sit. Iam & gramma-
ticus labor docendae linguae Ebreae dulcissimus est, & Ecclesiae
utilissimus, ad quem te praecipue accersimus. Petimus
igitur ut de tua voluntate plane nobis respondeas & pre-
camur filium Dei sedentem ad dexteram aeterni patris
ac dona dantem hominibus pastores & doctores, ut & Ecclesiam
& Academiam nostram servet ac regat, & tuam delibera-
tionem gubernet, ut tibi & Ecclesiae sit salutaris. Bene
Vale. die mensis Novembris decimo, quo ante annos 74
natus est Reverendus vir Martinus Luterus Theologiae
doctor, per quem filius Dei doctrinam Ecclesiae in hac terra
denuo repurgare coepit.

Praeser. Philippo.

Erhardo à Kunheim.

edita.

S. Cum haberem certum tabellarium, etsi dubitabam an
adhuc Francof. esses: tamen hanc ad te epistolam scripsi
ut si istic esses, in hoc genere meam assiduitatem cognosce-
res, praesertim cum etiam argumenta haberem ἀξιόλογα. For-
tassis

tassis iam audivistis ducem Saxoniae Joannem Frideri-
cum redijsse Coburgum, clementer ab Imperatore Carolo & re-
ge Ferdinando dimissum: Hec ergo certa esse tibi significo,
& addo ipsius Ducis sermonem. Cuidam in hac regione No-
rimbergae eum salutanti, inquit: Vade & narra in patria,
me redire sine armis, nec me bella civilia moturum esse
& potius etiam cariturum ea parte quam reliquam habeo,
quam vastationem in patria facturum esse. Talis reditus glo-
riosior est tibi Caesaris triumphis. Hessorum princeps ex
itinere retractus est in custodiam. Imperator Ulmae fuit
& dicitur exercitum ducturus ad urbem Metensem, inde in
Galliam. Utinam Pindaricum illud omnes sequerentur:
ἔα μάχαν ἔα πόλεμον χάριν θεοῦ. Galli quo consilio
susceperint hoc bellum eventus ostendet. Sed Deum ore-
mus ut his regionibus & Ecclesiae pacem concedat. Sig-
nifica an hos literas acceperis. Hunc auditorem nos-
trum Jacobum Francum tibi commendo. Bene vale.
die 16 Septemb. 1552. Phil. Mel.

II Epigraphe muneris

Bona fide in hoc oppido edita sunt scripta Reverendi viri
Martini Lutheri sumptibus aliquot honestorum civium, inter
quos fuit

inter quos fuit vir honestus Christophorus Schram Senator huius
oppidi. Hic Christophorus Schram & eius coniunx Elisabeth nata in
familia Winsiorum quae est inter praecipuas familias urbis Franco
fordiae sitae ad ripam Viadri, matrona excellens, prudentia cas-
titate pietate & aliis virtutibus quas Paulus Apostolus in ma
trona piâ scribit esse oportere, Et filius Christophorus Schram
donarunt Senatui Wittenbergensi libros omnes Reverendi do
mini Martini Lutheri, digestos in tomos latinos septem, & ger
manicos novem, quo usque hactenus editio processit, videlicet
usque ad annum 1559. Orent autem filium Dei dominum
nostrum Iesum Christum & mater Elisabeth vidua honesta &
pia, & filius Christophorus Schram vir honestus ut semper
Ecclesiam aeternam in hoc oppido colligat & clementer ipsum
oppidum protegat & tribuat his regionibus salutarem gu-
bernationem, gratia veritas. Et dictum psalmi: Nisi domi
nus custodierit civitatem frustra vigilat qui custodit eam.
Item. Circumvallat Angelus Domini timentes eum.

Te maneat semper servante Ecclesia, Christe
Insertosque tibi nos tua dextra tegat.
Limina qui servas agni conspersa cruore
Ex Pharao ducens agmina sancta iugo.

Scriptum manu Philippi Melan
chthonis. Ao 1559.

Discipulus praeceptori.

S. D. Postquam istinc de sententia patris mei profectus sum
scripsi

Scripsi ad te saepius ut ostenderem me & beneficiorum tuorum
memoriam retinere & animi gratitudinem qualicunque signi-
ficatione declararem. Agnosco enim me tibi plurimum debere
non solum propter doctrinae communicationem, etsi haec quoque ingens
beneficium est, sed etiam propter singularem beneuolentiam, qua
me semper tanquam filium complexus es, meque suauissimis &
proprijs parentum exhortationibus ad decus excitasti. Quare
postquam à domestico amore discessi neminem tibi praefero,
teque uelut parentem alterum & nunc colo & in omni uita
diligere & colere decreui. Ac si (ut spero) rursus ali-
quando in Academia ad Viadrum in illa eruditorum fre-
quentia & luce una uiuemus, tunc meam erga te pietatem
omnibus officijs declarabo. Nec mihi tunc quicquam dulcius
erit quam eruditissimis sermonibus tuis frui & iudicium me-
um de rebus in uita necessarijs formari: Denique ita de
me adolescens tibi iam consenescenti adiungam ut Paulum Ti-
motheus comitatus est, de quo Paulus inquit: σὺ δὲ παρηκο-
λούθηκάς μου τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ἀγωγῇ, τῇ προθέσει,
τῇ πίστει. Ac uicissim tibi mea studia & mores uolup-
tati fore spero: Scio enim & iuniores seniorum consilijs
regendos esse, & uirtutem necessariam esse Gratitudinem
quam qui negligunt iustitiam obliuiscuntur. Est enim In-
gratitudo iniustitia omnium deterrima, & foedera com-
munis

munus societatis violat & Deum horribiliter ostendit sicut scriptum est: Non recedet malum a domo ingrati. Quod autem nunc quoque benevolentiam erga me tuam misso xenio declarasti, valde delector ipso munere & amoris erga me tui testimonio: Ac tibi vicissim ἀντίδωρον mitto, χάλκεα ἀντὶ χρυσείων, ut veteres dicebant: Sed tamen ostendere gratitudinis significationem volui, & tibi lectionem harum pagellarum non iniucundam fore spero. Opto autem ut hic ineuns annus Ecclesiae, tibi & nobis faustus & felix sit. Vale. 1550. Witeb.

Praeser. Philippo.

Pta Pi:
vcfrgsb 1 bedrgtig
2. kurtz.
3. langt.

Dispositio Epistolae gratulatoriae
praescripta a Philippo.

Excusatio. Etsi magnopere cupio istic ad sacrum nuptiale convenire, in quo precatio Ecclesiae vitae tibi publice coniunx despondebitur: & me domesticae quaedam causae movent, ut ad parentes proficiscar: tamen nondum de itinere constituere potui. Ut autem mea tibi voluntas nota sit, hanc epistolam tibi scripsi:

Precatio. Ac primum oro Deum etc.

Laudatio huius generis vitae: Non dubium est quin Deus faveat & adsit coniugio cum ipse sit autor huius pulcerrimi foederis in genere humano. etc.

Etsi autem non potero coram adesse: tamen mente & votis adero

adero & nobiscum orabo Deum & pro Resp. & pro nobis. Quia nisi Resp. sit tranquilla, non possunt coniugia dulcia esse nec possunt doceri & educari liberi.

Φ: Saepe legas epistolas Ciceronis, & unam epistolam multum legas non multa legas p.

Idem sic reddidit.

S D. Venerande praeceptor. Etsi magnopere cupiebam ad sacrum nuptiale in quo tibi propositio Ecclesiae ritu publice coniunx despondebitur, venire, & mihi nihil dulcius quam parentum conspectu: tamen nunc quidem iter meum impeditur: quia fratrem adhuc expecto. Gratulor autem tibi hoc beneficium Dei quod te in vitae genus pium collocat & sociam vitae tibi adiunxit matronam omnibus virtutibus ornatam. Affirmat enim vox divina honestam piam & convenientem coniugem eximium dei donum esse, ut scriptum est: Cui contigit bona uxor, rem bonam habet a Deo voluptatem hauriet. Fruaris igitur hoc divino munere praesertim cum Deus ipse promittat se vitae molestias voluptatibus & suavitate lenitiurum esse. Tibi etiam gratias ago, quod cum me accersis, benevolentiam erga me tuam illustri significatione declaras. Etsi autem coram adesse non potero: tamen mente & votis adfuturus sum. Ac Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi Conditorem

Conditorem generis humani & huius dulcissimi foederis coniugalis autorem oro ut faciat ut coniugium vestrum sit faustum & felix & societas vestra vere sit Ecclesia domestica, Et coniunctis precibus Deum oretis ut has regiones clementer protegat & has calamitates leniat: sicut haud dubie Zacharias & Elisabeth, Ioachim & Anna, Ioseph & Maria preces coniungebant ad petendam salutem publicam: nec sunt inutiles gemitus piarum familiarum. Bene & feliciter Vale. 1550. 12 Maij.

Dem durchlauchtigsten hochgebornen Fürsten unnd Herrn, Herrn Joachim Marggrafen zue Brandenburg, Churfürst[en] &c meynem gnedigsten Herrn &c.

Gottes genade durch seynen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heyland und warhafftigen helffer, unnd ein seliges Jhar zuvor. Durchlauchtigster hochgebornner gnedigster Churfürst unnd Herr, E. Churf. G. christliche unnd fürstliche schrifft hab ich in unterthenigkeit empfangen unnd dabey Stancari und Musculi ubergebene erklärung ihrer meynung, die ich alsbald

durchlese

durchlesen hab. Nun ists war, dieses leben kan ohne
fragen, zweyfeln und disputiren nicht zugehen, wie auch
sonst den Aposteln fragen zugefallen. Es ist aber
hoch beklaglich dz solcher grim vnnd hass daher kompt
wie in vielen schrifften zu sehen, darnach heraus
spaltung, ausleschung rechter anruffung, verachtung
gantzer Religion, Gottes grausame straff, zerstörung
und verdammung folgen. Es sind aber in gedachter
erklärung zwen Artikel, der erste von den modis be-
gründet noch der communicatione Idiomatum: Nu sollten
billich beyde teil zufriden seyn mit den formen zu
reden die in Synodo Ephesina aus wolgegründeten ur-
sachen wider Nestorium beschlossen seindt. Der
ander Artikel ist vom Ambt des Mittlers. Nu er-
klären diesen artikel die Epistel zun Ebreern selb,
die streitet uber dieses, der Mittler des newen Tes-
taments sey gottes sohn, vnnd gründet sich auff den
psalm Dixit dominus tu es sacerdos. So ist d' son
Gottes vorbitter gewesen, auch vor der Menschwerdung.
psal. 2. Bite von mir so will ich dir die heyden zum
Erbe geben c. Dieweil man den in beyden
sachen

sachen diese vnzweifelhafftige anleitung hat wie ge-
saget ist, konnen sich E. Churf. G. als ein hochloblicher,
Christlicher vorgeher vnnd alter Churfurst selb erinnern
was in diesen sachen zuschliessen sey, vnnd darnach dz
gezanck ernstlich verbiten. Ich kan auss
Stancari schrifften nicht verstehen woher die gottliche
natur in Christo ist, wan die auch nicht ins Mitlers
ampt gehöret. Item wie er diese erniedrigung des
Sohns verstehen will, davon er spricht: Glorifica me pa-
ter ea gloria quam habui ante constitutionem mundj. Von
diesen ernstlichen sachen ist nützlich in Gottesfurcht vnd
demut Christliche vnterredung zuhalten, Darumb will
ich E. Ch. G. in vierzehen tagen mit Gottes hulff
vnser aller bedencken zusenden. Dz mich aber Stancarus
so grausamlichen schmehet, lass ich Gott vnnd fromme
Leuthe richten, die mein Arbeit wissen. Ich hab, so
viel mir Gott gnade geben hat, die Summa Christ-
licher lehr zusammen ziehen müssen, da ich zur
visitation vnnd Confession gbraucht bin. hab mich also
in allen furnehmen artikeln erkleret, so viel mir mug-
lich gewesen. Was aber Stancarus helt, weiss ich
noch

noch nicht, vnnd wolt er etwas straffen so solt er das Christlicher weyse thun. Daßon aber zu an derer Zeit weyter. Der almechtige son Gottes Jesus Christus der ihm gewißlich ein ewige Kirche im Menschlichen geschlecht durch das Evangelium sambler, wolle E. Churf. G. vnnd E. Churf. G. gemahell, vnnd Junge herschafft allezeit genediglich bewahren vnd regiren. Datum 12 January. 1553.

E. Churf. G.

vnterthenniger diener. Philip. Melanthon.

Clarissimo viro, sapientia, doctrina & virtute praestanti D. Hieronymo Schnyrff Doctori iuris diuini & ciuilis, Ordinario Academiae & consiliario Inclyti Electoris Marchionis: tanquam patri colendo.

S. D. Clarissime domine doctor, & mihi perpetua reue rentia tanquam pater colende. Scripsi ad Illustrissimum princi pem Electorem Marchionem me propter negotium Ecclesiae Au gustanae iam necessario lipsiam oportere proficisci. Nam se natus Augustanus scripsit mihi Carolum Imperatorem voluisse

Non est

ipsis

ipsis ut Ecclesias constituant ad normam Augustanae Confessionis (qui nominant nostrarum Ecclesiarum formam). Petunt igitur indicari viros idoneos ad ministerium Evangelicum. Deinde te reverenter suasi ut tantum scripta D. Doctoris Stancari, & D. Musculi diligenter relecta iudicentur, non ut ipsi vocentur, ut ibi coram principe rixa instituatur cum utrumque sit in calamitate ferventior. Scripsi etiam me non probare positionem in qua Stancarus dicit Christum tantum secundum humanam naturam mediatorem esse, quia mediator est non tantum quia patitur, sed etiam quia precium aequivalens est & vincit mortem & est Sacerdos perpetuo pro nobis interpellans, vivificans & sanctificans spiritu suo sancto. Ita sunt proprietates divinae mediatoris & communicare utriusque naturae, ut tota vetustas locuta est. Optarim in invocatione nos de rebus reverenter cogitare & populum explicate docere, non movere certamina plena odiorum & malarum affectuum. Offero me etiam reverenter istuc venturum esse, si Illustrissimus princeps hac mea responsione non contentus est. Et oro filium Dei dominum nostrum Iesum Christum ut ipse regat Ecclesiam suam & nos & vestros servet incolumes. Bene valete. Torgae. 3 Octobris.

Phil. Mel.

Reverendo viro, eruditione & virtute praestanti
D Georgio Bucholzero pastori Ecclesiae Dei
in inclyta urbe Arctoa, amico s. cariss.

Non ed.

S. D. Reverende vir & amice carissime. Dei beneficio spe
ramus aerem fore salubriorem & contagionem huius
essaltuariam esse, quia iam rara sunt. Sed tamen nollem
filios nostros expectare tempus Aequinoctij. Magis bella
quam luem metuo: Sed nos Deo commendo quem oro ut ser
vet harum regionum Ecclesias & reip. hospitia & doctrinae
studia. Heri huc venerunt Scholastici hungarici qui nar-
rant in Pannonia iam [illegible] bellum Turcica studia non late
vagari, sed tamen oppida hoc anno occupata Temeswar
& Lippam eos relinquere. De Controversijs Stancari &
Musculi, Deo iuvante, pie respondebimus. Utinam de his
tantis rebus pij & docti inter se placide colloqui possent:
Profecto maiorem controversiam movet Stancarus quam antea
Ballinus orator. Sed de his copiosius alias. Bene va
lete. die 16 Ianuar. Philipp. Mel.

II Clariss. viro prudentia eruditione & vir-
tute praestanti D Thomae Matthiae Consiliario
Inclyti principis Electoris Marchionis &c
fratri suo carissimo.

non ed. S D. clarissime vir & cariss. frater. Extat dulcissimus
versus apud Clementem Alexandrinum, quem citat ille Scrip-
tor ex Sophocle, quamquam in his tragoedijs quas habemus, non
legitur. Sed tibi & alijs bonis non dubito sententiam velut in-
signem gemmam placere: ἀεὶ τὸ χρηστὸν, τὴν ἴσην ἔχει
φύσιν. Boni retinent similes naturas & voluntates nec for-
tuna mutantur. Est igitur specimen bonitatis in tua natura,
quod in hac confusione temporum & in tot distractionibus ta-
men benevolentiam erga me & meos perpetuam retines. Id
eo mihi gratius est, quod etiam iudicio te moveri statuo, ne
a me alienari animum tuum patiaris. Cumq. sciam meos
labores tibi notos esse, & voluntatem erga Ecclesiam perspectam,
hanc commemorationem omitto, ac potius gratias ago, quod
& in nostra amicitia Constantiam praestas & meis benefacе-
re studes. Nam d. Sabinus summo candore tua erga
se officia praedicat quae quidem cum ad me quoq. pertinere
statuam, tibi & debeo & habeo gratiam, teq. oro ut deinceps

quoq

quoque nos tueatis, memor dulcissimi versus quem citasti,
ἅπερ τὸ χρυσὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν. Mitto pagellas,
sed post paucos dies textus absolutum enarratio epistolae ad
Romanos, unius ἐξηγ tibi mittam, quod volo te quoque ut
Censorem legere. Fuit enim hoc meum studium ut simpli-
citer veritatem doctrinam Ecclesiae necessariam, & quaestiones
omitterem non necessarias, in quibus ostentant aliqui acumen,
qui absurda mirantur & despiciunt usitata, sicut de suis
civibus dicit Thucydides ... θαυμάζειν ἄτοπα καὶ
καταφρονεῖν εἰωθότων quales nunc multi sunt. Sed
oro Deum ut nos gubernet. bene vale. die 13 Aprilis.

Orationem D Pauli edi curabo. Philippus.

Reverenter salutem dicito Viro
clarissimo d. Paulo.

Reverendo Viro, eruditione et virtute
praestanti D Johanni Gigant pastori
Ecclesiae Dei in urbe Elysiae Freistadio,
fratri suo carissimo

S D. Reverende vir & cariss. frater. Habet aetas nos-
tra Non S.

tra inde usque à Caroli Imp. electione, historiam maximarum mutationum & multa mira exempla, inter quae & hoc est. quod Carolus nolens abdicat gubernationem Imperij, & quidem hoc tempore, cum Turcicae irruptiones quotidie expellendae sunt. Vere nunc est Almania, ut vox Ebraea sonat, Almana, id est vidua. Sed teneamus hanc veram consolationem, Deo curae esse Ecclesiam suam. Hic rexit tuam familiam & similes. Mitto vobis pagellas quae & Academiae studia & genus doctrinae ostendunt. Quaeso etiam ut iudicium mihi tuum signifies. Salutem opto Ecclesiae & vobis omnibus. Bene vale die 16 Novemb.

Philippus.

Reverendo Viro eruditione & virtute
praestanti Domino Ambrosio Moibano,
Doctori Theologiae gubernanti Ecclesiam Dei
in inclyta Vratislavia.

Ed. S. D. Reverende vir & amice carissime. Quod faustum & felix sit profisciscitur ad te filius Zacharias, me etiam probante consilium de profectione. Nam & ipse pio desiderio parentum afficitur, & vobis spero eius conspectum voluptati fore, & ut laetus complectare tuos toto pectore opto. Recte didicit & Zacharias philosophiae initia & spero eum Ecclesiae Dei utilem fore: Nam & mores tui domesti

Filius Iohannes nunc Augustae est, quo & ipsius discipuli usi sunt, & mihi in aliorum epistolis salutem adscribi iussit. decrevit etiam suae valetudinis causa dedere se artis medicae studio. Quod de re spero eum tecum quoque deliberaturum esse. Valetudinem etiam eius spero firmiorem fore cum erit aetatis ἀκμῇ. Nam saepe animadverti corpora adolescentium ante ἀκμήν, cum crescerent, multis morbis conflictari, quae postea confirmata sunt consumptis illis humoribus redundantibus. Dominus Iesus Christus filius Dei te & tuos clementer servet. Bene vale. die 22 Octobris. Osiander movebit non parva certamina. Deus adsit nobis.

Philippus Melanthon.

Clarissimo viro eruditione & virtute praestanti d. Vito Winshemio doctori artis Medicae, collegae & fratri suo carissimo.

S. D. Doctissime vir & carissime frater. Etsi dubitabam quando has literas accepturus esses scripsi tamen. Ante octiduum Augustano tabellario literas dedi ad d. Serpinum & d. Victorinum quibus adiunxi literas ad Stigelium & ad te scriptas. Postea multorum allatae sunt epistolae quae affirmant Osiandrum mortuum esse. Scribunt intumuisse eius corpus, fortassis ex splene infarcto atra bile, & accessit apoplexia. Habent

Non ed.

buit breue curriculum, ut uides, quo utinam felicius uerus esset. Quia
enim de se tam atrociter in nos insanuit, mihi quod diximus fidendum
esse filij Dei meritis, non nostra nouitate. Haec principia & causa
Controuersiae. Reliquit, ut audio, librum alterum contra me
scriptum. Et fortasse ἕτερος ὀφρύδιον φέρουσα πονηρότατον
βδέλυ. Sed oro filium Dei ut nos regat & doceat, qui unus est
καρδιογνώστης scit uoluntatem meam in colligenda doctrina
simplicem & piam fuisse, etiamsi in tanta mole rerum alicubi
minus intentus fui. Sed haec alias. Erasmus Rheinholdo
mitte epistolam hanc additam & ex Pannonia missam. Bene
Vale. die 17 ~~Nouemb.~~ Salutem opto uobis omnibus

Philippus.

Venerando uiro eruditione & uirtute praestanti
D. Wolfgango Ehrenfrid Coburgensi, in inclyta
urbe Vratislauia, amico suo.

Non ed. S. D. Venerande uir. Legi tuam querelam de tua odyssea, id est,
de peregrinatione tua, Sed cum Deus dederit tibi portum in urbe
Aristocratica & in uera Ecclesia, inter homines pios & doctos, hoc hospi
tium tibi gratuleris, & retinere studeas. Mihi uideris in Academia
egregia esse, si in ea urbe essem. Testimonium tibi mitto, cuius
formam credo bonis & doctis placere. Tu eam accipies & eam probes sig
nisque. Bene uale. die 26 Maij Anno 1555. Philippus Mel.

D. Laurentio Camillo gubernanti studia doctrinae in oppido Marchiae Stendalia.

Non ed.

S. D. Doctissime & carissime Camille, Et benevolentia tua & literarum assiduitate delector tibique gratiam habeo. Tueamur nostras amicitias memores non solum dulcissimi dicti τετλίξ μετ τετλίξι φίλος ἕ. sed etiam illius divinae concionis. ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστί, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐν τῷ θεῷ μένει, καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ: nec propter clamores iniustos aliorum inter nos odia accendi sinamus. Extat mea confessio, Et quantos labores sustinueam in propagatione literarum & doctrinae Ecclesiasticae iam annos triginti norunt illi ipsi qui rabiosissime in me debacchantur. Decrevi autem respondere ad recentes calumnias praesertim cum iam non de linea veste tantum pugnant sed renovent ἕνδοξον πόλεμον περὶ στοιχείων ἀφῆσμο. Errant si me tantae causae explicationem abiecturum esse putant, de qua necesse fuit & ante hoc tempus absurdas opiniones taxare. Sed haec disputatio prolixior est quam ut in epistola recitari possit. De Academia & Ecclesia nostra Collegam sanctissimi muneris tui testem αὐτόπτην audies. Bene & feliciter vale. die 7 Martij

Philipp. Melanth.

Clarissimo viro, eruditione, prudentia & virtute
praestanti, Christophoro Pannonio, in urbe Moravica
Iulio monte, fratri suo carissimo.

Non ed. S. D. Clarissime vir & cariss. frater. Ipse ego quicquid ero,
cineres interq. favillas, Tunc ego non potero non memor esse tui.
Reminiscentur autem nostri cineres & amicitia nostra dulcius
in coelesti consuetudine fruemur quam in hac aerumnosa vita
frui possumus. Sed tamen colloqui amicos interdum decet,
et praesertim nos in Ecclesia conferre cogitationes decet. Quare
& tibi gratiam habeo quod ad nos scribis, & scribo quoties
tabellarij offeruntur. Dederam nuncio ad te ituro libellum
ante Stanislaj adventum. Sed cum postridie nuncius ille reti-
neretur, postea hanc epistolam & libellum Stanislao dedi. Gra-
tum mihi facies si iudicium mihi tuum de hoc scripto
significabis. Dei beneficio studia doctrinarum in his vici-
nis academijs adhuc mediocria sunt & non solum consensus
est docentium sed etiam dulcis amicitia. Nec leves volun-
tates bonorum a nobis alienae sunt. Tantum Stancarus Alte
odio nostri & Ecclesias & suam Academiam turbat. Pastor
Ecclesiae Laurentius & Victorinus viri modestissimi iam circi-
ter quatuor menses captivi tenentur quia sycophantias
Stancario non probant. Eventum potius, Deo iuvante,
Cum

cum attente ut scis, magni labyrinthi multarum quaestionum, dedi operam ut plerasq. evolverem, sic ut intelligi possent & prodessent explicatio ad gubernandos pios. Et tamen scio me non esse ἀναμάρτητον. Si proferat alius meliora, Ecclesiae ea probanti libenter adsentiar, At volo te quoq. in iudicii in Ecclesia senatorem esse. Stanislao Gravero non desiit officium nostrum. Te oro cum vicinus sit nobis, ut eum interdum audias & erudias. Bene & feliciter vale & rescribe die 4 Septemb. 1559.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

Non ed.

S. D. Clarissime vir & cariss. frater. Cum ex tuis literis intellexerim te legatum ad Imp. Ferdinandum profectum esse, precor Deum aeternum, patrem domini nostri Iesu Christi, creatorem generis humani & custodem politici ordinis, ut & civitatem vestram & te & tuos gubernet & protegat. Nam in tantis periculis ecclesiarum & regnorum οὐδὲν ἔχω ὅ,τι δεῖ, ἢ μὴ προσεύχεσθαι. In his regionibus, Dei beneficio, nondum sunt bella. Sed furiae flacianae non desinunt tumultuari. Ad has accedit πονηρία Musculi qui tibi notus est. Sed dabit Deus his quoq. finem. Mitto tibi secundam partem Chronici operis de qua tuum iudicium Mihi significabis.

Mitterem

Mitterem & alia si Bibliopolia aperta essent. Bene & feliciter uale. die 7 Aprilis: 9 die dies palmarum. 1560.

Philippus Melanchthon.

Reuerendo uiro Eruditione & Virtute praestanti
Dño Castulo Strumf Augustano pastori in Ecclesia
Dei in oppido Thuringae quod est Stadio, fratri
suo carissimo.

Non ed. S. D. Reuerende uir, carissime frater. Oro filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nob. & resuscitatum sedentem ad dexteram aeterni patris ac dona largientem hominib. ut tibi quoque animae & corporis uires confirmet. De Ecclesia Crailsheimensi deliberabimus. Mitto tibi orationem de Pontano cuius soceri tui uirum integerrimum propter prudentiam & fidem fuisse carissimum. Dilexi utrumque & de multis magnis rebus collocuti sumus. Nec beneuolentia extincta est ipsorum morte, sed spero me breui in caelesti academia dulcius cum utroque collocuturum esse. Bene uale. 4 Martij. 1560.

Philippus.

Ad illustrissimum Ducem
Borussiae.

Non ed. S. D. Illustrissime & clementissime princeps. Scriptum est in psalmo 91: Plantati in domo domini in atrijs Dei nostri florebunt. & adhuc in senecta erunt germinantes & uirides. Hoc senelles

305

bona nam promiserit Deus creator & custos Ecclesiae, toto enim pectore oro ut Celsitudini Vestrae tribuat robur animi & Corporis durabile. Ego hoc tempore non sine periculo aegroto. Commendo autem C. V. genus doctrinae quod adhuc pio consensu docent in nostris Ecclesiis Iohannes Aurifaber & eius Collegae, & in Academiis his quarum adhuc verus & pius consensus est, Tubingensi, Marpurgensi, Lipsica, Witebergensi, Francofordiana, Gripeswaldensi & Rostochiana, Et scio pios & doctos viros Hamburgae & Luneburgae eandem doctrinam constanter sonare, nec ei per spinam sententia discedamus propter rabiem Flacij & Morlini. Haec C. Vae in hoc meo morbo scribere praecipue volui. Deinde Commendo C Va hunc doctorem Danielem Voit qui non seiunget se a sententia & confessione D Joan. Aurifabri, & erit Deo iuvante utilis Ecclesiae & scholae. Eius mens pia est, & sancto patre docente Evangelium natus est. Nos testimonium publicum doctoris theologiae ei tribuimus ut ostendunt publica scripta quorum exempla mitto. Postea Flaciani enim citatione missa sine mentione causae relinere conati sunt. Manifesta est [illegible] in re petulantia. Quod eo dico C. V. ut agitet non ibi veritatis studium esse, sed qui apud eos sine causa perniciosas distractiones. At boni & sapientes principes coniunctionem Ecclesiarum nostrarum tueantur. Rogo filium Dei

dominum

dominum nostrum Iesum Christum ut C V confirmet corporis & animae vires & addat longa vitae spatia. Amen die secunda post Pascha. 1560.

Illustriss. C V. servus
Philipp. Melanthon.

Viro optimo D. Johanni Agricolae Islebiensi suo amico summo.

Non ed.

S D. Scis me fuisse in Cattis quo & Bucerus accersitus attulit sententiam περὶ τοῦ δείπνου κυριακοῦ, cuius exemplum tibi mitto. Affirmat ex animo se & suos συμμύστας Argentorati sic sentire ac docere, Et mihi persuadet de seipso: Edidit enim longam disputationem in eam sententiam. Exponit item huic sententiae subscribere Concionatores Ulmae, Constantiae, Augustae & in vicinis urbibus. Aditus est ut mihi videtur ad Concordiam patefactus, qua quantum opus sit, tu ipse maxime iudicare potes. Nulla enim res magis deterret bonos ab Evangelio ac nostra discordia: quae praeterea pariat incommoda non ignoras. Lutherus satis clementer respondet, sed reiicit rem ad aliorum etiam deliberationem. Itaque iussus sum ab ipso principe & nostris doctoribus ad te scribere & ad alios quosdam. Etsi autem aliquid adhuc in hac sententia fortasse nonnulli desiderare poterunt: tamen cum spes sit integrae Concordiae, illud tantum quaeritur: An ita tolerandi sint ne damnentur. Mihi quidem reipsa videntur non discrepare a nos,

terarum sententia: Et tamen si quae reliquae sunt quaestiones, de illis
agi poterit, si quando pluribus colloqui liceat. Quaeso te ut rescribas.
magna occasio est constituendae concordiae, si modo dextre agatur nego
tium: ἀλλὰ οὐ μέλει τοῖς τυράννοις. Sed haec brevi coram.
Conciliis enim locum de maximis rebus deliberare. Bene vale &
rescribe. Nolo tamen epistolam divulgari, ne traducantur illi amici
nostri, & ante rem perfectam non prodest talia spargi in vulgus.

Copey Sententiae Buceri

Ob Bucerus vnnd andere zu tolerirn sind, also das sie
nicht damnirt werden, so sie sich erpieten der Confessio vnd
Apologia gemess zu leren, in der gantzen Christlichen lehr, vnnd
vom Sacrament. Vnnd damit vom Sacrament kein
teuschung gesucht oder gemaint werde, declarirn sie sich also, von
der warhaftigen gegenwart, das sie bekennen das der leib Christi
warhaftiglich vnnd wesentlich empfangen werde, so wir
das Sacrament entpfangen, vnnd das brot vnd wein zeichen
sind signa exhibitiua, welche so man reiche vnd empfahet
werde zu gleich gereichet vnd empfangen der leib Christi
vnnd halten das das brot vnnd der leib also beyeinander sind,
nit mit vermischung ihres wesens, sonder, als sacrament
vnnd das dinge so sambt dem sacrament gegeben wird, quo

quo posito aliud ponitur. Dan dieweil man auff beyden teyl
len helt, dz brott unnd Leib bleybe, hallen sie solche Sacramen
talem coniunctionem. Tantum igr reliqua est quaestio de physica con
iunctione panis & corporis, qua quaestione quid opus est? Et certe
Sacramentorum naturam tu sine hac quaestione tractas pie & gra
viter in tua Catechesi. Bene vale. Anno 1535.

Philippus.

Ad Electorem Ioachimum Marchio nem Brandeburgensem.

Gottes genade durch seynen eingebornen Son J C unsern hey
landt zuvoran. Durchleuchtiger hochgeborner Churfurst und
herr: Eure Churf. G bitt ich in unterthenigkeit diese meyne
schrifft, vun eynem gelarten, armen frembden man erstalt, gene
diglich annehmen, die ich am hohen fest Annunciationis geschriben
hab, daran vor 1540 Jharen, d' son Gottes auß wunderbarlichem
Gottlichem Radt, Menschliche natur an sich genommen hatt, und
ist hernach Im 33 Jhar am selben tag am Creutz vor uns ein
opffer worden, unnd wie man schreybet, so ist am selben tag Adam
geschaffen vor 5509 Jharen, vor disem ietzigen Jhar an. Zurechnen:
In welchen wercken allen Gott offentlich beweisen hatt, dz er ge
wißlich dz Menschlichgeschlecht liebet, unnd genade unnd hulff

erzeygen

erzaygen will denen, so ihr wollen erkennen, hören und anwüssen.
Dieweil dan eben dieser tag uns erinnert, dz erstlich Adam
auß dem rechten vaterland und säligen standt in dz Exilium ge-
triben worden, und dz hernach dz Son Gottes uns zue gut
vom himmel auch in dz Exilium kommen, und dz die gantze
kirche für und für ihm elende gewandert, die zerstrewete
Exilia zue betrachten, dz es auch Gottes wille ist, dz wir den
frembden, so von wegen Christlicher lehr verfolget und vertrieben
sindt, herberg geben, wie unser heyland Christus spricht,
Ich bin ihm elend umbgangen, und ihr habt mir herberg geben.
Nu ist zeyger dieser schriften Magister Johannes fidelis auß
Schottlandt, welich Jhar lector theologiae zue ligniz gewesen, da
er auch ehelich worden, und ist ein Gottsfürchtiger, wolgelerter
sittiger Man, und hatt auß Engelland weichen müssen, darumb
dz er Christliche reyne lehr gepredigt hatt. Dieweil aber die lectio
zue der ligniz abgeschafftet, bitt er underthäniglich und umb
gottes willen E. C. G. wollen ihn genedigklich zue eyner Theo
logica lectione in E. C. G. löblichen universitet zue franckfort an
nehmen. Wie wol aber E. C. G. an ihm haben möchten, die-
weil Alesius zuvor in seyner not so genediglich angenommen
worden und darnach als er hofnung gehabt, gen Leipzig
zue kommen,

zu kommen, sich abgewand hatt, So wollen doch E. C. G. diesem Scoten solchs nit entgelten lassen, Den er ist viel sitt licher vnnd fridlicher den Alesius. E. Churf. G. wollen auch als ein hochloblicher Christlicher Churfurst, welcher E Christlichen kirchen historien weyß, hiebei bedencken, Das die Schotten deutscher Nation vnnd Frankreich in pflantzung Christlicher lehr grosse wolthat gethan haben, dagegen wir ihnen danckbarkeit schuldig sein. Darumb bitt ich vnterthenigklich neben ihm E. C. G. wollen sich gegen ihm als eynem Gottfurchtigen, wolgelarten frembden Man, genediglich erzeygen. Das wird Gott ohne zweyffel belohnen, der Christlichen Regenten segen kirche die ihm elend ist, vnnd exules Confessores so offt befohlen hatt. Derselbige Allmechtige Gott Vater vnsers Heylandes Jesu Christi, wolle E. C. G. allzeit bewaren vnd regiern. Datum Zerbst. 25 Martij. 1547.

Phil. Mel.

91. Georgio pr. Anhalt.

edita } Ill^me & R^me Princeps. Apud Ezechielem iubet deus angelum percutientem principes & populum parcere iis qui gemunt propter profanationes. Parcet igitur deus nunc quoque aliquibus qui etiamsi opem ferre Ecclesiae non possunt, gemitu tamen ostendunt affectionem suam & bonam voluntatem erga Ecclesiam. Inter tales utinam & nos servemur.

Ideo

Ideo C. V. hunc [illegible] Ecclesiae nostrae commendo: doctum virum & utilem servientem Ecclesijs. Offeret C. V. textum interrogationum praecipuarum examinis: quaeso ut C V in illum pauperi pio & docto declarare liberalitatem suam. Etsi autem tempora sunt difficilia, tamen non negligendi sunt pauperes. B. Valete. die natali filij Dei.

Phil. Mel.

Alberto Marchioni duci Prussiae.

Gottes genad durch seynen eingebornen Son Jesum Christum unsern Heyland zuvorn. Durchleuchtiger hochgeborner, gnedigr Furst unnd Herr: Wiewoll die werlt leyder hie und hie zum ende nicht allein dschwächer, sonder auch unchristlicher wird: so sollen doch wir die wir gewisslich glauben, dz ein ewig gottlich wesen sey, dz alles geschaffen unnd ihm ein ewige kirche im Menschlichen geschlecht umb seynes Sohns Jesu Christi willen, durch sein Evangelium alzeit samlet, wie solchs offenbar war ist, festiglich schliessen dz wir die wir dz Evangelium lernen, lieben unnd pflantzen, gewisslich Gottes kirche sinnd, wie dz der Sohn Gottes gesprochen hat: Wer mich liebet der wird mein wort bewahren, Das ist meyne lehre

threulich

threwlich erhalten helffen, vnnd mein vater wird ihn lieben, vnd
wir werden zu ihm kommen vnnd wonung bey ihm machen.
Dieser trost soll alzeit vnnd ewiglich in vnserm hertzen leuchten
vnnd brinnen dz wir wissen, dz vnns Gott genedig sein vnd
erhören vnnd vns helffen wolle. Darumb ob gleich itzunde
grosse geferligkeit vnnd anfechtung vor augen ist, so wollen doch
E. F. G sich zu diesem trost halten vnnd nicht zweifeln
Gott wird vnns nicht versincken lassen. Vnnd dieweil wir
diesen brieff am hohen fest geschriben, daran die gedechtnus
d wunderbarlichen geburt vnsers heylandes Jesu Christi
gehalten wirdt, welcher tag jherlich der anfang ist des
newen Jhars: So bitten wir denselben vnsern Heylandt
Jesum Christum, d warhafftiglich Gottes Sohn ist vnd gesprochen
hatt, Ich will bey euch bleyben biss zum ende d welt, Er
wolle E F G, vnnd seyner kirchen in E. F. G fürsten
thumb vnnd Landen ein friedlich selig newes Jhar geben,
vnnd wolle E. F. G schutzen vnnd bewahren wieder alle
feinde, Den er ist gewisslich der Herr der wieder den
Teuffel vnnd alle feind des Evangelij dz geringe heufflein
verlassene bewahrt dz Gott in rechter erkentnuss anruf-
fet wie er spricht, Nemo rapiet oves meas de manib. meis.
Wir hoffen auch er werde dem Kayser nicht gestatten
die

aufrichtung der Abgotterey auszufhüren. Vnnd wiewoll grosse list vnnd grosse gewalt verursacht worden, so haben wir doch diese Regel: Was aus Gott ist, wird nicht vertilget: vnnd daran wollen wir E. F. G. zu and[er] zeit weyter zuschreyben. Es haben vnns aber E. F. G. eine schreckliche misshandlung Ambrosij zugeschriben, welchen wir E. F. G. vnterthäniglich commendirt haben. Nu wollen wir von vnser Commendation nicht schreyben, wiewoll wir die zeit keyne vntugend von ihme erfharen: Aber nach dem er iczund dem Teuffel so weit raum geben, können vnnd wollen wir auch nit raten, dz er ohne straff solte ledig gelassen werden. Die eygne that ist offentlich die ehr ir selbs eine straffe verdienet hatt. Von d[er] potion ist die sach sehr verdechtig ob er gleich sich entschuldigen will. Es sey aber damitt wie es ist so ist doch die notturfft eyne zimliche hohe straffe ihm zu besserung vnnd andern zum exempel zu üben. So fern aber bitten wir vnterthäniglich, E. F. G. wollen genediglich des lebens schonen vnnd gedachten Ambrosium mit ewiger verweysung nicht mit dem tod straffen. Diese straffe wird ihm mit Gottes gnaden zur bekherung vnnd besserung vrsach geben. Diese vnser vnter-

thenige

thenige torbiet ewlle C. F. G. genedigklich vernehmen. Der Almechtige ewige Gott, vater unsers Heylandts Jesu Christi wolle C. F. G. alzeit genedigklich regiren, schutzen und bewahren. Datum Wittenberg am Hohen fest daran man die gedechtnus der wunderbarlichen geburt unsers herren Jesu Christi helt. Anno 1548.

Phil. Mel.

N° XI.

Nequ ed. S. D. Reverende domine: Non dubito te virum sapientia & virtute praestantem & in hoc fastigio aetate collocatum saepe & horum temporum calamitates & causas fontes ac causas deplorare. Etsi autem salutarem medicinam seu fata ultimae senectae mundi seu cupiditates aliquorum impediant: tamen interea bonos viros decet vel gemitu ostendere quid probent, & remp. quantulum quisque suo loco potest, sapienter iuvare. Quod cum te facere multi sciant, nos quoque quamquam procul absumus, tamen de te saepe cogitamus & animi tui nota intuemur & virtutem praedicamus. Saepe etiam illud Homericum recitamus: τοῖς δὲ δενα ... Cum igitur Petrus Perusinus in Germania in qua non multis gentibus ... undique bella accensa sunt, manere diutius non potest, in Galliam proficisci constituit, eamque ob causam literas ad te flagitavit, ut ostendere posset exilii causas & testimonium de suis moribus.

moribus. Existimo propter tuam liberalitatem multos ad te confugere. Sed in ea turba ut huic etiam Pannonio aliquem tribuas locum te oro. Comperi enim eum esse virum honestum, intelligentem, amantem piorum studiorum propter quae literatorum congressus in gentibus tam procul dissitis appetivit. Ego etsi in hoc communi incendio Germaniae magno in periculo sum: tamen iis me consolationibus sustento quas Deus Ecclesiae suae tradidit, ac spero filium Dei gubernaturum suam in qua & sum & manebo sodales hic fluctib. servaturum esse. Bene vale. 7 Martij 1547.

Φ. M

N N

S. D. M. Simon Wolfius vir doctus est & vera pietate Deum colit & nunc conflictatur inopia. Cum autem in vicinis Ecclesiis quas nunc inspici a te audio, existimem talis viri usum esse posse, magnopere te oro, ut & propter filium Dei & propter Ecclesiam eum complectaris & iuves & eum alicui Ecclesiae praeficias. Quam in re ut mea etiam causa magis annitaris te oro. Fruamque nostrum gregem quantum possimus quod si faciamus Deus etiam nobis aderit & nostros coetus defendet, sicut coetus suos mirabiliter defendit. Dies ... 25 Martij quo ante annos 5509 Adam conditus ..., & cum Christum redemptor ... morte, & postea eadem

Non ed.

eodem die conceptus e filius dei post annos 3961. Davidis eodem die post annos 33 in cruce victima pro nobis factus est. Cum tantis beneficijs Deus nos affecerit, merito ei gratias agamus. Bene vale

Ph. Mel.

Antonio Musae, docenti Evangelium in Ecclesia Mersburgensi.

Non ed. S. D. Reverende dne Antoni. Illustriss. & R. pr. Georgius voluit indicari aliquos idoneos ad Evangelij ministerium. Cum igitur intellexissem hunc Valentinum, gubernatorem scholae vestrae doctum & gravem virum Ecclesiae Dei in templis servire velle, dedi ei literas ad Illust. pr. & ad vos. Aetas eius, eruditio, & morum gravitas conveniunt sanctissimo ministerio. Hactenus in scholis grammaticis bonam navavit operam: Ideo timidius accessit ad concionandum, sed usus eum erudiet & ei animum addet. Deus gubernet eum & restituat Ecclesijs tranquillitatem. Mitto tibi catalogum recens apud nos editum. Quid aliud facere nunc possumus quam quod ait rex Iosaphat: Cum nesciamus quid sit agendum, Eius oculi ad te respiciunt. B. & f. Vale.

N. N.

Non ed. R. & Cl. viri, sapientia & virtute praestantes. Scio singulari consilio & beneficio Dei in maritimis urbib. Ecclesias collectas esse, ut ad posteros necessaria de filio Dei doctrina propagari possit. Nam in principum regionib. melius aliquanto post cum caeteris similia ornamenta

ornamenta, cum etiam vocem Filij interituram esse, & propter
ipsorum principum tumultus & per Turcicas populationes, quae peri-
cula cum gemens deploro, simul deo gratias ago quod Deus lucem &
semen sanctum Ecclesiae in urbib. maiorib. servat, eumque oro
ut illa domicilia virtutis servet. Ac vestrae civitati hanc
laudem pietatis gratulor quod in fovendis literarum studijs pub-
lice & privatim plerasque alias vincit: Et quo officio Deum oro
ut vobis vicissim benefaciat, sicut scriptum est: Cum dederi-
tis vel potum aquae uni ex minimis propter Dominum habebit mercedem.
Exposuit autem vir honestus & doctus M. Iohannes Velius
nunc vos deliberare de stipendio legato in testamento viri
honesti M. Langwadels; Id stipendium reverenter orat sibi
attribui, ut sumptus inde annis aliquot in Academia habere
possit, ubi diutius audire doctrinae coelestis explicationem cupit
in eo praesertim loco, ubi doctores sunt non tyrones sed longo
iam usu confirmati. Vetus querela est apud Basilium &
Nazianz.: subito natos Theologos & qui alios doctores & senes
non audiverunt, cursi ad docendam Ecclesiam, atque hinc
saepe oriri dissidia in Ecclesia. Adiuvanda igitur sunt bona
ingenia ut recte & diu erudiantur. Est autem vir mo-
destus Velius & cum ingenio valeat & excultus sit eruditione
Ecclesiae prodesse poterit

proficere poterit, ac seminarium sit Ecclesiae nostrae promittit. Cete-
ros oro ut huic Valis stipendium illud de quo deliberatis concedatis.
Pater magna fide civium nostrorum liberos erudijt: Etiam eius filio
ministrum nos benefacere honestissimum est, praesertim cum spes eruditio-
nem & bonos mores usui futurum sit reip. Initio urbis nostrae tem-
pore Caroli Magni Augustinus & eius auditores multi in vicinia ad-
huc ignorante nomen Christi late sparserunt Ecclesias: Ita opto ut
nunc quoque nostra urbs domicilium sit doctrinae & vicinas Ecclesias
erudiat. Bene Vale. 18 Novemb. quo ante annum hostilis
exercitus primum ad Witebergae moenia accessit, obsidionem terri-
biliter deminatus ac deditionem postulavit: Inter quae pericula
Deus tamen Ecclesiam & oppidum clementer servavit. Oremus
autem ipsum Deum aeternum patrem d. n. I. C. ut nos & urbem
& Ecclesiam nostram, & harum regionum Ecclesias clementer protegat
& regat. Vale Witebergae. anno 1547.

D. Jonae

Vd. S. D. Multa in hoc itinere cum iam solus essem, & recrudesceret
dolor, cogitavi de nostris miserijs, de Ecclesia & studiorum guberna-
tione, de orbitate mea: quod in cogitatione haec me vox Filij Dei
sustentavit: οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς. Petamus igitur ab ipso
defensionem & gubernationem: Deinde nos quoque coniungamus & fo-
veamus nostrum coetum, quantum possumus, nec dilaceremus ipsi
factionibus Ecclesias & nostra agmina. Et nos quidem qui
superiorem

superiorem gradum in Eccl[es]ia tenebis [?], deinde praesidio esse scholis:
ideo tibi hunc Adamum Siberum doctum & gravem virum Commen-
do tuendum. Bene vale. Calendis Martij 1546.

Phil. Mel.

Ill[ustrissi]mo Pr. Borussiae.

Gottes genad durch seynen eingebornen Sohn Jesum Christum
unsern Heyland zuvorn, Durchleuchtiger Hochgeborner, ge-
nediger Furst unnd Herr. Nach dem E. F. G. auff unsere
unterthenige ansuchung Georgium Sabinum genediglich zur
dinste angenommen: dancken wir E. F. G. in unterthenig-
keit, unnd biten gott den vater unsers Heylandes Jesu
Christi, das er seyne genade, segen unnd heyligen geist, zur
pflantzung, erhaltung unnd ausbreiten der studien geben
wolle, das er erkant und mit rechter lehr anruffung
unnd rechtem gehorsam von vielen menschen gepreiset und
geehret werde. Den dieses ist ia das hochste werck, das
wir furnemlich fur dern [?] sollen. Unnd dieweyl nu
gemeldter Sabinus sich mit seynem weyb, kindlin unnd
gerath erhoben zur E. F. G. zu ziehen: biten wir abermall
E. F. G. wollen In Iren genediglich lassen bevholen sein: dan
wir hoffen sein arbeit unnd fleys werd zu [?] der Jugent [?]
ersprißlig sein

geschicklichait hatt, werde die angefangenen schulen ehrlich

sein, also dz sie durch ihren etwas Cantzler bekand werde, und

auch der jugend nützlich, den es ist mercklich und gross dran gelegen

dz die Jugendt zue rechter naturlicher artt latein zueschreyben

gewehnet werde: sonderlich in diesen eussersten landen, da die la

teinische sprache durch die polen sehr verterbet. Nu kan Georgius

Sabinus zue rechtem reden und schreyben nutzlich dienen. Darumb

wollen ihn E. F. G. genediglich annehmen, und als ein unter

thenigsten diener ihr genediglich lassen befholen sein. E. F. G. sehen

selb dz bestendig in diesen schweren zeyt kirchen und schulper

sonen gnedigen schutz von den Regenten bedurffen, darumb will

ich E. f. g. alss ein weysen loblichen fursten bitten, sie wollen

Gott zue lob, wie sie bisher gethan, kirchen und schulen und

ihrer nutzliche diener, so darin arbeyten, zu erhaltung heilsa

mer lehr, genediglich handhaben, und was wir E. f. g. in

unterthenigkeit dienen konnen, dazue sind wir willig und

bereit. Datum Leypzig. 12 Juny 1544.

Ad eundem.

N. un. D. Illustriss. princeps, Dne clementissime. Ubi fuit D. Stanislao

Lituano honos & gradus qui ei decretus est in hac Academia, satis

testimonij erat apud C. V.: tamen quia etiam literas meas speravit

aditum sibi ad C. V. faciliores esse, ad publicum testimonium bonae eptim

addidi

addidi, ac C. V. oro ut usitata erga bonos & doctos viros qui Eccle-
siae Dei utiliter serviunt, clementia & benignitate hunc doctorem Sta-
nislaum etiam complectatur. Audivi enim publice, cum & D. Luthero
& caeteris admodum placuit explicans disputationem de qua disserebat.
Sed multo saepius privatim cum eo collocutus sum de plerisque par-
tibus doctrinae christianae. Vidi & scripta eius & comperi eum & recte sen-
tire de doctrina Ecclesiae & in docendo posse dextre eloqui cogitata:
& mores sunt honesti & pij. Meum consilium fuit ut Doctoris
titulo ornaretur, ut in Academia Regiomontana & ipse gradus
alijs decernere possit. Cum igitur sperem eum Academiae mag-
no usui & ornamento fore C. V.ae eum diligenter commendo
& Deum oro ut studia doctrinae coelestis in Academia vestra fe-
liciter crescat & floreat, & optimam voluntatem C. V. in
Ecclesijs ornandis & propagandis literis adiuvet, & ne calami-
[illegible] [illegible]. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis propter
templum sanctum tuum & propter Ecclesiae tuae utilitatem. Deus pater
D. nostri I. C. custos Ecclesiae tuae & politiarum quae praebent hospitia
Ecclesijs, servet C. V. incolumem & gubernet eam semper. 1545.

Cuidam amico :

Doctori Hellero pro Casparo Beir.

Spero meos mores, V. Cl.me, tibi notos esse: etiamsi non sum
durus nimis: tamen adolescentum cupiditatibus non libenter morem gero.

Sed est

Sed est huius rei quidam modus. Caspar filius sororis tuae te ut patrem colit ac observat, & in studijs satis bene procedit. Nunc de tuo & patris consilio cupit uxorem ducere. Abhorret, ut video, cum satis modestum esse, a vagis libidinibus: Amat autem filiam D. Christiani Sybillam honestam & modestam puellam, ac sentio mutuum esse amorem: nihil enim volui ad te scribere nisi prius explorata voluntate puellae, praesertim cum sim tutor. Familia tibi nota est. De puella hoc certum est, moribus eam honestis & placidis praeditam esse. Scio te gravitate & sanctitate consilij & prudentia excellere: ideo nihil tibi praescribo. Fortassis etiam minus decet me tutorem utriusque causam agere. Sed fretus humanitate tua haec scripsi, teque oro ut hanc ipsam humanitatem tuam, quam cognovi in te egregiam esse, ut solet eminere in bonis naturis, in consilium in hac deliberatione adhibeas. Multum ad vitam recte & placide agendam refert convenire in hanc societatem sanctissimam eos qui honesto & nativo ut ita dicam, amore inter se devincti sunt. Naturales στοργαὶ perpetuam benevolentiam efficiunt & retinent. De dote opinor Casparum ad patrem scripsisse. Nam hereditas fixa, ut in hoc oppido, non contemnenda. Puella amplius mille aureis possidet. Sed totam rem deliberationi ac arbitrio tuo ac patris Caspari permitto, teque magnopere rogo, ut haec mea boni consulas. Bene vale. Die natali Mariae Virginis.

D. Stephano Vilthero: Medicinae Doc-
tori S.

Clarus & eximie d. doctor. Cum ex conventu Wormatiensi
domum redijssem, intellexi & te vivere in coniugio domestico & pie
amare: & filiam tuam puellam ingenio pudicissimo praeditam, ac
domestica disciplina ad optimos mores institutam, promissam esse
adolescenti Christiano Beyer, cui a patre tutor cum aliis gestum
datus sum. Itaque cum piis consiliis bene precari debeamus
opto ex animo, ut Deus pater d. n. I. C. conditor omnium rerum
& tuo coniugio faveat, et adiuvet ac gubernet filiam & ge-
nerum. Est quaedam pietas intelligere quale munus Dei sit
et sanctum officium in hominibus haec admiranda societas, qua
Deus humanum genus vitae se coniunxit & conservat, ut
inde nos contra immortales dolores, heredes vitae aeternae: Ideo
decet nos omnes bene precari huic vitae generi. Exposuit ante
mihi Christianus Beyer sibi expetenti coniugium filiae tuae
spem desponsandae eius factam esse, meque rogavit ut te hortarer tuto=
res, ne ipsius voluntati adversarentur. Addebat causas
sui consilij: quod maritus tranquilla consuetudine vivere mecum
cum domestica coniuge, cuius probat naturam & mores. Petivit etiam
ut literis tutor tibi significarem me non refragari ipsi.
Memini adolescentem mihi a parentibus diligenter commen-
dari

Non ed.

dari & animadverti bono ingenio & honestis moribus prae-
ditum esse. Quare ei optime volo, cumque affirmet se expe-
tere tuam filiam, & attentior sit eam durat, & te rogo, ut si
est mutua benevolentia inter ipsum & filiam tuam utrinque, volun-
tati morem geras. Singulare Dei donum est convenire natu-
ras inter se concordes & amicas: ut tu pro tua eruditione & pruden-
tia, quotidie cum quotidie in tua gubernatione versaris, maxime
iudicare potes. Video quae sit aetas adolescentis, sed tamen
honesto amori non volo repugnare, & adolescentem ipsum dili-
genter commonefaciam ut cogitet se sanctum vitae genus in-
gredi; in quo & Deo & coniugi constantiam in amore &
ceteris honestis officiis debeat. Hic coniugalis amor esse
debet imago amoris quo filius Dei coetum complectitur, & quam
grandes ille agones sustinuit? Admonui igitur eum dili-
genter: [illegible] domo non separet. Hoc nomine
sese ad fidem & benevolentiam perpetuam obligatum esse
suamque & coniugi & tibi pollicetur, quem more parentis cole-
re & observare constituit. Hoc nunc simile promiserit, pre-
cor Deum conditorem omnium rerum, ut vestra consilia & eventum
gubernet. Bene vale. 4 februar. 1541. Philipp. Mel.

"qs sint humana
oia caduca"

Ad Mathesium.

Cum

Non ed.

Venerande Mulsheti. Cum hic iuvenis auditor Eutychius Molitor natus in valle Ioachimica istuc iturus esset, a me lectis petivit ut ad te de suis studijs & morib. testimonium adferret. Nam tua autoritate commendari se mallet iudico cupit. Ingenio bono & modesto eum esse collegam Marcellus affirmat, & initia philosophiae studiose didicit & in utraq. lingua latina & graeca bene pro-fecit. Quare ornari eum apud maiorem tua nunc volo. Talia enim ingenia sunt posteritatem fovenda & promovenda sunt. Meam filiam Annam scito in Prussia pie mortuam esse, ac signa verae pietatis in ea erga Deum & erga maritum illustria moriens percepisse. Bene vale Philippus

Clariss. Viro, eruditione & virtute praestanti
d. Georgio Sabino, genero suo carissimo.

non ed.

S. Dei beneficio recte valent filiae, quas ut Deus servet & gubernet toto eum pectore oro. De ceteris nostris rebus scribere non libet. Nam audivisse te iam arbitror amisisse nos duos collegas quorum alter linguae Ebr. studia multum adiuvit, alter in adolescentia regenda fides & gravitas eximia fuit. Existimo & famam ad nos pervenisse de pastoribus Ecclesiarum qui huc accesserunt ut sedarent Flacianos clamores. Ostendi me cupidum esse pacis quod ex silentio meo apparet.

Sed

Sed illius sycophantias uelle tollere est hydrae capita praecidere. Delec-
tetur sane hoc ludo suo. Ego non sum rudis tyro in ferendis sycophan-
tiis: ἄξει δ' εἰς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος. Ferinarium nostrum
ut amanter excipias te oro. Nam et te amat et tua scripta miratur.
Et cum ualeat ingenio, optimis moribus et eximio candore animi
ornat eruditionem. Bene vale. Non. februarij

Philippus Melanthon.

Reuerendo viro, eruditione et uirtute praestanti, domino
Ioachimo Morlin, doctori Theologiae, Episcopo fideli
Ecclesiae Dei in urbe Gottinga, amico suo.

Non. ed. S. Semper animos nostros oportuit paratos esse ad excipienda
ea pericula, quae plerumque Euangelij instaurationem comitantur. Ideo
nunc cum bellum Antiochi aduersus nostras Ecclesias motum est, non ut
in re non praeuisa prorsus consternati succumbamus, sed erigamus nos
ijs consolationibus quas nobis Deus proposuit. Scimus doctrinam quam
sonant Ecclesiae nostrae uocem Dej esse. Haec non est deserenda aut abij-
cienda. Feramus igitur aduersa et nostri fortes in Ecclesijs nostris ut
aduersus Antiochum praelientur. Et quamquam Carolus alias praetexit causas:
tamen praecipue hoc agit ut deleat Evangelium et stabiliat idola: ideo sua
est defendere huius Ecclesias. Oremus autem deum aeternum patrem Do-
mini nostri Iesu Christi, ut nos defendat ipse et gubernet nos. Bene
Vale. Calend. Iuly. A° XLVI. Philippus.

Rdo viro eruditione & virtute praestanti D. Bartholomaeo Fracio, pastori Ecclesiae Dei in oppido Lusaliae Sommerfeldt, amico suo colendo.

Non ed.

S. D. Venerande dne pastor. Ante viginti annos ad Reverendum dnm doctorem Martinum Lutherum attulit eandem quaestionem de muta & surda Frid. Myconius pastor Gothanus de qua tu nunc interrogas. Aderant Reverendi viri Jonas, Pomeranus, Menius & Ego. Narrabat Fridericus morem illius Gothanae mutae doctos esse, & ostendere eam gestu se cogitare de Deo & de vita aeterna, habere in manibus libellum in quo sint picturae Creationis, nativitatis & passionis Christi & iudicij Dei. Iudicabat Lutherus omnino illam mutam ad Coenam Dni admittendam esse. Haec historia multis qui adhuc vivunt, nota est. Et assentior huic sententiae. Pertinet ad hos quoque promissio gratiae, ut non dubium est, quin & membra Ecclesiae tales esse sinamus & confiteamus, praesertim cum honestate morum ostendat fidem. Haec afflictis addenda & afflictio sed retinenda Regula: Calamum quassatum non confringet. Pertinet promissio ad infantes: Ideo statuimus eos ad Baptismum admittendos esse. Et Christum tenemus: Ego vos elegi hos & non carnem. Plus consilij est in mutis & in surdis. Ideo cum signa sunt pie tales non excludantur ex Ecclesia. Bene & feliciter vale. die 2 Maij. 1557

Philippus Melanthon.

Clarissimo viro, egregia eruditione & vir-
tute predito M. Joanni Gigãti, gubernanti
studia literarum & pietatis in monte
Mariano, amico suo.

Non ed. S. D. Doctissime & carissime Gigas. Pro tuo carmine ele-
ganti, suavi, pio & erudito vicissim mitto Stigelij elegiam de
Eclipsi proxime conspecta, quam scio te libenter lecturum esse.
Nam qui meum hypomnema quod misi pastori postulanti de Ange-
lis utcunq. conscri[ptum] laudas, agnosco candorem tuum summum &
benevolentiam erga me tuam. Scis me vel adolescentum causa
utcunq. interdum versiculos scribere, vel dum sedeo in curru ut
abducam animum a cogitatione malarum rerum, & ut Horatius
inquit, ut minuantur atrae carmina curae. Scis venam meam
aridam & horridam esse, Et me fatum meum ad alia studia
traxit, quod utinam gubernet & adiuvet Deus. Bene vale. 13
Febr. quo ante annos 1714 ingenti praelio Maccabeus vicit Nica-
norem ducem impium & superbum. Ut igitur Deus hunc Ecclesiam
& pia studia mirabiliter defendit: Ita eum oremus ut nunc ec-
tueatur. Judico et te maius operae precium facturum & plus pro-
futurum Ecclesiae si manseris in monte Mariano quam si in solitu-
dinem Bortensem migraris. Philippus Melanthon.

Venerando Viro, eruditione & virtute praedito D.
Andreae a Berg pastori Ecclesiae in urbe Sagana

S. D. Venerande vir & carissime frater. Filius Dei, dominus noster Jesus Christus alicubi tribuit hospitium & Ecclesiae suae & pijs pastoribus. Etiam Nazianzenus Bisantij docuit in exiguo sacello exclusus a templo quod ibi maius & Episcopus attributum erat. Si Monachi vestri te expulerint ad nos redeas, quia spero Deum in his regionibus servaturum esse veras Ecclesiae reliquias, cum videamus tot iam annos mirabiliter hic servatas esse adversus fanaticorum rabiem & arma inimicorum. De Bonaventura oro filium Dei, Dominum nostrum Jesum Christum crucifixum pro nobis & resuscitatum ut sanet eum. Magno enim dolore tuam narrationem ego & alij legimus. Mitto tibi & Senatori capita disputationis proximae, de quibus flagito tuum iudicium. Vicini nostri in Turingia novam Synodum convocant ut sua decreta Stoicam exasperent. Bene vale & rescribe. die 14 Decemb. 1559.

Philippus Mel.

Non ed.

Cl. viro, eruditione & virtute praestanti, Micaelo Neandro Soraviensi docenti & linguas latinam & graecam, & κατήχησιν christianam in Collegio Ilfeldensi, amico suo.

S. D. Doctiss. Neander, Cum certissimum sit Ecclesiam aeternam voce doctrinae & non aliter colligi, non dubium est Deum defensurum esse

Non ed.

esse fideliter docentium & discentium agmina, Et meministi Pauli vocem, Non erit labor noster inanis in Domino. Hac nos consolatione sustentemus contra literarum hostes, qui multi & dissimiles Ecclesiae sunt. Alij superstitione fucum populo faciunt, Alij palam frenos disciplinae oderunt. Sed omitto enumerationem. Scio aulam nostram velle conservari vestram Scholam, Spero et autoritatem aulae meae apud vicinos vestros profuturam esse, Eaq. de re cum nostris loquar.

Interpretatio ex Graeco mihi placet, Sed typothetae addenda erunt longiores explicationes. Bene vale. die Augusti 15.

Philipp. Melanthon.

Venerando viro eruditione & virtute constanti
D. Jacobo Fervnario pastori Eccle Dei in oppido
Silesiae Novoforo, fratri suo carissimo.

Non ed. S D. Venerande vir & cariss. frater. Numeri sunt greci ponte, Sed sententia divinitus tradita est Generi sacerdotum bene licet ἐυσεβέων παίδεσσι τὰ λῷϊα, δυσσεβέων δ᾽ οὔ. Cum igitur pie servias Deo, in docenda Ecclesia, erit & familia tua Deo curae qui filium tuum multis egregijs dotibus ornavit. At Deum oro ut nostras familias gubernet ac protegat & eis det Ecclesias recte constitutas & honesta hospitia. Ubi potero benefacere tuo filio, non deerunt ei mea officia. Tibi quoq. hunc amicum virum Virum optim: &

& recte iudicantem. Abelum commendo, quem spero & in ministerio
Esthro fidelem fore, & in tuenda Ecclesiae vestrae concordia firmum.
Scripsissem & ad senatum oppidi vestri, si tempus concessum esset.
Bene & feliciter vale. Die Decembris quinto. 1558.

Philippus Melanthon.

Doctissimo viro Johanni ferinario, amico
suo carissimo

Non ed.

S. D. Maxime decet Musas canere Deum, cuius opus & donum
sunt. Spero igr te nobis Jerotkia filij Dei composuisse, quae ut
iam adferas valde te oro, quia typographo carmen dandum est.
Bene vale & responde, aut iam adfer carmen quod malim.

Philippus.

Ad Marchionem Electorem
Joachimum &c.

Gottes genade durch seynen eingebornen Son Jesum Christum
unsern heyland unnd warhafftigen helffer zuvor. Durch-
leuchtigster hochgeborner Churfurst genediger Herr, von E. Cf. G.
hab ich newlich ein schreyben empfangen, darin eur Churf. G.
mir des wirdigen herrn Georgij Buchholtzers sohn genedig-
lich befholen. Darauff erbiett ich mich in unterthenigkeit
auff sie auch ein besonders auffsehen zu haben, Ich habe
auch

auch dem Eltern neulich noch Arbeit fürgeben, den andern wolt
ich gern zur Philosophia treiben, denn welche ordentlich in Philo
sophia studieren, werden auch sonst ordentlicher und sittiger,
und nicht ungehaltene Schwetzer. Und so viel belanget,
E. Cf. G. izige schrifft vom Jungen Tempelhoff, will ich auch
treulich helffen, das es woll bestellet werde, und nemlich
bey dem Mgro von Eisfeld bey welchem des Ehrenvesten und
gestrengen Herrn Eustachy Son ist, d die Jugent zugleich
in lingua latina und in principijs lrūs underweiset, oder
wie ich seyne gelegenheit schon werde. In meynem
Häußlin ist nicht so viel raumes, das iemand sonst den
meyn gesindt darin wonung haben möge, Ich will aber
gerne ein besonder aufsehen haben auff Ihnen ob er gleich
eynem andern befholen wirdt, wie Ich ihm vil nützlicher
achte" das er bey mir woche. E. Cf. G. thun löblich das

"den"

sie der armen Jugendt studia genediglich helffen fordern.
Ich besorg es werde nicht lang noch diesen Zeyten grosse blind
heit und barbarey folgen. E. Cf. G. haben noch durch
Gottes genade viel wolgelarter Gottfürchtiger pastores. So
aber die studia fallen wurden, so wurden sehr ungelarte
leute hernach an Ihre stadt kommen. Der Allmech
tige Gott, vater unsers Herrn Jesu Christi, wolle E.

E. f. G. vnnd diese lande genediglich bewaren vnnd re-
giren. Datum 29 Octob. 1549.

E. f. G.

vntertheniger diener

Philippus Mel.

An Ehrnvesten vnnd Gestrengen herrn Planckenfeldt zu Berlin, meynem günstigen herrn vnndt freundt.

Gottis genade durch seynen eingebornen son J. C. vnsern heyland vnnd warhafftigen helffer, vnnd ein künfftig new frölich Jhar zuvorn, Ehrnvester, gestrenger ~~herr~~ vnd günstiger herr: fur den gesandten wein vnnd von wegen ewres guten willen gegen mir danck ich Ewer Ehrnvest, vnnd bitt Gott er wolle euch vnnd die Ewren genediglich bewaren. Gestern hab ich schrifft bekomen, dz d. König in Frankreich von den Suitzern vber den gesandten hauffen d. gegen Rom dem Babst zur hulff gesand ist, noch acht tausend Schweizer begheret, die er fürgibt In Pedemont zu senden, vnnd ist zu besorgen dz Teutsch landt von Orient vom Türken, von occident auss Frankreich anfechtung haben werdet. D. Almechtige son Gottes Jesus Christus d. gewiss hm eine kirche in dem menschlichen

lichen geschlecht durchs Evangelium samlet vnnd helt, wolle
vnns genediglich helffen, der wolle auch Euer Ehrwerst vnd
die Ewren alzeit bewaren. Datum 27 Novemb. 1556.

Euer Ehrwerst
williger Philippus Melanthon.

Honesto & Erudito Abrahamo Buchholtzer
amico suo in oppido Lysicae Grunenberg.

Non ed. S D. Carissime Abrahame. Scio te meminisse dulcissimum versum
quem saepe recito: ἔστιν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχειν φύσιν. Cum
igitur sciam te & honestum esse & nostra amicitia delectatum esse,
spero te nostri non oblitum esse, nec te naturam aliam induisse.
Eo magis silentium tuum miror, quod profecto reprehendo. Scri
bes igitur deinceps ad me quoties habebis idoneos tabellarios. quod
ut facias mitto tibi pagellas quarum textus argumenta tibi suppe
ditare potest. Ante triduum a patre literas et [illegible] quaestio
nes accepi. Bene Vale & rescribe. Die XVI Novemb. 1556.

Philippus.

S D. Omnibus lecturis has literas.

// Εὐσεβέαν ~~ποιδέασι~~ τὰ λαΐα, δυσσεβέαν δ' οὔ: quo in versu
Homeri sunt graeci poëtae, sed sententia alibi divinitus tradita
est

est. Generi rectorum benedicetur. Est autem pastor Ecclesiae Dei in
inclyta urbe Berlino, Georgius Buchholzerus vir doctus & honestus
qui multos annos pie & fideliter ibi Evangelium docuit, qui etiam hac in
re pietatem suam ostendit, quod filios erudivit, ut servire Ecclesiae Dei
possent. Et Deus studia filiorum provexit. Scripsit filius natu max.
carmen eleganter, & quidem veram extruxit in celebrando filio Dei,
postea & in ministerio Evangelii pie servivit, nec dubitavit in hac
vita pericula adire dum alios vore Evangelii erigit, multis etiam
opitulatur felici medicatione. Alter hic filius Abrahamus propter
Corporis imbecillitatem maluit adolescentiam in Schola erudire,
quam ad rem se cognitione linguae latinae graecae & Ebreae instruxit.
Ad hoc studium adiunxit dialecticam, initia philosophiae & doctrinam
Ecclesiae Dei, de qua puritatem Evangelii amplectitur quam nostra Ecclesia
uno spiritu & una voce cum Ecclesia Catholica Dei profitetur. Ac
pietatem animi hic Abraham declarat vera Invocatione Dei in
agnitione & fiducia filij Dei, domini nostri Iesu Christi. Et non tan-
tum sua diligentia mores honeste regit, sed etiam lucet in eo noti-
tia Dei a filio dei accensa, & sunt in eo virtutes à SS. inchoatae.
Talis cum sit, Deo iuvante, erit usui Ecclesiae. Quare omnes bo-
nestos viros oro ut hunc Abrahamum pij pastoris filium
&

& recte eruditum, & honestis moribus ornatum, amanter complectantur & tueantur. Oro autem filium Dei ut totum uitae ipsius cursum guber net, & faciat eum σκεῦος ἐκλεκτὸν & organon salutare suae animae & alijs. Datae. die Conuersionis Pauli. Anno 1556.

Philippus Melanthon manu ppria.

Clariss. viro, eruditione & virtute pstanti D. Iohanni Agricolae Islebio, gubernanti Ecclesiam Dei in Marchia, amico suo ueteri & carissimo.

H. ou. e.

S. D. Scio uoluntatem Illustrissimi Marchionis Electoris piam, & erga Remp. ac patriam optimam esse, & Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro ut eum regat, gubernet & seruet, iux ta promissionem, Beati pacifici quia filij Dei uocabuntur. ac liben ter ad eum accurrerem, sed retineor operis aulicis. Scribo delibera tionem nostrorum de pace Ecclesiarum, ac decreui ad uoterem meam sententiam quam saepe commemoraui. Tota πολιτεία Episcoporum maneat integra, teneant Episcopi ἀξιώματα & facultates, nos eis pareamus. Sed incipiant & ipsi doctrinam Euangelij aeternam & immutabilem amplecti. Hoc consilium adhuc quidem placere nostris intelligo. Nec sum nec ero autor immo derata sententiae, nec corruptelas doctrinae stabiliam. Utinam

principes ipsi inter sese amanter & sine animorum commotione colloqui possent. Hoc praecipue decebat illum summum gradum, in consilijs maximarum rerum, ingenue, amanter conferre cogitationes ad communem salutem. Res Pannonicas tibi notiores esse quam mihi. Sed tamen significandum tibi duxi, heri me literas accepisse in quibus significatur, ex Italia Persicum Regem movere ingens bellum adversus Turcicum Tyrannum. ac spem esse fore ut in Asia Turcicus tyrannus retrahatur. Bene vale. die x April.

Philippus Mel.

EIDEM

S. D. Dedi epistolam ad te Georgio praeposito quam jam redisse istuc arbitror. Postquam hinc abijt accepimus literas in quibus fratrum initium synodi Tridentinae differri in Octobrem. Utinam quidem studerent gubernatores vere consulere paci orbis terrarum, imo Ecclesiae. Sed quid agant videmus. Oro filium Dei dominum nostrum Jesum Christum ut ipse regat Ecclesiam & obsignet suam doctrinam, ut Esaias precatur, in nobis & auditorib. nostris, ne stultis cupiditatib. effundatur. Mitto tibi pagellas simplici & amico animo, quarum lectio filio tuo fortasse non inutilis erit. formam ordinationis descripsit Georgius. Te rogo ut scribas saepius. Bene vale. Idibus Martijs

Philippus Melanthon.

Non ed.

Venerando viro eruditione & virtute praestanti, Magistro
Johanni Birnstil, in urbe Berlino, amico suo.

Non ed. S. D. Venerande vir. Etsi ratiocinabar te jam iter ad Ducem Megalburgensem suscepisse, tamen istuc meo sumptu literas Ducis Megalburgij, misi, ut si adhuc adesses, differendum esse iter scires, aut si profectus esses, honestissima coniunx tua voluntatem principis tibi quam primum significaret. Vides epistolam ducis in itinere in radicib. saltus Hercinij scriptam esse. Ideo cum princeps ad Conventum Augustanum proficiscatur, reditus eius expectandus erit. Ipse redituram se mensi Decembri aut Ianuario existimat. Sed arbitror, ut solet fieri, longiorem in conventu commorationem futuram esse. Utinam statim postquam de ea gubernatore collocuti fuimus, ad aulam Megelburgensem profectus esses, quod ut faceres te hortabar. Nec dubito quin princeps, ubi te audivisset, probaturus fuisset felicitatem ingenij & eruditionem. Bene vale & rescribe.
die 3 Novemb.

Philippus Melanthon

Studioso Iuveni Sebastiano Gubernatori
scholae Hertzbergensis.

Non ed. S. D. Nollem te initio contumaciae significationem civib. tuis praebuisse. Etsi enim ipse scio quam sit tediosum, versari inter pueros tot horas, tamen ut vides schola requirit assiduitatem. Nec putes nos feliciores esse. Ego vivus quantum sustineo laborum? Sin

aut

autem ne illa quidem οἰκονομία ac distributio operarum placebit,
quam nunc misi istuc re deliberata cum alijs, habeo iam admodum
commodam conditionem aliam. Syndicus Northusanus quaerit filio paedagogum. Is domi ipsius victurus esset & habiturus mensam &
mercedem. posset & in ludo publico aliquid praelegere quo filium deducturus est. Sed fortassis illa servitus habet aliquid incommodi,
quod in aliena familia degendum esset. duxi tamen hanc rem tibi
significandam esse si anteferres fortasse praesenti conditioni. Bene vale
& putes partem esse humanitatis non repugnare aliorum voluntati

Philippus.

Venerando viro Magistro Sebastiano Birnstil
amico suo.

S. D. filium Dei sedentem ad dextram aeterni patris & dantem — Non ed.
Ecclesiae dona toto pectore oro, ut bonum ministerium & pios doctores
ubique gubernet, ac sibi colligat & servet in his regionibus aeternam Ecclesiam
aeternam à qua vere agnoscatur invocetur & celebretur. De ordinatione
meum consilium est, ut istic in Ecclesia oppidi vestri eam petas, sed
si magis libet hic petere nostrum officium tibi non deerit. Neque
volim te sine ordinatione fungi ministerio quare de re meam sententiam
copiosius dominus Georgius exponet. Bene vale die 25
Novembris quo fuit dies Encaeniorum, quia die 25 Novembris

ante

ante annos 1709 recuperavit Macabaeus templum.

Philippus Mel.

dimidium Ioachimicum accepi, etsi mihi non fuit opus. Obsecro & obtestor te per Deum ut incipias concionari. Nam cum Deus te vocavit ad docendum, ante inchoandum aliquando conciones necesse est.

D. Wenceslao Linko, Ecclesiae Aldenburgensis
Oeconomo, suo patri.

Non ed. S. Gaudeo praefectum esse ludo literario Theodoricum: reliquum est ut & tu incites ad conternandas literas cives tuos, & adulescentem ipsum moderteris. Vides quae sit aetas. Toto caelo errat, qui putat quidquam prudenter aut ratione fieri a iuvenibus, id quod tu tali aetate vir non ignoras. Eo magis sollicitus sum de hoc iuvene. Scripsi ad ipsum, cohortatus ad modestiam, reliquaque multis verbis docere in templis. Rogas cur faciam? aetas non capax tantae rei. Proinde, si quid abs te petere mihi licet, hoc contendo acriter, ut caveas ne hic puer in templum pertrahatur. Unus satis negotij ei futurum est in schola, atque utinam totum scholae destinetis. Crede mihi non temere hoc consulo, multo usu iam expertus & quid periculi sit sacra committere iuventuti, & quantum salutis negligen. perimat qui ad literas admoveri solent. Vale. Christus te & familiam tueatur. Die Viti.

Philippus Mel.

Eruditione & virtute praestanti Magistro
Georgio Otmano συμφιλοσόφῳ & amico suo.

Non ed.

Doctissime Georgi. Non dubito te natura tua bonitate moveri ut pecuniam sinat scribis mistra illi missurus sis: sed tamen quod ea in re mei etiam rationem habere te scribis, delector amore erga me tuo, tibiq. gratiam habeo, ac inter nos perpetuam amicitiam esse volo. Honestum est nos qui virtutis doctrinam colimus, [illegible] virtutis officia inter nos colere, & amicitia coniunctos esse: id & pari publice utile erit aliquando. Illud autem te oro, ut de loco magistri, de quo scribis, magis in consilium adhibeas tuam φιλοσοφίαν ἢ ἀνει φιλοσοφίαν δυναμικήν. Scis illud Euripideum quod convenientissimum [illegible] tuae humanitati: τὰν φαύλαν ὄψιν εὐγενῶν φαίνεσθαι, ἢ δίσον ἐν βροτοῖσιν. Bene vale & nos ama. Myricum scito Brunsvigae esse & arbitror ibi tamen hyemem eum mansurum esse. Iterum vale. Cal. Sept. Philippus Mel.

Doctissimo & optimo Viro D Iohanni Naevio doctori Medicinae, amico cariss°.

Non ed.

S D. Etsi privatim nulla re magis delector quam eruditorum & bonorum virorum amicitia, tamen reip. causa etiam existimo nostri ordinis homines inter se quam coniunctissimos esse debere, ut communibus operis iuvemus studia optimarum artium, συμφέρτη δὲ ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν, ut ait Homerus. Quare & tuam benevolentiam tueri magnopere cupio, & te oro ut me D Georgio Agricolae commendes. Plurimum a vobis adiuvari possum in physicis

aternandis

adornandis. Vides enim illa Aristotelica, quae vulgo in scholis tra-
duntur nimis exilia & ieiuna esse. Si quid extaret uberius
prodesset & ad accendenda studia philosophiae & ad erudiendam
iuventutem, & illis ipsis Aristotelicis disputationib. lumen adderet.
Itaq. partem aliquam physices collegi; in qua multa mihi occur-
runt, de quib. libenter vellem vos, qb. Galenus familiarius est
notus consulere: Ideoq. si post brumam potero, ad vos expatiabor.
Scripsi ad Cellarium, qui in oppido Bricen praeest Ecclesiae, sed miror
eum nondum respondisse. Generoso comiti ages meis verbis reve-
renter gratias pro misso munere metallico. Rumores de Hun-
garica clade mitiores hic feruntur. Sed nondum habemus inte-
gram rei gestae historiam. Bene Vale. 8 Novembris

Philippus.

Iusto Ionae Theologiae
Doctori

Non ed.

S. D. Coram, ut spero, Deo iuvante de ea deliberatione colloquemur,
de qua literas ad me Brunsvigam misisti. Video utriq. longiora
exilia proposita esse, quam feremus dicente nos filio Dei, quod ideo sedeat
ad dexteram aeterni patris ut det dona hab. innocentib. ipsum.
Mihi levant moestitiam conscientia rectae voluntatis, & studium
illustrandae verae doctr.: Sed tamen ad hanc consolationem adiungo
cogitationem promissionum divinarum. Affirmat Deus se in af-
flictis

fliciis habitare: Firmis ipse Dei domicilia, gregem et custodiet. B V.

Philippus.

Ingenioso Iuveni, Johanni Sti-
gelio, amico suo

S. Pierides hedera crescentem ornate poëtam. Sic enim ordiri libuit, paululum Virgilij mutato versu. Tanta enim est suavitas tuorum versuum, ut ab ipsis Musis te ornari deceat. Tuum carmen magna cum voluptate accepi, et quod ipse delector hoc genere scripto[rum] et gloriae reipub[licae] et ecclesiae prodesse iudico. Nam sine hac exercitatione conservari studia non possunt. Ago itaque meo et publico nomine tibi gratias. Nuncius interpellat. Erit mihi curae ut principi te commendemus Franciscus et ego. Principis est virtus maxima nosse suos, inquit Martialis. Est autem noster princeps φιλόκαλος et favet ingenijs, cumque sit tanta eius humanitas, maxime cupit ingeniosorum sibi commendari velle. Tuus nuncius volebat commendari a me praefecto Wimariensi. Tu meo nomine potes suscipere negotium. Sed si meas literas illi profuturas arbitraberis, ad eum litteras libenter ad te mittam. Nunc enim non erat tantum otij. Carmen tuum sibi curabis. Bene vale die Michaëlis. 1537.

Philippus.

M. Francisco Herzenberger, profi-
tenti Medicinam

Non ed.

+ hac

Non ed. S. Nihil minus volim te suspicari, quam me offensum esse genere transmarum. Ego nec tam delicatus sum, ut respuam boni viri scriptum etiam sordidius, Nec tu scribis adeo inquinate ut contemni merearis. Hoc etiam de me affirmare ausim, me simplici genere orationis, nam ipse eodem utor, magis delectari quam oratione anxie elaborata. De tua eruditione numquam profecto, ex quo te in Scholis disserentem audivi, dubitavi, quin tanta esset, quanta est praedicata & publicis literis facultatis & meis. Nam ipse quoque publicas composui, nam in quibus vides esse honorificum testimonium de te. Memini me Gossanon: interrogasse: sed de alijs literis & artibus, non de cognitione medicinae. Soleo autem saepe de aliorum studijs percontari, sine ulla invidia. Homo enim, inquit Terentianus senex, humani nihil à me alienum puto. Et quidem ille de vicino interrogat: Cur se tantopere in agro exerceat? Quanto honestius est interrogare de studijs aetatum & similibus. Quare igitur te ne gravius de me suspiceris. Amo ingenium tuum, Et si qua re possem prodesse tibi, libenter cupideque tunarem. Vale

Philippus.

Viro docto d. Petro Ritter, docenti adolescentiam in Gorlicio, oppido Lusatiae.

Non ed. SD. Hoc capio fructus ex eo quod editio operum Ostlicampiani differtur, quod nostri memoriam interim retines. Gratum est

n.

.n. mihi de eadem re loliis Ammonij. Sed hoc ut scias, sic omnino effecturum esse ut ἀρχέτυπον retraham ad nos. Nam illud Elveticum genus nec literas ullas nec poemata curat. Tantum nunc insaniunt studio cuiusdam agrestis theologiae q̃ nullam habet ulla de re eruditam & subtilem doctrinam. Edemus igitur hic ubi facilius etiam vendi opus poterit, propterea quod Lusatia notior q̃ in his regionib. q̃ apud Elvetios. Bene vale. 1532

Philippus.

Par. cig

EIDEM.

S. Exhibuit mihi legendam epistolam tuam Ambrosius ad se scriptam, in qua me hoc delectavit quod tu nostri memoriam nondum deposuisses. Illud non perinde delectavit, quod suspicaris me tibi iratum esse. Ego vero te, mi frater, propter tuam probitatem q̃ mihi cognita & spectata fuit cum apud doctissimum ac doctissimum virum Petrum campianum ageres, propterque tuam singularem diligentiam in discendo semper & amavi & feci plurimi. Neque meam voluntatem erga te, si ulla mea opera tibi usui potuisset esse, non prolixe declarassem. Sed tu tum tuo fato abreptus e conspectu nostro, nobis nihil operi dabatur. Ita factum est ut nullo meo officio, mea erga te benevolentia tibi ostensa sit. Tu tamen amanter facies, si nos amare perges & deponere ex animo istas

Non ed.

indignas

indignas gratitudo tua suspitiones. De ludo literario gratulor
tibi mandatam esse provinciam. Est enim tua eruditio fidesque
mihi nota quorum utrumque in docendo opus est. Meum consilium
etiam requiris ea de re: Ego ita iudico nusquam te melius de rebus
mortalium mereri posse, quam si puerilitatem recte et fideliter doceas.
Docebis autem rectissime, si quod nunc in Scholis fere negligitur,
latinam grammaticen diligenter inculcaveris statim ab initio
rudibus ingeniis postquam lectionem didicerint, et cum grammatica
coniunxeris Terentium aut similem quendam aptum puerili-
tati. Unus dies in septimana tamen meo iudicio collo-
candus est in hoc ut sacras preces et decalogum discere intel-
ligere pueri. Vale. die 4ta post conversionem Pauli. 1526

Philippus Mel.

Clarissimo Viro prudentia et virtute praestanti
d. Michaeli Meienburg, amico suo praecipuo et cariss°.

S. Clarissime et honestissime vir, amice carissime. Notis quod dictum
est non in fanaticis vaticiniis sed in vere divinis oraculis in
hac ipsa mundi senecta in quam incidimus, maiores imperiorum
et Ecclesiae confusiones futuras esse quam fuerunt ante, itaque nobis
Deus praemonet ut simus diligentiores in quaerenda veritate et
firmiores, et petamus et expectemus auxilium Dei. Etsi
igitur terribilis est Aquilae adventus, tamen nos consolemur
agnitione Dei, conscientia rectae voluntatis quod quaesivimus

Veritatem, & spe auxilij diuini, Nec dubito seruaturum esse Deum Ecclesias, etiamsi aliqui ex nobis crucem una cum Cyrenaeo gestabunt. Ego longe malo inter nostros interfici, quam cum illis esse coniunctus quorum talis est uoluntas qualis est huius uestri ciuis quae scripta est in ea, quam huic chartae inclusi. Statim à paschate ad uos proficisci cum filio decreui, nisi in vijs periculum erit. Si hostes propius accesserint, possum filium in uicinam Marchiam ad fideles & perspectos amicos mittere uel in oppida ducis lignicij. Ego me in Marchiam non conferam, etiamsi amanter locutus est mecum Marchio nuper, ut in francofordianam Academiam me conferrem. Deus haec pericula gubernabit & ut gubernet toto meo pectore oro, quem precor etiam ut uos etiam [illegible] nostros seruet incolumes. Bene & feliciter valete. Data die Agonis filij Dei ad montem oliueti, in quo pro nobis aeternum patrem precatus est. 1547.

P. M.

EIDEM.

N cu co.

S. D. Clariss. & integerr. uir. Quadraginta Ioachimicos iam missos mox tradidi Erasmo Benedicto paedagogo filij uestri Christophori. Nam Dei beneficio adhuc aliquid uiatici habeo, & quod antea misisti adhuc integrum est. Ago autem gratias vobis pro perpetua beneuolentia & multis beneficijs uestris. Christophorus nunc iterum mihi assidet in mensa, & cum hic discendi occasionem habeat & iam in cursu sit studij recte instituti,

discre

(discit enim dialecticam & Arithmeticam) utilius est eum manere in hoc studio donec nobis hic tranquillitas conceditur, quam Deus hactenus mirabili bonitate nobis largitus est. Audio Mauritianos nominatim de me interficiendo loquutos esse, cum quidem ego neminem unquam laeserim addictissimus Duci Mauritio, & ipsius Academiae & Ecclesiis mediocriter servierim. Sed scriptum est Omnes capilli capitis vestri numerati sunt. Hac consolatione Vos quoque sustentate, & bellum Deo commendate, qui etiam dabit exitum aliquem & servabit Ecclesiae seminaria. Post paucos dies ipse una cum Christophoro ad vos veniam. Pastorem vestrae Ecclesiae indico Andream qui est in Salinis: vir gravis & doctus & prudens est, eaque de re scribam ad eum. Bene valete. X Martij 1547.

Φ M

EIDEM.

Non ed. S.D. Dei beneficio filium Christophorum adduxi ipse ad Wemgrod, & simul adducti sunt Georgius Maior doctor & uxor filia & filius. Hos traducti curavi ad nos & vob. commendo. Ego Brunswigam redeo ad coniugem & supellectilem transvehendam. Oro ut istic tuguriolum aliquod conducatur. Nam ibi collocare familiam aliquantisper decrevi, Deo commendatisque me & meos, Remp. & Ecclesiam. Caetera consilia mea coram exponam. B & f. valete. pridie ascensionis filij Dei 1547.

Φ M.

Cnf. hanc sequi debett: eam reqre in editis a Manlio pag. 222.

EIDEM.

S. D. Clarissime & integerrime vir: Hanc epistolam dedi venerando viro D. Erasmo Albero qui ad vestram Ecclesiam proficisci decrevit ut ei suam operam offerat. Vir honestus est & in doctrina integer, & iam ea aetas est ut moderationem amet, & non nova in distitas sine certo nidulo cupiat. Fidelis docuit in Marchia & ad Rhenum, sed post quoddam dictum contra Episcopum Moguntinum dimissus est ex Marchia. Vbi audieritis eum statuere Ecclesiae poterit. B. & f. Valete. die 15 febr. Aº 1547.

Φ. M.

ed.

Adolescenti egregia ad virtutem indole praedito Christophoro Meienburg.

H orcl.

S. D. Miror Erasmum praeceptorem tuum mihi non scripsisse nunc, quid pater scripserit quod me scire referat. Tu vide ut patri accurate scribas ut intelligat te proficere in literis, & simul crescere in animo tuo ~~[illegible]~~ & pietatem erga parentes & aliarum virtutum studium. Habes domestica exempla quae te ad virtutem hortantur quorum te fieri dissimilem turpissimum esset. Semper igitur hos Euripidis versus memento quos iube tibi praeceptorem interpretari

δεινὸν καὶ τοῦ τεκόντος ἐν βίῳ σέβειν. ὅδ' ἐστὶ καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεοῖς φίλος. οὐκ ἔστι παισὶ τοῦδε κάλλιον γέρας. ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι. καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν.

B. vale. Si iste venerit Joach. Camer., mox id mihi scribito.

Φ. M.

Ill.mo & R.mo pr. ac DN. Domino Georgio principi
in Anhald & Ascania etc coadiutori Ecclesiasticae
gubernationis in Mersburg, dno. s. clementiss.

ed. S D. Ill. & r.me princeps. Hoc anno celebratur Pascha 3056.
inde usq. ab exitu Israelitarum ex Aegypto. Tot seculis servavit
Deus Ecclesiam suam & Ecclesiae vocem de filio Dei & vero agno
mirandis modis, & servabit deinceps. Etiam etiamsi quid pati„
endum sit expectemus auxilium Dei. Literas has dedi Valentino
gubernatori scholae Servestianae, viro docto & gravi qui se offert
ad ministerium Evangelij in Ecclesijs vestrae dioeceseos. Usus enim
erudiet, etiamsi hactenus raro concionatus est in templis. Sed ae
tatis & eruditionis & bonorum commendationum testes. B & f Valete.
dat. in ferijs Paschalis. Anno 1547. C.nis V.ae addictiss.us
Ph. M.

Integerrimo & fidelissimo Johan„
ni ministro Philippi Mel.

Non [illegible] S D. Carissime Johannes. Cygnea deditione occupata est. Exerci
tus hostilis huc adducitur. Igitur & ego cum puella & matre
ad Servistam decrevi secedere: Currus igitur Godrici iussimus
vel in Coswig vel in Servesta ut ex nuncio intelliges. Si noles
huc accedere, si in Servesta conduceretur currus, venias: Sed
puellas isthic commendato hospitibus & dicas nos mox ad futuros
esse. Bene vale. die 9 Novemb. Anno 1546.
Phil. Melanth.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti D. Paulo Ebero, amico et fratri carissimo.

S. D. Si quid opis adferre possem patriae (nam Academiam et eius sedem vere iudico esse patriam) libenter vitam profunderem. Nunc quid consilij cui dare possumus? Princeps abest, Ignotae sunt nobis aulicae voluntates, omnia plena sunt suspitionum vel etiam odiorum. Taceo igitur et Deum oro ut miserias istas leniat principi, populo et nobis. Misi hunc tabellarium istuc quodam nostri desiderio, cum tu dubitare an vobis pateret. Mitto et Typographo paginas addendas Meriano scriptas. et. Bene vale. Ph. Mel.

Cd.

Eruditione et virtute praestanti Johanni à Berg, amico suo carissimo.

S. D. Etsi cum exercitus Caroli Imperatoris iam in utraque ripa Albis ducitur ad urbem Parthenopen, dubitabam tibi esse, misi tamen in patriam tuam dulcissimam tabellarium, Itaque rogo ut copiose significes ea quae existimabis esse ἀξιόλογα de exercitu Caroli Imperatoris, ac de ipso, ac nominatim de Parthenope, An sit cincta obsidione et an defensuri dicantur cives urbem, an vero pacem petunt. Ego familiam meam in oppidum Northusen duxi ubi, Dei beneficio, mediocris est tranquillitas. Etsi autem longius iter suscipere me necesse est: tamen tanto desiderio nostrorum aliorum qui sunt in ipso oppido Witeberga tum in summa sunt afficior, nondum ut ingredi

Non cd.

iter

iter ingredi potuerim. Misi etiam nuncium Witebergam ut explorem op-
pidi statum. Fama in Salinis de Crucigeri morte sparsa est, quae si vera
est, etsi ipse beatus est, tamen Ecclesiae & nostra causa doleo, & valde
te oro ut rescribas. Ego autem magno in dolore esse propter publicas
& privatas calamitates arbitror: tamen ijs te consolationib. sustenta quas
Deus Ecclesiae suae proposuit. Feramus, ut Ieremias in sua concione
loquitur, iram Dei & ab eo petamus & expectemus mitigationem poe-
narum, ac meminerimus ipsius mandata esse petere & expectare
liberationem, & in eius promissionib. acquiescere, etiamsi liberatio dif
fertur. Bene vale. Calendis Iun. Philippus

EIDEM.

Non ed.

S. D. Etsi magnitudo calamitatis hoc tempore multorum animos in du-
bitationem de providentia adducit: tamen nos immota fide teneamus
doctrinam Ecclesiae traditam & utrunque cogitemus: praedici postremis tempo
ribus has tetras confusiones, & Deo nos curae esse & reliquias servaturum
esse, & ut servet vere nobis gemitib. & lacrymis petamus. Cumque
in Ecclesia multum sit errorum & vitiorum, iudicium ut scriptum est a
domo Dei incipit, sed tamen reliquiae servantur. Idem nunc eventurum
esse spero, Deumque assiduis gemitibus oro ut in his regionib. aeternam he
reditatem filio suo servet. Tu eodem modo tuum animum spe nobisque
erigas ut te servet. Saepe apud animum meum colligo ea quae Philosophia
ad

ad leniendum dolorem in talibus aerumnis sapienter ~~colligit~~ tradit: sed hae consolationes infirmae sunt: Tantum in eo portu acquiescunt animi quem Deus monstrat. Scimus Ecclesiam Dei inter fragores ruentis mundi mansuram esse & quidem in ea catum mansuram ubi sonat vox Evangelij. Hac te consolatione quoque sustentes. B. Vale. 2 Iunij 1547.

Philippus Melanthon.

Ioachimo Camerario.

S. D. Omnium fatalis poena est haec σιδηρομαχία: ac ceteras causas quaerere desinamus. Arbitror & Macedonem desperatione pacis instituta consilia omittere praesertim cum utrinque norit ἀυθάδειαν. Confugiamus igitur ad caeleste auxilium ac a Deo aeterno patre D. N. I. C. mitigationem poenarum petamus & ut prophetae loquuntur, ut in ira misericordiae recordetur. Si non e mediocris urbis vestrae tranquillitas valde te oro ut & familiam tuam ad nos in urbem Soraborum traducas & tute ipse venias vel certe ad principem Ioachimum qui mihi amanter obtulit hospitium, Nec dubito quin te multo libentius excepturus sit. Servabit Deus Ecclesiae suae reliquias etiamsi fractus illidatur orbis. Hac nos spe sustentemus & non debilem veram esse vocem divinam quae adfirmat inter afflictos habitare Deum qui tamen eum in agnitione filij invocant. περὶ πλεονεξίαν ἢ φιλοτιμίας πολλῶν πανταχοῦ mei dolores non novi multis noti sunt. Deo Comendo nos & nostros. B. V. Φ. {An. 1546.}

Vide ed. a C. 566. sed hic aliter

Praepositis Ecclesiae Iuterbocensis

Ed. S D. Reverendi viri & amici carissimi. Nescio quid responderit D Georgius: non .n. licuit colloqui, sed meum consilium e[st] ut maneatis in Ecclesia, & aliquantisper vel compescatis violentiam ita has iniurias tolleretis tacite: sicut & Abraham & alij multi aliquantisper tacuerunt cum iniuria afficerentur & ipsi & alij. Nam omnino aliquas ferri necesse est: ac semper Ecclesia aliquam servitutem alias magis alias minus duram patitur. Speramus brevi ex nostra civitate discessuros esse hostes nostros. Nam dux Elector iam cum exercitu e[st] in urbe Gothana. Deus det piam & salutarem pacem. Bene valete. die natali filij Dei 1547.

P. M.

Paulo Ebero.

Ed. S D. De Coswiga nuper errasti: Eundum fuit in Cötben ubi Afranium de rebus maximis loquentem audivi. Narravit multa quae vos etiam scire proderit, eaque coram recitabo. Senatus Noribergensis Camerario & mihi hospitium & sumptus offert, sed si possemus in nostris alveolis nostram literarum possessionem in his terris retinere non migrarem. Cogito etiam de amicis & de lo pueris. Sed haec coram. Audi prodigium. Narravit mihi pastor Ecclesiae Gothanae etiam apibus hunc annum fatalem fuisse. Illa similis fuit apum & scholasticorum fortuna. Scribe an Mechinicius pecuniam ex aula attulerit

attulerit. Marcum non respondere miror. De somnij editione facies quod videbitur. Non prohibeo adscribi nomen meum, sed errata emenda in versu: quae cava volitant irrita nocte etc. Mitto tibi fanos in quibus videbis scholasticos jacere mortuos: Mitto et regis donum maiorem caeteris ac pene tantam ut me aut te capere possit xi σέρφ videatur. Bene vale. Exemplar epistolarum quod mitto des Cruci(n)gero Exhibenda Pomerano. Bene vale. XIX februarij 1547.

Philipp.

Hieronymo Baumgartnero, Senatori Norimbergensi

S. D. Haec cum scriberem in die sacri nuptialis filiae tuae miscebam caeteris curis et cogitationibus vota pro filia et generi et totius familiae vestrae salute, totoque pectore Deum aeternum patrem D. N. I. C. conditorem generis humani et autorem foederis mirandi coniugum oro ut faustum felix tranquillum et foecundum coniugium det dulcissimae filiae tuae et genero quem semper iudicaui bono et placido ingenio praeditum esse, Nunc et tibi et ipsis coniunctionem vestram gratulor. Spero ad vos priorem tabellarium venisse, cui literas ad Senatum et dedi, quarum exemplum rursus mitto, Et quamquam meae res etiam Senatus liberalitate delector ac vobis debere me gratiam profiteor, tamen magis propter Remp. gaudeo civitatem tam honestam in his ruinis Germaniae

suscipere

~~Non ed.~~ Ed.

suscipere curam propagandi literas ad posteritatem: Itaque meis verbis reverenter Senatui gratias ages. Nisi me belli saevitia prius opprimet, coram vobis exponam meum consilium: Ac decreveram nunc iter ingredi, sed cum Sabini filiola conflictari febri coepit, discedere ab ea non licet. Itaque fato retineri iudico nec remisso ἐνταφήσεσθαι τῇ ἀκαδημίᾳ, si ita Deo visum est, etsi spero Deum exauditurum esse gemitus piorum & ingentes miserias harum gentium mitigaturum esse. Plane similia sunt veterum tragoediarum haec mala, inter cognatos ipsarum furiarum consiliis excitata, quorum cogitatione saepe cohorresco, sed me hac voce filii Dei consolor: Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ καὶ ἀκολουθοῦσί μοι, κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς, καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ οὐχ ἁρπάσει τις αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου: quam te quoque sustentes. Servabit filius Dei invocantes ipsum, in his incendiis, sicut & servavit Danielis socios. Teque oro ut vota tua cum nostris coniungas, & ut Deus posteritati servet Ecclesiam, & doctrinae lumen non sinat extingui: Et ut filius Dei oravit, ut simus unum cum Deo aeterno patre & inter nos, idem nos quoque precemur. Quod si curae fuisset haec terrarum gubernatoribus in has miserias non incidissemus, sed illis ut in veteri versu bene scriptum est, ἡ ἐπιθυμία ἡνίοχον μεγάλου χαλινοῦ. Quare donec per literas colloqui poterimus, ad me

ad me scribito. Bene V. et tu usage sacri nuptialis filiae tuae.
Datae 2 Martij. 1547. Phil. Mel.

Eidem

S.D. Et Senatui tunc, cum nuncius vester literas mihi Senatus ex,
hibuisset respondi & gratias egi quod & studia literarum tueretur ac
nostri curam iam afficeretur, & ad te bis scripsi, petens etiam ut meis
verbis Senatui gratias ageres reverenter ac diligenter. Idem nunc quoque peto
tibique gratias ago quod & haec studia istic ornas & nobis benefacere studes.
Scio Deo haec officia grata esse quem oro ut universim tibi & tuis bene
faciat. Mansi hactenus in hoc vicino oppido nostro. Dialecticam n.
perlexo: quare non procul ab officina typographica abesse decrevi, donec
Deus concedet huic loco ἀληθεία. Obtulit hospitium mihi etiam
Senatus Norimbergensis, sed postea audivi Carolum mandare ut Osian
der & Vitus expellantur ex urbe Norimberga. Ita paulatim veram
causam, cur hoc bellum tantum & tam parricidiale accenderit, edit.
Audio & collegium Magdeburgense eligere Episcopum filium Marchionis
ne desit materia bellorum. Historiam de capto Marchione Alberto
iam te scire arbitror. Tridentina Synodus edidit articulum de ius
tificatione. damnat veram doctrinam horrendis portentis verborum.
Quae vindicem esse gloriae Dominum fore spero & nobis ac veritati
opitulaturum esse. Cum accepero integrum decretum de eo ar,
ticulo

Non ed.

articulo edam, & confutationem ad Carolum ipsum scribam. Te rogo ut saepe nobis scribas. Bene vale. Philippus.

Episcopo cuidam.

Ed. S.D. Rme dne. Non dubito te virum sapientia & virtute praestantem & in hoc fastigio Ecclesiae collocatum, saepe cogitare & horum temporum calamitates & earum causas ac fontes deplorare. Etsi autem salutarem medicinam seu fata ultimae senectae mundi, seu cupiditates aliquorum impediunt: tamen interea boni viri debent vel gemitu ostendere quid probent, & Remp. quantum quisq. suo loco potest sapienter iuvare; quod cum te facere multi sciant, nos quamquam longius procul absumus, tamen de te saepe cogitamus & animi huius vota intuemur, & virtutem praedicamus. Saepe etiam illud Homericum recitamus: τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν etc. Cum igitur Petrus Perusinus in Germania in qua non vulgaribus artificiis undiq. bella accensa sunt, manere diutius non possit, in Galliam proficisci constituit, eamq. ob causam literas ad te flagitavit ut ostendere posset exilii causas & testimonium de suis moribus. Existimo propter tuam liberalitatem multos ad te confugere, sed in ea turba ut huic etiam Perusino aliquem tribuas locum te oro. Comperi enim eum esse virum honestum, integrum, & amantem piorum studiorum propter quae literatorum Con-

gress

gressus in gentibus tam procul dissitis applicuit. Ego etsi in hoc communi incendio Germaniae magno in periculo sum: tamen ijs me consolationib. sustento quas Deus Ecclesiae suae tradidit, ac spero filium Dei cymbam suam in qua et suum et mecum bo, sedatis his fluctibus servaturum esse. Bene vale. 7 Martij. 1547.

Ф·M

Paulo Ebero.

S D. Petijt vir clarissimus D Plicardus ut Ascanij principes scriberent ad ... praesidij praefectum etc. Si Iosephus pagellam in Dialecticis absoluit, mitte: nam attexui τὰ ἑπόμενα. Maestitia quae alioquin tempore crescit, nonnihil mihi et cogitatione philosophiae et his non inanib. scriptionib. lenitur. De refutatione decreti Tridentini coram nobiscum deliberabo. Nisi Deus ipse opem feret suae veritati, quoniam ... pelo, horribiles tenebrae et σύγχυσις secuturae sunt. Pugnemus igitur precatione et eruditis scriptis. Salutat te Christo do. Pomeranus. B V. 28 Martij. 1547.

Ed.

EIDEM.

S D. Meae uxori ad uterum mane accedunt acerrimi dolores ex Lithiasi. Misi igitur adolescentem ad D Augustinum: sed te volim exhibere literas et in myropolio numerare escuma. Stigelij epistolam post parvos dies istuc afferam, ibi reddam tibi duos Ioachimicos ad debitos

Non ed.

et de emittenda coniuge post puerperium: has literas ut exhibeas Plicardo, te etiam atque etiam oro, ac mihi distincte scribas, si ... sint. Mitte et Marcelli reliquam partem scripti quod in Latinum sermonem transtulit, quam dabis vito Typographo

additos ad Menij pecuniam. tibique gratiam habeo quod ἀναπεθεοβητω

Oratori satisfecisti, hoc philosophice & recte scriptum iudico. Pastor mihi

scribit se insuper spopondisse de duob. Ioachiminis pro alio. Excusat igitur

τοῦ μαρτυρος. Emptrice admonitus nulla lacrima minitatur, quae

Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi mitiget. Omnino colleg

nos oportet: nolim .n. te istic manere πολιορκουμένης τῆς πόλεως.

Nuncius Sabini nondum ad me rediit, & nunc alios oberrant nuncios.

Nam in Turingiam ire eum nihil opus est, cum Camerarius in

Franconiam profectus sit, & nunc Saxonia eum videtur ἄκαιρον. Caetera

coram. Bene & feliciter vale. die 5 Aprilis. Ao 1547.

Φ.

D. Augustino Schurff.

Non ed. Clariss. d. Doctor, & amice carissime. Meae uxori nunc ad luc-

tum accesserunt atrocissimi dolores ex calculo. Sumpsit usui balneo

aquae calidae cum stramine avenae, imposuimus & chamemillam

loco doloris, sed nondum mitigantur cruciatus. Scio oportere moram

aliquam esse donec procedat calculus, sed nosti quam difficulter

mea uxor ferat hos cruciatus, & sane ita magni sunt ut non

sit reprehendenda impatientia. Misi autem istuc hunc adolescen-

tem ac vos oro ut vel oleum scorpionum vel aliud iudicio vestro

miserae mulieri ordinetis. Ubi liberata fuerit uxor mea his

cruciatibus veniam ad vos & coram agam gratias. Bene & feliciter

valete

Clarissimo viro eruditione & virtute praestanti
D Caspari Crucigero doctori Theologiae,
amico & fratri suo carissimo, Aca-
demiae Rectori

S D. Et dolore & ira paene consumor cogitans & de calamitatibus publicis & de parricidijs crudelissimis autoribus & de alijs causis communium miseriarum: Nec dubito te quoque magno in moerore esse qui vides utriusque oppidi calamitatem quae utrumque tibi patria est. Cum Dessae nuper essemus, ibique Ioachimus etiam una, somniabam me supplicem a Duce Mauritio petere ut parceret nostrae Sareptae: Hic ille torvo vultu me aspiciens ac minitabundus respondet, faciam ἐξέταια. Recitabam in lectulo somnium Ioachimo & Erasmo ac hunc cogitabamus futurum ἐξέταια. Verum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro ut mitiget poenas & pacem clementer restituat. Doctor Augustinus mittit istuc literas Ardenner novi ad Comitem Albertum scriptas quas obsignabis. Historica sunt in literis ad Paulum scriptis. Bene vale. die 2 Iannuar. 1547.

& M

cel.

v tantum nostras casulas: sed illo etiam suas urbes fore ἐξέταια.

Cl. V. Eruditione & virtute praestanti, D
Georgio Sabino Consiliario inclyti Principis
Ducis Prussiae, genero suo carissimo.

Tristis

Nunc ed. ‖

S.D. Triduo antequam iter ingressus es D. Fabianus venit in oppidum nostrum adolescens Coburgensis qui et elegantissimos versus tuos attulit in quibus exitia nostrarum fraternarum deploras, et inclyti principis epistolas et tuas. Joachimo qui familiam suam Erphordiam transvexit et in ea urbe commorari aliquamdiu decrevit, statim misi eo die tuas literas et elegias. Caetera quae scripsisti mihi curae erunt. Filia Catharina iterum febri correpta Dei beneficio convalescit. Marchio Fridericus Electoris filius electus est Episcopus Parthenopes, sed haec publica negotia prius resciscet aula quam meae literae istuc perferentur. Fabianum iudico modestum hominem esse et de te bene loquentem saepe in magna testium frequentia audivi. Bene vale. id. Maij. 1547.

Paulo Ebero.

ed. S.D. Hic tabellarius ex ducatu Luneburgensi epistolam adfert scriptam a scholastico Antonio ... nato in familia equestri qui testimonium petit a Rectore de studiis et moribus. Etsi autem satis ἀγροικῶς: οὐ γὰρ τοῦτ᾽ ἔνι ἐλευθερίοις: petit testimonium, non indicans eos quibus notus fuerit: tamen quia nuntius narrat se locum hospitij eius nosse, gratificemur ei. Si hospites narrant mediocres fuisse mores, scribatur testimonium. Audio χωλὸν esse et forsitan aditum habere ἐπὶ ἱερατικὸν τάγμα ut isti quaerunt talia.

Φίλιππος

ὁλωχοδοχεια : ideo arbitror ei opus esse Anatomico libris. B. V. post mei ministri reditum ad nos proficiscar, Deo iuvante, ut Stigelianam pecuniam adferam, ac de caeteris tecum loquar. Iterum vale. die quo celebratur memoria admirandi consilij divini quo aeternus pater filium victimam fieri voluit & in eo omnium nostrum [illegible] facta gecit. P. M.

Jacobo Milichio.

Non Ed.

S. D. Et literas tuas accepi traditas coniugi doctoris Augustini, & ἀποχας de stipendiis absolutis quas exhibui D. Augustino. De Luscano scribam ad Cruciegerum cum rursus in oppidum nostrum hunc meum cursorem mittam, eruntq. caetera mihi curae de quib. scripsisti. Aliquanto facilius fero exilium mea causa quam vestra, sed cogitatione de nobis obruit ingens dolor quem ex populi miseria accipio, quae finem non habitura videtur, quocunq. res inclinabit, eritque haec Mysia quae diu fuit florentissima nunc vere μυσῶν λεία. Sed Deum oremus, ut haec magna mala mitiget, quae si Stoicus essem, & tantum ἀνάγκῃ accidere existimarem fortasse minus dolerem. Nunc me causae etiam plus cruciant quam eventus, et scis me multos annos magnum dolorem in animo circumtulisse διὰ τὰς διδασκαλίας ἀνταδικίας καὶ ἄλλας πλεονεξίας: Nunc auget mihi dolorem etiam aulae miseratio: Sed quo delabor? Utinam congressus Marcus noster cum genero, vel in hac bruma Halcyonia nobis faciat: Sed

cum

cum naturas caerum considero, & his Boreis in bruma spirantibus tam vehementer: quid speri esse potest. Praeparemus igitur animos ut longae tempestatum saevitiam haec mala sapienter feramus, ac speremus a Deo mitigationem. Quaeso in myropolio istic cures haec remedia apparari filio Sebaldi. Meus amicus exhibebit tibi Joachimicum unde solvatur, ac si quid amplius numerandum est mittam. Historiam scripsi ad alios. B V.

P M.

Moibano aut Hesso.

Non ed. S D. Reverende vir & amice carissime. Hic honestus vir Hans Amman signatus honestorum negotiorum causa decrevit in urbem Vratislaviam proficisci, et ut patronum aliquem haberet, literas ei ad te dedi, teque oro ut amanter eum iis civibus commendes quorum ei notitia opus erit, videlicet iis qui pannos vendere & mercari solent. Huius regionum tristissimae calamitates multos honestos viros movent ut loca tranquilliora quaerant. Adiuva igitur nos tuis precibus, ac nobiscum orate Deum ut pacem & Ecclesiis & honestis hominibus restituat. Bene vale. die 25 April.

P M

Venerando viro, eruditione & virtute praestanti D Caspari Glasero in Academia Erfordiana, amico s. carissimo.

Non ed. Carissime Caspar. Existimo doctrinae domicilium fuisse urbem vestram in his terris inde usque ab Henrico Imp. patre Otthonis qui

Loci

loci opportunitate motus Collegia sacerdotum apud nos frequentiora
haud dubie literarum causa constituit. Legi enim similium Collegio-
rum quae ipse constituit veterem politiam & nominatim in Halber-
statensi lector graecae linguae recensetur. Memini item Mosellanum
ut erat vis naturae in eo excellens, quadam divina sagacitate
praedicere, aliquanto post principes qui saepe inter se tumultuari solent,
dissipaturos esse Academias suas, quod cum fieret rursus hospi-
tium doctrinae praebituram esse nostram urbem. Eadem audivisse
arbitror de illo virum Clarissimum D. Lagum. Bene respondet
eventus huic vaticinio & Deum oro ut in his ruinis regnorum ser-
vet in bene moralis civitatib. seminaria Eccl.ae, & ut vocat Esaias,
semen sanctum. Si locus apud te Victorino esse potest, operam
tibi suam defert, etsi alij eum expolivevunt. Tibi igr eum com
mendo: Vir doctus & integer est, & spero Ecclesiae Dej magno orna
mento futurum esse. Bene vale. die 25 Martij quo ante annos
5509 Adam conditus est. A° 1547. PM.

Nobilitate generis & honestissima indole praedito
Othoni Wilhelmo à Lonchen.

S D. Valde laudo consilium patris tui nobilitate gnris & virtute
praestantis qt & doctrina ingenium tuum excoli curat & nunc in
eam te urbem misit quae in his motibus tranquillior fuit caeteris magnae

Germaniae

N m 88:

Germaniae urbibus fieri cunctis, & in qua maximarum rerum historiam quae nunc geruntur, & iudicia gravissimorum virorum audire potes, quorum consideratio etiam est virtutis documentum. Te igitur adhortor ut & studiose praeceptores audias, teq. ipse scribendo ac latine loquendo non segniter exerceas, & in ipsa literarum doctrina te ad agnitionem Dei & amorem virtutis exuscites, sigilesq. ideo tradi literas, ut in genere humano notitia Dei luceat & ut mores nostri cum aeterna regula recte factorum quae in mente divina est, congruant. Oro autem Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut te servet incolumem, ac regat tua studia & totum vitae curriculum, quod quidem certe faciet, si qq. mediocri diligentia mores gubernabis & auxilium divinum petes, ut scriptum est: Quanto magis pater noster celestis dabit spiritum sanctum petentibus. Si instauratio nostrae Academiae procedet, libenter te in aedes meas recipiam. Bene vale. Calend. Septemb. 1547.

Φ M.

Venerando viro, eruditione & virtute praestanti Hieronimo Besolt Noribergensi, amico s. carissimo.

S.D. Carissime Hieronyme: Hunc fasciculum literarum perfert istuc tabellarius Northusanus iturus ad D. Oberburger. Redeunti igitur aliquid literarum dabis, ac scribes diserte An has literas acceperitis, & si quid habebitis de Synodo Tridentina, & de Conventu Ulmensi, in qua

in qua apparebit, quam telam texere coeperit ὁ ἀυθυπαρχος [?] moto bello ante annum. Multa coniecturae sunt propositurum esse decretum ut omnes Ecclesiae amplectantur Synodi sententias: quod cum speret Islebius nuper palam in concione egit Deo gratias quod captus sit Dux Saxoniae ad abiiciendam haeresin Lutheranam. His verbis cum novus sit, novum doctrinae genus expectat. Ferrem aequiore animo tales voces si ipse aperte profiteretur quid probet & quid damnet. Sed Deum aeternum patrem D. N. I. C. oremus ne sinat extingui lucem verae doctrinae & ut aliqua det Ecclesiis tranquilla hospitia. Nunc aula Wina riensis deliberat, ut ego in tanta calamitate, quomodo Academiae nostrae vavaχια [?] colligat. Deus mitiget publica & privata mala. Bene vale, & scribe. 4 Iunii. 1547.

EIDEM.

S. D. Carissime Hieronyme, Silentium tuum, etsi tempora excusant, tamen miratus sum ut nuper scripsi: sed prius accepi literas tuas testes benevolentiae erga nos tuae quam tu meam ... Munus exhibui filiae, tibique ago gratias. Cum autem patria te ad docendum in schola & templo vocarit, annitere omni studio ut ministerium omnibus virtutibus ornes. Memini mihi notum illud: ὅσα ... καὶ ... λέγειν διὰ τοῦ ... : Sed caeteri dicta in eandem sententiam multo expediunt

Severius

seuerius. Auget autem curam & sollicitudinem periculi magnitudo. Nisi ciuitates retinebunt doctrinae lucem, rursus erunt Cimmeriae tenebrae ubiq. Nam in principum regionibus studia diu impedientur bellis. Vos igitur in bene moratis ciuitatibus Astraeam complectimini & colite. Bene Vale. die 23 Ianuarij, quo anno superiore in uenientem Lutherum postremo uidimus. Φ.M.

EIDEM

Hom. od.

S.D. Meministi opinor, saepe me praedicere οὐ μαντικῶς ἀλλὰ τῶν ἀρχόντων πλημμελήματα. ὁρῶν δὲ doctrinae domicilia & Ecclesiarum praecipua fore bene moratas ciuitates, summo. toti posteritati gratulatus quoties audiui recte constitui scholas & ecclesias in urbibus, ac precor deum ae. p. d. n. I. C. ut ciuitates defendat & gubernet. Precor etiam ut tua studia regat. Miror te iam diu nihil nobis scripsisse. Tempus autem nos de uersu Homerico admonet: δεξιὸν τοι δεξιῶσε καὶ ἐσθίας ἔε. Sed te oro primum ut scribas ad Baronem ipsum. Hanc rem si nob. recte curaueris promitto ἀντίδωρον tibi, me perlecturum esse enarrationes quas inchoauimus in priorem ep(isto)lam ad Corinthios. Tametsi n. nos philosophi hoc φορτίον de beneficijs quod negligunt". 8 V. Ianuar.

* οἱ βασιλεῦσ, τῇ ἰσολῖτι συζῶντι πόλεως"

θεοῖς ἔντι

EIDEM. θεῶν ἀείδουσιν.

od.

S.D. "Μοῦσαι μὲν θεῶν ἔε. inquit poeta, et uerum est diuinitus attributam esse Musicam angelis & hominib. ut Dei laudes perpetuo sonent. Ac

Ac ille demum musicus vere laude dignus est qui suum ingenij con
fert ad eum usum ut Deum celebret. Id fecit, ut scis, Waltherus
Torgensis qui ad caeteras laudes etiam istam addidit ut vir sit
sanctus & pius, cumq. templis plurimas cantilenas composuerit quas
in sacris congressibus quotidie audimus; gratiam ei profecto Ec
clesia debent & gratitudinem erga filium. Nunc igr in hac dissi
patione Academiarum cum pater hunc Iohannem Waltherum ad
me miserit ut quaeram ej aut scholam aut paedagogiam, fretus
& amicitia tua & erga patrem benevolentia misi eum ad te.
Spero tua ope inventurum esse [strikethrough Greek word] apud aliquem ci
vem aut in viciniia, aut certe alijs scholasticis adiungi poterit
quib. hospitium praebetis. Et huic adolescenti propter patris me
rita debemus gratitudinem. Totam rem tuae fidei & prudentiae co
mmendo. Volo & Vitum cui vetus amicitia e cum Walthero cu
rare ut filio prospiciatur. Civitas Vratislavia iam nostro e Xo
scholam instituit, & Iohannes Aurifaber gubernator e eius scholae.
Accersivit & Paulum nrm. Bene vale. Hodie qd faustum felixq.
sit, iter ingrediar Witebergam profecturus. Sed literas quas ad me
scribes, mittito Hortensium, aut lipsiam ad Ranscher senatore
cuij mandata dabo ut ad me mittat ubicunq. ero. Cura ut
saepe scribas. Iterum vale. die 7 Iulij. Ao 1547. Vinariae.

PM

EIDEM.

non ed. S. D. Etsi non memini quantum debuerit Hieronymus Holtschuer: tamen Mattheus Irenaeus Wirzburgensis numeravit mihi aureos XIIII, ut syngrapha mea testatur, quos debere Hieronymum mutuos dicebat. Nunc peto ut Mattheo tantum reddatur quantum Hieronymus debuit: Si quid insuper debeo Mattheo solvam ipse. Hanc rem ut fide tua cures, te etiam atque etiam rogo. Praestemus tum in aliis negotiis tum vero in contractibus quae in vulgari regula praecipiuntur: Inter bonos bene agier. A Vito non est petendum ut partem debiti remittat, praesertim cum ipse satis officiose nobiscum agat, ac differri solutionem patiatur. Decet tamen nos inter bona nomina recenseri velle, καὶ ἔχοντας ὄνομα ἱερόν: καὶ ἄτοπον est dici malum nomen. Me non paenitet consilii mei de dimisso adolescente ante hos an-nos multos, & id consilium gaudeo felix fuisse, etiamsi mihi paritura quam pecunia. Nostra philosophia pluris officium facit quam pecuniae lucrum. Hac Epicharmum mihi obiici nolim qui ait: νόσον ἔχειν, χεῖρα δίδου: Nam ego non professione sed officio lector. Bene vale & rescribe. 4 die Martii. C.

EIDEM.

ed. S. D. Carissime Hieronyme: Scis ipse ex quibus fontibus laudes sumendae sint ministerii Evangelici, deinde. Commonefacio quos Deus

me

esse inter doctores ad hanc militiam. Teges igitur ipse & annalis ut Paulus iubet Timotheum ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ ὅ ἐστιν ἐν σοί. Gaudeo te ad ministerium Evangelij vocatum esse & filium Dei sedentem ad dexteram aeterni patris & hoc ipsum ministerium gubernantem oro ut te regat. De Walthero filio nobis certo gratias ago. Pa. tri narrant nostra officia. De Academicae nostrae instauratione scribent alij certiora. Optarim si fieri posset non distrahi collegas nostros, quia res ipsa loquitur eorum coniunctionem studijs profuisse. fuitque haec praecipua causa mei reditus. Sed Deo nos commendemus. Tu quoque hunc nobis nos innato. De conventu Augustano, item de Synodo Tridentina quicquid audies ἀξιόλογον nobis significato. Nam earum rerum historiam nosse & tua & omnium nostrorum interest, imo totius Ecclesiae. Aguntur enim ibi controversiae de doctrina, cuius limpidos fontes turbari non sinamus. Bene vale & rescribe. Calend. Septemb.

EIDEM

Cariss. Hieronime: Vera reverentia ac pietas in animis auditorum erga doctores perpetua esse solet. Quare & mandavi his auditoribus Sebaldinis ut illuc ad te accedant, tuam familiaritatem appetant, te colant, tuis consilijs utantur: & spero eos cum mores satis placidos sint & iterum memores fore officij sui. Quare

tibi

tibi eos ita commendo, simul ut petam ut regas eos tuis consilijs & praeceptis. Scripsi ad patruos ut in Academiam aliquam mittantur in vicinia, etsi spero in his regionibus in Academia hac iterum aliquando post varios docentium & discentium coetus conventuros esse: sed ut sit diuturna pax optandum est. Bene vale & rescribe. 16 Iunij 1547.

Honestis & eruditis fratribus Sebaldo & Leonhardo Munsteris, filijs suis cariss[is].

Non ed. S. D. Carissimi filij, Cum in ea sitis urbe quae vos non solum doctrina erudire, sed etiam honestis exemplis instruere potest, ut de Athenis Cicero dicit, & dulcissima consuetudine patrui & sanctissimae amitae vestrae fruamini, meum consilium est ut nondum ex patria discedatis, praesertim cum istic schola sit par cuivis Academiae. Auditis mathemata, doctrinam Ecclesiae, linguae graecae interpretes viros doctissimos D. Ioachimum Camerarium & D. Michaelem. Hos ipsos cuperem audire si occasio daretur. Etiam istic vestra ingenia coli & exerceri. De Academiae nostrae instauratione etsi spem nondum abijcio tamen ut deliberatio tardior sit fortasse Augustanus conventus & alia impedimenta facient. Dei beneficio, soror vestra Anna mediocriter valet: nam hanc huc adduxit mea Coniunx mox ad familiam reditura quam nostram familiam Dei beneficio incolumem esse. Me hic otio multo delectat quam spero consultum Studijs vestris longe

torum. Bene & feliciter valete. Calend. Septemb. A° 1547.
Φ. M.

Cl. Viro, eruditione & virtute praestanti
D Casparo Crucigero Theologiae Doc
tori, φίλῳ ἐπιμελεστάτῳ καὶ
ἀδελφῷ φιλτάτῳ.

S D. ἅπαξ μὲν ἀνὴρ ἀετῶ παρέρχεται: ἅπαξ δὲ χθὼν ἀν
δρὶ πάντη πατρίς. Ferrei animi vox est, nec recte fit collatio
Aquilae & hominis. Nos .n. ad Societatem oeconomicam & politicam nati
non possumus nobiscum familias circumducere. Deinde amamus
patriam propter amicorum consuetudinem, propter studiorum & officiorum Societa
tem. Ego me fateor magno in dolore esse & propter calamitatem publicam
& hoc meum exilium in quo saepe de communi exilio generis humani
quod primam patriam amisit, cogito. Sed agamus gratias filio Dei καὶ
Jovi ἡμῶν, qui ut spero καὶ νῦν καλέσει ἡμῶν in nostros nidulos.
De Meniano scripto dices Typographo me expectationem missurum esse
& in fine additurum plura, ut Menij promissis respondeant li
bri capita. Scriptum eodem argumento editum est titulo Regij Selimi.
Agnosco autorem Basilium qui dixit ὅσοις ἐστὶν ἀμυνάσθαι ἐχθρῷ
... : quod eo est ineptius quia non sunt praeliati nostri.
Mitto tibi pagellam de recentissimis narrationibus. Mittam certiora

ubi

ubi redierit [illegible] ex [illegible] noster tabellarius. Leges hanc pagellam D pastori & Paulo. Salutem opto amicis omnibus συναγωγοῖς in Ecclesia. Bene vale. Die Brumae. 1547. P M.

Pecuniam Academiae à vobis missam accepi, ac rationes Pauli manu scriptas: ac vobis amicorum nomine gratias ago. B V.

Viris optimis D Crucigero & Paulo Ebero.

Hor ed. S D. Tanto afficior dolore intuens hanc miserabilem dissipationē & fugam ut mansisse me optarim: Et si quid erit intervallum redibo. ad vos oro ut meae coniugi literas ad me detis. Bene valete. die 30 Decemb. in [illegible]. 1547. Habeo gravem causam consilij mei de reditu. P.

D. Crucigero.

Hor ed. S D. Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi oro toto pectore ut sedem doctrinae suae in oppidulo nostro servet, ac defendat, & ut tibi vires corporis restituat integras. Veni in urbem [illegible], ubi certo sentiam abhorrere senatum a nostro consilio [illegible], redibo ad meam familiam & ad vos si patet aditus. Visum est autem doctori Augustino & ceteris Academicis si [illegible] qui adsunt ut τὰ λοιπὰ χρήματα ἐν ἀμφορεῦσι ἀρχαίοις [illegible] premantur, sed ita ut quantum in quolibet fuerit diserte scribatur.

inde

inde primum huius quadrantis stipendium D pastori tibi & Ebero, reliquum curet hic transmitti Quaestor noster ornatiss. Clarius D Augustini intumesces in ipsius mensa in superiori conclavi: mas adferre ... Hodie adiit Chilianus: ... Bene vale & rescribe. die Andreæ 1547. Φ.

ιι καὶ τὰ χρήματα ... : mittam tuum integr. ιι

EIDEM.

† πολλὴν χαρὰν ... νῦν ... .ιι.

Non ed.

ὦ ... φίλων καὶ ἀδελφὲ φίλτατε: Stigelius huius nuncium misit & petit ~~praemium~~ stipendia solvenda duob. anni quadrantib. Solvi ei aequissimum & solvam etsi de meo dedi ... Habeo autem datos a D Augustino XXV aureos, unius quadrantis stipendium, Oro ut addas alios XXV aureos pro altero anni quadrante. Malo .n. hic potius quam alibi. Flagitat autem Stigelius etiam προσθήκην καὶ ἐπιφορὰν: sed de ea nunc agi non potest. Bene vale. Φ.

EIDEM.

Ed.

S D. Carissime Caspar: πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐν τῷ σώματι περιφέρομεν. Sustentemus autem nos fiducia misericordiae Dei qui affirmat se inter afflictos ipsum invocantes habitare. Veniam ad vos post quatriduum cum D[re] Augustino. Quod vero scribis de commonefaciendo principe, nimis sunt haec sera consilia. Ruimus in fata multis erroribus, ac initiis occurrere facilius erat.

Sperare

Speravam autem nunc quoq. flecti posse τοῦ αὐτοκράτορος animum, ad pacem ἐὰν ὁ ἡμέτερος ἐθέλῃ γενέσθαι ἱκέτης. B. V. Calend.

Inclyto ac potentissimo Regi & Domino,
dno Eduardo Regi Angliae & Franciae
ac hyberniae, dno & principi clementiss.

Non ed. } Inclyte & potentissime rex: Multi in universa Europa sciunt Inclytum & sapientissimum regem patrem tuum, malis controversijs dogmatum diu in hanc cogitationem incubuisse ut Ecclesijs toto orbe terrarum recte consuleretur quaesita controversiarum moderatione, nec voluisse armis opprimi veritatem: atq. utinam eius consilium caeteri Reges audivissent. Nam quod alij armis stabiliri Ecclesiae concordiam existimant, non recte sentiunt. Iniusta enim consilia opprimendae veritatis nec deo placent, nec diu sunt felicia. & sc[...] sunt in Ecclesia dolores morbi magni: quod & rex sapientissimus pater tuus videbat, quib. necesse est vera & salutaria remedia adhiberi. Quod igitur in regno tuo deliberationes instituisti de Ecclesijs recte facis & paternum exemplum imitaris: Deumq. aeternum patrem d. n. I C. toto pectore oro, ut & tuam mentem regat & Ecclesias in tuo regno & alibi feliciter emendet, ut & ipsius gloria recte celebretur & multi homines ad eum vere convertantur ac socij fiant aeternae consuetudinis cum filio Dei. Cavendum autem erit tibi in hac emendatione ne prava ingenia corruptelas misceant: Ideo prudenter

dentur & inter gentes hominum & hospitum sensus alq. opiniones co
siderabis. Adfirmo autem hunc Franciscum Dryandrum longa mihi
consuetudine cognitum, & cum valde excellentem eruditione tum vero pen
doctissime iudicare, ac toto animo totaq. mente a fanaticis & seditiosis
opinionibus abhorrere: Quare cum in tuo regno in academia aliqua mag
no nomine alq. ornamento excitur eum esse posse existimo, eamq. ob causam
literas ei ad R M T dedi, eumq. R M T. reverenter commendo. Bene
& feliciter valeat R M T. Idib. Ianuarij. Anno 1548.

R. M. T.
addictus. Ph M

Reverendissimo Domino Archiepiscopo Cantua
riensi, patrono s. reverenter colendo & cariss°.

Reverendissime antistes: Scripsit ad me Gualterus Scotus se amanter cl.
a te exceptum esse propter testimonium quod a nobis discedenti dederam.
Gaudeo & illius & mea causa: Nam non minus illius secundis & adver
sis rebus quam meis moveor tibiq. reverenter gratias ago. Cum autem in
Britanniam & hic meus amicus Franciscus Dryander Gualthero notus
profecturus esset, literas a me petiit, non ut cuiquam oneri esset, sed homo
peregrinus veteri more quem istic patronum haberet τὸν προστάτην ut
graeci vocabant, quaerit. Arbitror iam istic & alios quosdam esse, quibus
notus est, quorum de Francisco iudicia cum audieris haud dubie
summa voluntate & singulari benevolentia eum complecteris. Fa

miliaritas

miliaritas ei mecum est multorum annorum, Vere seruamus hoc Homericum inter nos, ut hospes tanquam frater diligatur, Et iudicio enim complexus sum, penitus etiam perspexi eius opiniones & mores, ac animaduerti eum Excellenti ingenio praeditum esse & solere instructum eruditione rectissime iudicare ac prorsus alienum esse a fanaticis & seditiosis opinionibus. Morum etiam grauitatem singularem ipse cito cognosces: Et his ornamentis tantis addit ueram Dei agnitionem & inuocationem. Talis cum sit, quaeso ut eum amplectaris, Usui etiam eum fore in Academia aliquando arbitror. Scribo breuius & simplicius propter angustiam temporis quod nunc ad has literas scribendas contigerat, Itaque oro ut ueniam des epistolae subito effusae, quam tamen ueram esse iudicabis ipse ubi Francisci ingenium, eruditionem & mores diuturna aliqua consuetudo ostenderit. Bene & feliciter vale. Idib. Ianuar. 1548

Reuerendiss. Domin. T.

addictus. Ph. M.

EIDEM.

E dita] Reuerendissime domine. Etsi Ionas pater sciebat te filium singulari beneuolentia iam complecti: tamen ut intelligeres nos hoc tuum beneficium magnifacere, uoluit me de filio ad te scribere, quod cum scribam ecce adferuntur filij Ionae literae in quibus mihi sermone quodam tuum narrat de quaestione non obscura sed quae diuiter concussit Ecclesias & conflict diutius. quia gubernatores illi tantae rej non quaerunt

quaerunt vera remedia. Nihil autem in hac epistola praeter meum do-
lorem indicare volo, qui tantus est ut exhauriri non possit, vel si tan-
tum fundam lacrymarum quantum vehit undarum Albis noster aut
noster Tamesis. Vides multiplices explicationes & olim excogitatas esse, &
nunc excogitari quibus negligitur simplex & sincera vetustas. Ac lon-
giorem disputationem nunc non eo tantum omitto quia opprimunt labellarij,
sed etiam quia non amo labirynthos, ut vides omne meum studium in
multis materijs fuisse ut extarent plane evoluta. Illud autem te oro,
ut delibres cum viris bonis & vere doctis & quid statuendum & qua
moderatione initio in docendo opus sit. Ego optarim ut & in priore epistola
scripsi non tantum de hac quaestione sed de quibusdam alijs rebus edi
summam necessariae doctrinae sine privato ullo affectu deliberatam & ad
scriptis suffragijs piorum & doctorum qui essent adhibiti ad eam delibe
rationem, nec relinqui posteris ambiguitates tanquam μῆλον ἔριδος.
Synodus Tridentina velatoria decreta facit ut ambigue dictis tue-
atur suos errores: hanc sophisticam procul ab ecclesia abesse oportuit.
Minimum & absurdi in rebus bonis veris recte propositis: Invitavit igitur
& verum bonitas & perspicuitas ubique bonas mentes. Nimis hor-
ride fuerunt initio Stoicae disputationes apud nostros de fato,
& disciplinae nocuerunt. Quare te rogo ut de tali aliqua forma
doctrinae cogitetis. Nunc rursus de Jona, cum videas ingenij in eo
vim egregiam esse, & omnium philosophiae partium initia eum

recte

recte didicisse, ac mores bonos esse, & naturam divinitus ad eloquenti am factam esse, te oro ut eum tibi commendatum habeas. Resp. Deo iuvante & usui & ornamento magno futurum esse speramus. Bene vale.

Ph. M.

Amico: alij Joach. Cam.

Non ed. SD. Cum sciamus res humanas & imperia ꝓp multas causas habere crebras mutationes, coetum vero Dei aeternum fore: in illam tanquam in ar, cem firmissimam nos quoque includamus, in qua filius Dei Emanuel testatur se nobiscum esse & huic tribuat aliqua hospitia in politijs: Ideo quamquam nunc atrocissimae minae undique scribuntur: tamen speremus Deum custoditurum esse reliquias has in quib. vox Euangelij sonat. Me etiam agitatione psalmi qui nunc legitur exigo, in quo haec divina concio: Quare fremuerunt gentes. Vellem te hodie prius quam iter ingressus es, nobiscum fuisse, nam Argentinenses literae allatae sunt, Illud etiam hodie nobis significatum est Fridericum Palatinum senem venisse in oppidulum franciae ubi nunc e. Carolus Imp. quod non procul à Wirzburg situm esse ajunt: quod si ita est arbitror etiam Maretonem cum eo de pace agere." B. V. 16 Decemb. 1546.

Ph. M.

" Sed hec aliquanto post audiemus. Nunc te oro ut epistas Non ed. quas adfert tabellarius, & ipsius ad me missus fuit, exhibeas D. Cancellario Significes etiam an ulcrius apud vos fuerit "

Cancellario.

Clarissime Dn. Cancellari, & amice cariss. Omnia opera Dei mi randa sunt, sed omnium maxime mirandum est foedus divinae & humanae naturae in filio Dei, dno nostro Iesu Christo, quod celebrari vult in Ecclesia, etsi non intelligimus: tamen nos cum duce de re tanta

vult

uult nos sonare ne psalmus inquit, Ex ore lactentium & infantium perfecisti tibi laudem. Hanc uocem servabit Deus etiam frementibus tyrannis, sicut initio psalmus dicit: Quare fremuerunt gentes. Et propter istum filium crucifixum & resuscitatum speremus Deum protecturum esse tamen reliquias Ecclesiae & politias quae sunt ecclesiae domicilia. Annum & sanctum & felicem & tranquillum nobis & reip. toto pectore opto propter filium Dei. Ph.

M. Henrico Saxoni.

Non ed.

Semper hac me consolatione sustentavi, carissime Henrice, quia in turbis Gamaliels: Quod ex Deo est non dissolvetur. Nec vero dubito doctrinam ecclesiae nostrae ex Deo esse, duraturamque. Spero etiam ruentibus mundi Imperijs: Imo etiamsi ipsa secta duriter castigabitur: manet nox Egypti, etiamsi nos propter nimiam securitatem & multa peccata Iustissime plectimur. Spero etiam scholae instaurationem quam ut Deus adiuvet, vota & preces coniungamus. B. V. Ph.

Principi Anhaltino Georgio &c.

Non ed.

Reverendiss. ac illustriss. pr. Hic M. Thomas Stirius cui literas ad C V dedi, vir honestus est & doctrina bona excultus & amans pacis. Cumque docuerit tamen in Stiria, discessit inde & turcicas irruptiones & officialium, ut vocant, tyrannidem fugiens, qui puram Evangelij doctrinam doceri non sinunt, iamque biennio apud nos modestissime vixit,

uixit & confirmauit iudicium suum de dra & recte sentit, qui & ma
gisterij gradu apud nos ornatus est, Nunc quit conditionem & in coetu
harum regionum seruire cuperet. Scio occasionem saepe dari C. V. pro
spiciendi talibus uiris, Oro itaq. ut huic Magistro Thomae aliquam
commendetis: praestabit fidem & diligentiam. lingua sua magis intellig.
potest in Mysia qz in uicinis regionibus. Nomae autem C V & exilij
cogitatio. Docet nos piorum exulum calamitate affici, & quia omnes nunc
quidam exules sumus in hac nra uita, & quia filius Dei pro nobis
factus exul uoluit nos cogitare eos qui pp Ecclesia sunt exulares, & scio
V C. haec officia sapienter cogitare. Deus aeternus pr D N. I C. seruet
& regat cel. V. in sic uas suae salutare rectae Ecclesiae Amen. 24 Octob. 1545.

C. V
addictus. P M.

N.

Non. S. D. Scio in hac maestitia temporum & in totius Europae periculo eos qui
partem aliquam gubernationis politicae administrant, ita occupatos esse,
uel dolore uel cura defendendae patriae ut uix de ciuilib. ornamen
tis cogitare possint: sed tamen uiros doctos & qui ex prima doc
trina de caelo tradita didicerunt Ecclesiam non interituram esse, non
abijcere curam tuendarum artium ciuilium decet. Quare cum
studia sua Eustathius tibi commendari peteret, etsi temporis difficul
tatem intelligebam, tamen speratum te ea magnitudine animi esse, ut
nolis pp belli motum studia literarum omitti. Est autem & in
Eustathio

Eustathio ea virtus est militare non recuset quandocunque arma ad patriae defensionem capient. Interim vero quid agat potius quam ut lectione graecorum & latinorum scriptorum animum ad omnes casus praeparet & se doctrina instruat, ut si quando erit Resp. maiore industria servire patriae queat. Habet, ut ipse iudicare optime potes, probabilem rationem sui consilij; cum autem sumptus ei desint, tibi se commendari voluit propter benevolentiam erga se tuam, quam cum ex iudicio orta sit, statuebam facilius a te auxilium impetraturum esse. Intelligis enim bene collocari officium in hominem ingeniosum, prudentem & virtute eximia praeditum. Et latine disertus est, & versatur in graecis historijs & philosophia morali cum quadam dexteritate versatum. Quare te etiam atque etiam rogo ut honestum hominem flagrantem studio discendi adiuves. Erit enim usui patriae tum in toga tum in armis. Vides & vicinorum hostium nova conatus non Sarmatiae & Germaniae olim, Et quamquam calamitosa bella impendent tamen non frustra tandem dimicabimus. Non enim constituerunt Turci quartam Monarchiam. Bene vale. Cal. Ianuar. Ph.

P. Ebero.

S. Unus fuit Marcello apud quem libere mihi de rep. colloqui licuit. ed.

In nostra aula nemo est apud quem tuto possim ullam edere vocem; deralam vocem: ita omnia semper fremunt & assiduis sunt iniquissimis suspicionibus infesta. Saepe antea fui hortator moderatiorum consiliorum, nunc forlasse

fortasse serum & de moderatione & de armis deponendis concionari, & sortim postq; tarde de pace dagere desiji. Bene vale.

Reverendo Viro, Eruditione & Virtute praestanti
D Benedicto Schuman pastori Eccl[esi]ae Dei
in Salinis, amico s. cariss.

Non oct. S D. Difficile est recenti vulneri in n[ost]ro luctu mederi, sed tamen cum tibi notae sint consolationes n[ost]rae divinitus propositae, te adhortor ut eas opponas tuo dolori, quod videlicet non casu extincta sit honestissima coniunx tua sed a Deo vocata et translata ad societatem filij sui & sanctarum matronarum, Henae, Sarae, Mariae & similium. Saepe cogito in talium matronarum piarum funerib. hoc tempore, esse aliquos maiores motus quib. Deus praeripit tales matronas. Certe Eclipses tres futurae intra sex menses pene exitium universo generi h. denunciare hoc triennio: Quare agnoscamus fata ultimi temporis & flectamus nos ad poenitentiam, ac mitigationem calamitatum petamus & assiduis precib. ac gemitib. optemus ut illucescat dies laetissimus in quo filius Dei iterum conspicietur & Eccl[esi]am suam nova gloria ornabit, in qua & coniugem tuam dulcissimam rursus complecteris. Bene vale. die 20 octob. Anno 1547. Ph.

Cl. V. eruditione & virtute praestanti, D. Augustino Schurff, doctori artis medicae eximio, amico suo praecipuo.

Cl.

S. D. Cl. d. doctor. Iam venit scholasticus Witebergensis qui narrat se heri hora 11 abiisse ex Witeberga & ducem Mauritium iam esse in Kemberg & venisse postulatum deditionem Witt. atrocissimis verbis & mandasse civibus in Cerwest, ut sibi hospitia parent: Ideo censeo ut hic expectemus adhuc per aliquot dies. B. & f. Valete. die 1 Decemb. 1546.
Pontem Witebergae interruperunt nostri. — Ph. M.

Non ed.

Amplissimo viro, sapientia & virtute praestanti
dn. Gregorio Pontano Doctori Iuris, Cancellario
inclyti Ducis Saxoniae Electoris, charissimo
patrono & compatri.

S. D. Amplissime & integerrime domine Cancellarie & amice ac compater carissime. Gratiam vobis perpetuam & in hac & in futura habebo pro vestris plurimis ac maximis erga me beneficiis, & pro hac solicitudine quam habetis de me hoc tempore. Spero Deum daturum mediocres exitus huic tumultui in his regionibus. De bello ad Danubium minus dubito. Non vincent idolorum defensores: Nec ego discedam a duce Saxoniae Electore, nec a meis collegis viris optimis, quorum eruditio fuit & est adhuc ornamentum horum temporum. Cras, Deo iuvante, redibo ad vos. Deus servet vos & honestissimam familiam vestram. Bene valete. 1546. — Ph. M.

Non ed.

CL. V. eruditione & virtute praest. D. Ioanni
Marcello Regiomontano, amico S. causs.

Suo

Nn e d. S. D. Scio nuncium apud nos fuisse qui veniens ex castris ducis Saxoniae Electoris venit: Is hic narravit εὐφημολογίας quae qualia spargunt[ur] vicini ἐπιχαιρέκακοι. Tunc in ripa Necari amoenissima fuit exercitus foederatorum, non procul a mea patria, cum nuncius iter ingressus est: quod si perrexit, iam Moenum Francofordiae traiecit. Ac nuncius recta ducem Saxoniae in Turingiam ducere exercitum aiebat. Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut nos respiciat et mitiget poenas cum admirando foedere copulatae naturae humanae cum divina in filio testatus sit vere nos a se diligi. Reducat etiam feliciter incolumem principem Electorem et reprimat hostes. Miram crudelitatem in hac vicinia Hunnici equites exercent. O impudentiam execrandam eorum qui existunt huius belli duces et auctores, de quorum cogitanti veniunt in mentem hi versus Graeci nimis veri:

ἅπαντ᾽ ἐν ἀνθρώποισι γηράσκειν ἔφυ
καὶ πρὸς τελευτὴν ἔρχεται τὴν τοῦ χρόνου
πλὴν, ὡς ἔοικε, τῆς ἀναιδείας μόνης:
αὕτη δ᾽ ὅσῳπερ αὔξεται θνητῶν γένος
τόσῳ δὲ μείζων γίγνεται καθ᾽ ἡμέραν. Utinam viri fortes excitarentur ad expellendam hanc barbariem ex Germania. Mitto pagellam a Ioachimo scriptam de congressu Macedonis et Gemini de quo fortassis literas accipit V. Cl. D. Cortanus: ideo ei ostendes hanc pagellam. Filiam tuam feliciter peperisse dicas et infantis generosam tuam naturam, ut

ut indicat sydernm positus quam mitto. Deus regat & servet nos & horum regionum Ecclesias & politias. B V. 16 decemb. 1546.

Cuidam.

SD. Venerande d. pastor, amice carissime: Etsi cogitatio omnis de bello dolorem adfert bonis mentibus: tamen legi scripta de iure defensionis non est inutile. Leuatio enim molestiae est, cum conscientia est tranquilla. Scitis n. adversarios movisse bellum ut deleant Eccliae doctrinam ac interficiant pios doctores & sacerdotes, & eorum filias ac coniuges ad stupra rapiant. Et intelligetis defensionem principibus mandatam esse. Talis conscientia ardentius petere a Deo auxilium & protectionem, & spe firmiori potest: ideo vobis libellum de defensione mitto, cuius lectionem spero vobis iucundam fore. Alterum exemplar detis D. Cancellario, sed ea conditione ut si adest illustrissimus princeps ne ei legat. B. V. die aequinoctij verni. Ao 1547.

Alteri.

SD. Vult Deus ecclesiam commonefacere de primo exilio cum ex paradiso eiecti sumus. Vult etiam de exilio sui filij cogitare, quem fecit ἁμαρτίαν ut nos pp eum & per eum fieremus δικαιοσύνη Dei: ideo eccliam semper exercuit variis exilijs. Haec vere cogitone eiecti aerumnas nras aequiori aiis feramus. Ubicunque sumus, cives erimus filio Dej. Studijs tuis ut sedem aliquam Deus attribuat toto animo pectore oro, & peti idem multorum piorum votis existimo,

Teg

Teq. oro ut nobiscum tua vota coniungas. In synodo Tridentina editus est articulus περὶ δικαιοσύνης τῆς πίστεως qui audacter & impie damnat vocem Evangelij sonantem in Ecclesijs nostris. Tua patria singulari constantia recusat insignia imperia pati. Marchio Albertus Casimiri filius e captus ab exercitu Electoris Saxonicae ducens exercitum ad opprimendos & interficiendos cives in Salinis. Mitto tibi libellum cuius lectionem voluptati tibi fore spero. Salutem opto Iosepho nro. B. V. & rescribe. die aequinoctij verni 1547

Ph. M.

CL. V. erud. & virt. praest. P. Ebero amico & fratri suo χαῖρε σὺν.

Φιλοθέῳ.

Non ed. S. D. Pecuniam Merianam si quaestori nondum exhibuisti retineas tamen numero istic. Si Sospes, Merij numerationem de debito mutavit, duplica mihi τελεσφόρητον μηστικόν. Conveneris cum meis versibus:

οἱ δὴ μαστεύουσι χάριτας μελέϊ ἔλπε δίκαιας:

Ἰατρεῖο ἄλλα βορά οὐδὲ φιλάρχειν. Si qui volant esse in Ecclesijs in Asiani διοικήσει veniant ad me ante ferias Paschales. Bene vale.

Ph.

CL. V. eruditione & virtute praestanti Casparo Cruciegero, doctori Theologiae, amico & fratri suo carissimo.

ed. S. D. Etsi sapienter inquit vir fortissimus apud Homerum: ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι

προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ· tamen non possum non retro respicere ad eam aerumnam nostram, idemque multis alijs accidere existimo, ac plus aliquanto curarum agitatione cruciantur animi quam ipsis [illegible]. Sed hunc dolorem etiam ferre discamus & a Deo petamus mitigationem aerumnarum. Bucerus singulari consilio ut videtur suam civitatem nobis purgat. Ad me nihil opus est hac apologia. Scio omnes spes illi pependisse a Macedone, qui postquam ἐπλήγη ἀλεγεινῶς [illegible], ἀπὸ κλίνας [illegible] nunquam dubitavi eam [illegible] civitatem abiecturam clypeum & hastam. De mittendo gubernatore Studiosorum ad montem Carpathum, scito Erasmum Medicum suam operam offerre, qui tamen prius isthic cum doctoribus medicinae deliberabit. Si alius erit mittendus, [illegible] contra deferendum id negotium illi qui nunc est in patria, & iudico idoneum esse & ipsi et & reip. plus profuturum esse in eo munere quam in Italicis disputationib. quas appetivit. De Hessio nihil agi nunc potest. Scripsi qualemcunque epistolam περὶ ἀθανασίας quam legito & si placet edere. [illegible] a [illegible] quod speramus [illegible] esse nostram [illegible]: sed Deus potest nos servare. Bene vale. Φ.

Cuidam.

ad Phil. mel.

S. D. Heri per literas Hervagio significatum, Ducem Wirtembergensem Christophorum & [illegible] copias gallicas easque ingentes contra Carolum adducere, atque eam ob rem alios equitum turmas qui

Noriberga

Noribergae fuerunt, illinc discedere. Vidimus heri ad vesperam hora octava in aëre meridiem versus ignis ingentes flammas spargentes ac volitantes magni incendij instar, duos primum, mox quatuor, deinde rursus duos, postea in unum coëuntes, qui & aliquoties quasi deficiente materia penitus extingui, atque iterum in clarissimas latiores[?] mag. flammas erumpere videbantur. Vidimus plerique eos fere ad horae dimidium, nec tamen vim nocuerunt. Judicarunt nonnulli pagi aut oppidi cuiusdam conflagrationem esse, sed satis clare apparet non humi sed in aëre superiori fuisse quicquid fuit. Coelum alioqui nubilum & pluvium fuit, nec ulla stellula conspiciebatur. Quid sit quid ve portendat ignoramus. Adfirmat Herningij familia a proxima die Veneris sibi visum hoc spectrum. Horrenda nobis narrantur de seditionum facibus accensis in superioris Germaniae civitatibus. Deus aeternus pater Iesu Christi horribiles illas flammas incendij publici per Germaniam extinguat, aut coelesti igne totam hanc mundi machinam dissolvat, nosque aeternum semel a praesenti miseria liberet. Amen. Bene & f. Vale & pro nob. ora. Datae. Gotae. 8 Cal. Apr. 1547.

Iust. Menig ad [illegible]

D. Danieli Greisero, pastori ecclesiae in Dresda.

Non ed. S. D. Venerande domine pastor, & amice carissime. Cum inter nos sit vetus amicitia & propter Christum una & perpetua duorum ginnasio[?] esse debeat

debeat, oro ut ea quae scripturus sum ita accipias, ne existimes me
sumere mihi aliquid autoritatis in tua ecclesia, sed tamen pro nostra
coniunctione meam sententiam tibi exponere decrevi. Deinde vero ecclesiae
tuae nomine rem prorsus honestam & hoc tempore valde utilem. Et ex tua
oratione, & variorum honestissimorum virorum Dresdensium senato
rum intellexi te ex his regionibus discedere velle. quod cum cives huius
commemorarent, simul ostenderunt & universam civitatem valde opta
re ut maneas, & a me petiverunt ut tuae ecclesiae nomine rogarem
ne discedas. Etsi autem tibi non deest consilium, & voluntates ipsorum
istic notiores sint tibi quam mihi: tamen opinionem meam significan
dam tibi esse duxi. Mutatio boni pastoris semper periculosa est,
maxime vero nunc cum post bellum difficilior sit gubernatio, reti
nendi sunt in statione boni viri qui doctrinam & rationem eius norunt:
nec facile inveniri mediocres idonei successores possunt, et si qui inveni
untur iis opus est annis aliquot ad considerandam & discendam
doctrinam & cetera quae gubernatori familiariter nota esse debent.
Nec hoc dissimulandum est quod benevolentia civitatis erga te maxima est,
quod quidem multum refert, aures & mentes auditorum assuefactas sunt ad
certam dicendi formam qua mutata vel minus intelligitur conciona
tor vel etiam opinionum mutatio sequitur. Sed vereor, inquies,
in Cattos. Credo impetrari posse a principe Cattorum ut permittat

ut

ut diutius ibi ecclesiam alius praesit eccle in Gresen, uel ut perpetuus maneas Dresdae, ac prior functio alteri mandetur, Ec in utramq. senten tiam scribo principi Cattoz. Nunc te oro eccle & meo noie ut ex his regionib. hoc praesertim tempore discedas sed retineri te nolis bonoz & auditorum utilitate sinas. Mutationes aliquam multae in eccltys hoc anno factae sunt, q studia populi erga ministerium Eglij, & inno cones languere faciunt: Nec ullum corpus aegrotum in periculosissimis morbis leniter tractandum est ~~Quare~~ q eccla. Mansi & ipse in his regionib. ne quid suspicionis nova sedes ulli pareret. Haec scripsi ad te simplici studio, teq. ut boni consulas bona eptm oro. Bene vale. die Laurenty. Witebergae. 1547. Ph.

Reverendo viro, eruditione & virtute
praestanti, D Iohanni Pfeffingero, doctori
Theologiae, pastori eccla Dei in urbe Lipsia
fratri suo carissimo.

Ed. Reverende uir & amice carissime: Multae graves causae sunt cur prosit, praesertim hoc turbulento tempore non fieri crebras muta tiones docentium in ecclesys, si modo recte doceant & mores sint tolerabiles. Quare & nos retineri Lipsiae malumus praesertim cum au diremus benevolentiam Ecclesiae erga uos non vulgarem esse, Sed am plissimus Senatus Vratislaviensis in literis ad me scriptis commemorat eccle

ecclesiae suae pericula, nec remittit obligationem, & arbitramur in ean-
dem sententiam scribi ad nos copiosius. Itaq[ue] consilium q[uo]d et
simplicissimum duximus esse tutissimum: Cum Senatus Vratisla-
uiensis non remittat obligationem, existimamus nos recte facturos esse
si amplissimo Senatui literis reuerenter exponatis necessariam cau-
sam migrationis: Vos in illo communi dolore permotos esse ut pro-
mitteretis ecclesiae Vratislauiensi; nec remitti obligationem, Quare
cum uincti teneamini uestra promissione, petatis ueniam dari ne-
cessitati. Si dimittent, nulla dubitatio restat: Sed si nolunt di-
mittere, in se causam deriuabunt & quaerent quomodo uos uel
illustrissimi principes Electores literis uel suis excusent: Id enim
mihi facturos se esse ostendunt. Etsi autem scimus nobis non
deesse consilium, tamen quid nobis uideatur plane scripsimus, &
hanc uiam agendae huius rei simplicissimam & minus perplexam
esse, maximeq[ue] conuenire fidei & grauitati uestrae iudicamus. Co-
tidie tamen & nobiscum & cum paucis alijs quorum fidem & sapi-
entiam magnifacitis, ac praecipue cum V. Cl. D Lodouico Fuchsio
si adest, de eadem re deliberare. In hac tanta maestitia tempor[um]
non mirum est uos inuitatos ad aliam ecclesiam alias impli-
catos esse obligationi: Quare existimationis uestrae nunc ratio
habenda est, q[uo]d speramus facturum esse prudentissimum Senatum

& tam[en]

& tamen Lipsicae simul Ecclesiae consulturum, quam quidem & nos pie ac fideliter regi & tranquillam esse maxime optamus. B & f. V. 20 July. 1547

Ph. M.

CL. V. eruditione & Virtute praestanti, Dn. Joachimo von der Heiden, Secretario In-clyti Electoris Sax. S. patrono suo.

Non ed. Clariss. vir. dulcissimi sunt versiculi Euripidis de misericordia erga calamitosos: ἐν γάρ μιν ἄρ ἄνθρωπος ἀνθρώπου τυχὼν δυσπραγοῦντι, ὦ [illegible]. Nec vero hos versus ita recito ut de ipso officio de quo loquuntur te admoneam, sed quia te virum doctum commemoratione talium dictorum delectari scio. Ut quisque maxime intelligit virtutem: ita maxime amat tales descriptiones & quasi εἰκόνας virtutum. Est omnino ut versus illi dicunt, conveniens bonum naturae leniri miseris calamitates: quod cum facias agnosco virtutem tuam & tibi gratiam habeo, & opto ut vicissim Deus tibi benefaciat. Oravi nuper, si defatigatum animum aulicis occupationibus nostri congressus nonnihil exhilarare possunt, ut quoties libet ad nos venias. Idem rursus significo, ac nunc te Paulus ad philosophicam coenam vocat daturus nobis lepusculum, quem ipsius condiet lepos. Bene vale. Philippus.

Academia Francofurtensi ad Oderam sita.

Ed. Apud Xenophontem Cyrus cum proponit edictum ut Agricolis parcant addit

addit causam, quia in ipso etiam belli incendio prospiciendum sit, ut quam
minimum sit belli: quod nos quoque hoc tempore imitari decet. Etiamsi
Conmilitantium imperia, cuiusque rei multae sunt causae: tamen interim quaedam
foedera communia religionis & naturae servari oportere sciamus. Diligamus
Ecclesiam ubicunque est, Diligamus cognatos & amicos ubicunque sunt, & eis
leniamus aerumnas: ita in ipso bello minus erit belli. Id cum ab Illmo
Electore Marchione factum sit in hoc bello, qui & lenire mala publica
studuit & tamquam Nestor inter duces politicos suae & privatim
multis opem tulit, virtus eius perpetua laude digna est: Ego quoque
& publico & meo nomine gratias ago. Deinde quod & Academia vestra
exemplum sui principis imitatur, ac mihi in hoc exilio dedit hospitium,
vobis etiam pro illa erga me benevolentia gratias ago, Ac levationem
mearum miseriarum magnam fore ducerem si contingeret in illa fre-
quentia doctissimorum virorum qui omnium artium cognitionem complectuntur
& foveant, vivere. Cumque nondum certam sedem habeam, aliquanto
post de mea voluntate & ad Illustrissimum Electorem Marchionem & ad vos
copiosius scribam. Nam accersitus sum Witebergam ut de tabulis
nostri naufragij deliberemus, & rationes quaedam referendae sunt. Ad eam
etiam lucem editioni quarundam lucubrationum quas multo ante pro utili-
tatem adolescentiae institui. His absolutis fortassis peregrinatio in
alia loca suscipienda erit, quam ut Deus gubernet oro, qui cum sit
fons doctrinae & Ecclesiae conditor & servator, toto animo pectore oro

ne

in studia dria extingui sinat sed servet tum alias Academias in qb. velle inuocatur, tum nostram q in his regionibus nunc unica domicilium est Caelestis doctrinae & integrae Philosophiae. Bene valete. Calend. Augusti Anno 1547. P. M.

Reuerendo Viro, eruditione & virtute praestanti
D. Iohanni Bugenhagio Pomerano, doctori Theo
logiae, pastori Ecclesiae dei, in oppido Wittemberga
patri suo colendo.

S D. Ingentem dolorem annos totos decem circumtuli in q de paterno affectu erga natos cogitanti saepe in mentem uenit has στοργὰς naturae humanae insitas esse ut sint commonefactiones de amore aet. patris erga filium, & deinde erga nos. Remoueamus igr a Deo Stoicam tranquillitatem, & uere nos diligi statuamus, cum condita στοργή in natura hominum testetur in eo etiam esse uerum & flagrantem amorem. Etsi autem de filiae morte eas mihi consolationes ppono, qs scribis: tamen cum & sensus aliquis maneat paterni desiderij & doloris, & ad domesticum uulnus accedant publici dolores multo acriores, hic me concursus miseriarum duriter excruciat. Sed Deum oro ut publicas & priuatas calamitates nobis mitiget: Ago etiam ei gratias qd filiam meam in tranquilliorem uitam euocauit. Vobis uero gratias ago qd in hoc meo merore tam patrio animo meum tulistis, & Deum oro ut nos mutuae Ecclesiae domesticae & publicae seruet incolumes &

& nobis etiam certum publicam & domesticam servet. Scriptum Boemicum ad nos intra paucos dies afferam & de restitutione Synodi nobiscum deliberabo. Reverendissimo dno Episcopo Naumburgensi salutem opto. Bene & feliciter valete. die 29 Martij. Ao 1547. Scriptum

P. M.

EIDEM

Reverende dn. pastor. Etsi in tanta solitudine nostra de publicis periculis non libenter onero vos negotijs: tamen causa viduae Marlini Oeconomj indiget vestro patrocinio. Erit felicior defensio, si erga viduas & orphanos minus benefici. Scripsi de bonis ad Castronem & ad consulem. Tantum hoc petimus, ut negotium illis commendetis. Rem petit iustam, ut aut emantur ibi bona aut concedat ut ipsa abducat ea. Bene & feliciter valete. die 22 Novemb. P M.

ed.

Integerrimo viro, eruditione & virtute
praestanti D Vito Winshemio,
amico & fratri suo carissimo.

Carissime Vite: Simul animum meum multi magni dolores ex cruciant. Doleo principem virum bonum & integrum in causa bona in tantas miserias incidisse, ecclesiis doctrinam mutari, studia pulcerrime instituta in Academiola nostra deleri, nos distrahi, amicos viros optimos amittere & nidos suos & fortunas, irrideri nos ab adversarijs, postremo me quoque cum familia in exilium pelli

Non ed.

Sed

Sed oro Deum ae. patrem d. n. J. C. ut mitiget nobis omnib. aerumnas. Heri huc rediijt doctor Augustinus qui narrat principem cymba in Albi advectum esse incolumem in oppidum nostrum. Quo consilio mi serim familiam meam istuc, ne ipse quidem satis dicere possum, sed misi tamen, quia puellis melius: alioqui prorsus hic manerem & expectarem omnes casus: Nam nec nugari libet nec vitae longioris spem habeo, sed Hispanos & Italos audio multis in locis suo more crudelitatem in puellas exercuisse. In oppido Aldenburg Augustino pastori duas filias abduxerunt, Ideo misi istuc puellas meas, & ego intra biduum sequi decrevi: Interea tibi familiam meam commendo. Viatico instructa est, Tantum oro ut interea torne animo paterno aio meum filiam meam mear. B. V. 26 Aprilis 1547.

EIDEM, Dno Magdeburg.

Non ed. Charissime Vite, Nescio an hanc epistolam acceperimus sis. Curavi enim Aurigis reddi qs ipse inquirere non potui in tanta amplitudine urbis procul dissitis cauponis. Venimus, Dei beneficio in urbem Brunswigam incolumes, ut nunc quidem in hoc tam tristi exilio incolumitas dici potest. Nihil in via militum vidimus. In urbe Cassidopoli etiam Senatus publica liberalitate sumptus praebuit tibi & Georgij familiae. Utramq. familiam hic apud Abbatem collocavi, Ego diverti ad Medlerum, hoc biduo quaesiturus latibula in quo meos abdam. Copiae Bremam obsidentes hic nondum

formi

formidantur, et dr Bremenses eruptione facta recens trucidasse mul
tos in exercitu hostili, et in his unum ex precipuis ductorib. Sed
uel hodie uel cras explorationem scribam. Bene vale. die 4 May. Sa
lutem opto omnib. collegis: quo dulcissimo nomine utor, etiamsi
rem nobis fortuna eripuit. Anno 1547.

EIDEM.

Carissime Vite, Aurigis literas dedi, quas an redditum sint nescio. Non ed.
Nunc Lubecensi iudaeo ministro do alteram epistolam. De bello mirum
hic silentium est. Mansfeldo dux misit epistolam ad Senatum διηξουσαν
τον οικον διαλλαξουσαι των αυτοκρατορι τον μακεδονα. Se
natores huius urbis excipiunt nos satis comiter, et hospitia
mediocria hic inueniuntur. Curato ut et ad me scribas, ac ra
tionem ineas mittendarum literarum per tabellarios quos Senatus mittet.
B. V. Salutem opto uiris optimis, collegis nostris. Die 5 May.
A° 1547. Tu quoque mittas literas per nostri senatus tabellarios. Brunswig.

EIDEM.

Carissime Vite: Ut Demosthenes in postremo exilio mansit Non ed.
in Calabria, unde aspicere uicinam Atticam potuit: ita nec
ego quoque discessi a nostra academiola dulcissima sede, ut exitum
obsidionis expectarem: Denique assiduis uotis et gemitib. orani
ut nostros ciues ibi seruaret. Deditione facta mox misi eo

nuncium

nunciũm, & scripsi ad Oberenburgerũm de nostris aedib. Epistolae exemplum mitto, Vos quoq. spero iam eo misisse nuncios. Ubi meus tabellarius redierit, iter ad vos suscipiam, Deo juvante. Hanc epistolam uolo tibi communem esse cum Erasmo & Marcello carissimis amicis & collegis: quo nomine utemur, etiamsi res amissa videtur. Sed Deus alicubi sedem studijs nostris attribuet. Bene valete. In Pentecoste. 3056 Anno 1547. Hortusiae. P. M.

EIDEM, Rectorj.

Non ed- Meministi me loqui cum Magistro Iohanne qui praefuit uiduae Ecclesiae in Isleben de agris locandis illi honesto viro qui antea praefuit ei Ecclesiae. Ut hac locatio fiat, petunt d doctor Martinus & D D Ionas, & ille ipse qui praefuit Ecclesiae promittit se aequis & usitatis conditionib. conducturum: quod si facit aequissimum est ut ipsi potius locentur, & puto profuturam successori. Satius est habere colonum divitem ac non rixosum quam alium dissimilem, Et prodest successorj voluntates retinere tum ipsius qui antea praefuit illi ecclesiae tum amicorum eius. Rogo igitur ut hanc locationem fieri cures, sic tamen ut fiat aequis & usitatis conditionib. Bene vale. die 20 Augusti. Witeb. Hoc tibi significare sum iussus. 1540.

EIDEM.

Non ed- Magnifice d. Rector, Mitto vobis epistolam de negotio Helderiensi, de

de quo coram cum dno Pontano loquar. Mitto & conviviculum dicendam in promotione a filio vestro, quam utinam recitaret non tantum voce clamosiore, sed tantis clamorib. ut exaudire ea omnes boni in tota Germania possint. De Plumeius aedib. cupio scire quid fiat. Nam melius illius ἐνευβατον τέχνας, & vellem porfiri emptionem. Bene valete

RECTORI.

Nov ed.

Mag^co dne Rector. Tradidissem tibi heri post cenam homericum ro- dicem si venisset in mentem: sed vides me non esse μνημονα σύμβολον, praesertim vespari: Nunc mitto. Cupio tamen i. tibi sig- nificare adventum D Pontani. Hodie mihi honestissima matrona eius coniunx dixit, adfuturum intra biduum. Quare spero conventus καταστροφήν esse ειρηνικήν, et mea somnia hac nocte novos con- ventus significant. Si quid audies mihi significabis. Differam etiam deliberationem περὶ τοῦ quadam τινός συγγράμματος μέχρι τῆς παρουσίας τοῦ Πεινλέους.

Mag^co Academiae Viteb. Rectori, M. Vito Wins hemio, Viro optimo & egregia doctrina prae- dito, amico suo carissimo.

Non ed.

Quod faustum feliq. sit, hodie iter ingredimur, ac fortassis hunc nostrum tabellionium antevertemus: sed tu ipsis expendendi ea

dedi

dedi ei hanc epistolam. Cum princeps abest, literas intra aliquot dies obsignari non poterunt, in quibus de sacerdotiis respondet. Senem ipse allocutus cum D. Pontano de autoritate suffragationis Academiae. Etiamsi autem quid responsum sit audies, tamen decano[?] ... & petitioni nihil officit. literas adfert alius quidam Vitebergensis ... qui adest & reditum principis expectat. Non videbatur opus esse ut vester tabellarius diutius maneret, cum incertum esset quo die princeps rediturus esset: Ideo boni consules quod literas non adfert. De conventu nihil habemus, etsi spes est brevi futuram ... quae ut placida sit & tranquilla, faciat Deus. Deliberant de instituenda collatione, sed prius volunt restitui Ecclesiasticas facultates. hoc spero correctius & remissius esse. B. V. die 22 July. Ao 1540. Phil.

Paßbart.

Nach deme der Wolgeborne vnnd Edle Graff vnnd herr, h. Wolfgang Graff zue Stolberg vnnd Wernigerod, m. g. herr, mir genadiglich ein geleite gegeben hatt, welchs deggen diesen[?] stift auch wegsenfell: bitt ich dinstlich mich vnnd mein geräthe dz nicht anders ist den bette vnnd etzliche bucher gunstlich durchzulassen, dieweil ich doch niemandt zue schaden vmbzihe vnnd hab auch kirchen vnnd schulen trewlich vnnd nützlich gedienet. Gott woll vns allen ein genadigen friedt geben,

Datum

Datum in Braunschweig, am heyligen tag der auffarts gen him
mel unsers heylandts Jesu Christi. A° 1547.

Philippus Melanthō.

Ein ander.

Gottes genade durch seynen eyngebornen Son Jesum Christum
unsern heyland zuvorn. Wunsche Ich Philippus Melanthon allen
so diese schriefft vorkombt, unnd bitte sie guttwilliglich zur
vornehmen, dz zeyger dieser warhafftigen schrifft, dieser Junge
knaben Sebald unnd Leonhart Münster, Doctor Sebaldi Münste-
ri seligen von Nurnberg sohne, unnd arme waysen, züchtige, gott
fürchtige wollgelarte fleissige schüller seindt, unnd haben diese Reyse
aus grosser notturfft vorgenommen, nemblich dz sie noch zur stewe-
ung d universitet zur Wittenberg, wiederumb zur Ihrer freundt-
schafft In Nurnberg kommen, darumb auch Ihnen dieser burg-
er von Northausen Hans Ihenarch der mitt Ihnen gehet sie gen
Nurnbergk zu füren von Ihren vorwandten zugeben ist. Die-
weil sie den niemandt zur schaden umbziehen, und sind züch-
tige Junge Leuthe, zu dem dz sie auch arme waisen sinndt,
ohne Vatter unnd Mutter. Kan sich ein Ehrliebender unnd Christ-
licher Man selbst erinnern wie er sich geg Ihnen halten soll.
So bitt ich gantz ~~freundlich~~ fleissig unnd umb Gotts willen
alle

alle die so dyser brieff vorkompt, wollen die unterhindt
Ihenweg ziehen lassen, unnd Inen als zuchtigen Jungen
wollgelartten knaben unnd armen Kriegern furderung erzeig.
Dz ist dem ewigen Almechtig Gott gefellig, der auch solche
wolthaten genadig belohnett. Datum Northausen am tag
Viti. Anno 1547.

Chiliano Goldstein.

Non ed.

Etiamsi sic satis occupatus eram in apparanda apologia causae
nostrae, vel potius ἐξομολογήσει, tamen dedi has ad te literas Erasmo
tuo semel atque iterum hortanti me ad scribendum. Hodie vero ad
ipsius voluntatem accessit & alius hortator: concionator vestrae patriae
salutem mihi tuis verbis dixit quae erat gratissima, & rogavit
ut si quando possem commode, tibi significarem quid hic fieret.
Nos hic toto fere mense desidemus expectantes adventum τοῦ
αὐτοκράτορος: nondum enim adest. Scis autem hoc absente ni-
hil rarum rerum geri quarum nos omnes ac nos quoque expectatio
magnopere angit. Nondum etiam certo scimus an omnino decreverit
cognoscere controversias religionis. Non enim dubium est quin omnes ἀρ-
χιερεῖς miris machinis oppugnant animum Caesaris ut a cogni-
tione absterreant. Reliquum est igitur ut nos oretis nobiscum Christum
qui certe ascendit in coelos ut daret dona hominibus, velatam hanc [illegible]
veritatem collocare nobis commodae. Unus enim est in aula Caesaris
Cancellarius

Cancellarius, summus doctor Mercurinus vir sapientissimus, quem aiunt constanter in hac manere sententia ut sine violentia res cognoscatur. Fortem esse Carolo quinto Imperatori plane quod Ulpianus tunc erat Alexandro Severo. Hanc apud imperatorem et autoritatem et gratiam pepererunt ei summae ingenij dotes, prudentia ac scientia civilium rerum maxima, cognitio nostrae disciplinae et aliarum literarum nonvulgaris. Augustae. die Ascensionis filij Dei. 1530. — Φ.

Mercurinus.

Joanni Caesario.

Non ed.

S. Commendo tibi hunc iuvenem, mi Caesari, teque rogo ut eum pro tua humanitate summa complecti velis: magnopere enim cupit se insinuare in amicitiam tuam, ut eruditissimis ac suavissimis sermonibus tuis frui tantisper possit dum istic erit. Veni enim in academia aliquantisper esse putabit, si id ei contigerit. Dabis veniam brevitati literarum. Nam hoc tempore ne mea studia quidem me delectant, quibus alioqui nihil habeo iucundius. Vale καὶ διατελεῖ ἀεὶ φιλῶν με ὥσπερ εἴωθας. — Φ.

Illustrissimo principi, Duci Wirtenbergensi.

Gottes genade durch seynen eyngebornen son, Jesum Christum unsern heyland zuvorn. Durchlauchtiger hochgeborner, genediger furst unnd herr, E. f. g. genedige schrifft und erforde rung

rung hab ich in unterthenigkeit alhie zu Northausen in Duringen entpfangen, Den bald im anfang dieses erbermlichen kriegs ist der universitet personen zu Wittenberg bevhell geschehen sich aus der Stadt zu machen dieweil kriegsvolck darein gelegett worden, Also ist gemelte universitet die warlich zimlich geordnett unnd mitt allen loblichen künsten gezirett gewesen den vergangenen winter zurstrawet worden. Nach dem nun E f g nicht allein mich sondern auch mehr personen genediglich erfordern, danck ich E f g in unterthenigkeit, unnd will dieses E f g genediges gemüet andern ehrlichen gelarten Mannern, die zum teil noch in Wittenberg, zum theil in die Mark gereisett sind, fürderlich anzeygen unnd wiewoll mein verstand geringe ist, unnd ich nun durch allerley betrubnus schwach worden bin, Auch an etliche ort pflicht erfordert, so will ich doch gleichwoll mitt Gottes hulff in E f g land zu Stadgartt od Tubingen für künfftigem herbst ankommen, unnd solche meyne ankunfft E f g vor volfenglich anzeygen, anzuhoren zu welcher arbeit Ich in E f g Universitet zu brauchen seyn solt. Den so es ein professio unnd arbeit were, darzu ich tüchtig, ist war das ich mit aller threu Gott unnd d Christlichen kirchen in eyner solchen Christlichen universitet am liebsten dienen wolt. Es sind

durch

durch gottes genaden die Studia schön in disen landen ange-
richt gewesen, wie wol etliche nicht geringe schwachen dabey
angeklebet, vnnd ist der vnselige krig darein kommen aus
blinden vrsachen, die ich selbs nit grundlich weis, dadurch sie
sehr verloschen worden. Der Almechtige Gott wolle gene-
diglich die grosse straff lindern vnnd in gantzem Teutschland
nach wie darum fridliche vnnd selige regiment geben, vnd
genad verleyhen, dz rechte lehr vnnd anruffung vnd christliche
Zucht erhalten werde, vnnd auff die nachkommen erben möge.
Daher wolle E. f. g. als ein hochlöblicher furst, wie sie andere
loblich gethan, die armen Studia genediglich schutzen vnd fordern.
Dz wird Gott ohn zweyfel genediglich belohnen, vnd wendet
dagegen die zeitlichen straffen die in disen letzten zeyten
der welt mancherley furfallen, lindern, vnd solchs forst
vnnd fur ein Erbe vnnd kirche in E. f. g. landen erhalten.
Wie es ietzundt in disen landen stehet, hab ich in beyge-
legtem zetel verzeichnet. Hiemit sey E. f. g. dem lieben
Gott befohlen. Geben am 5 tag Juny. A° 1547.

E. f. G.

vnterthenig Philipp. Mel.

Vito Amerbachio.

S. D. Cum hinc ad nos adolescens David iter facturus, non potui

Non ed.

potius facere quam ad nos dare tuas, tametsi argumentum deesset: id uero fit nostra culpa qui neque adeo raro tibi scribitis: quo minus mihi suppeditatur materies in epistolis. Negotiosam diuis scholam habemus in qua occupatis non uacat scribere: Ego uero tibi non concedo, Vitus. Etsi norim sedulitatem & studium tuum, me putem plus negotij tibi istic esse quam in hac urbe mihi et ubi domesticus ludus, publicum munus, rei familiaris cura, miseria ualetudinis penè me enecant. Certe id affirmare possum: πόνον πόνῳ πόνον φέρει, quemadmodum ex Graecis quidam prius scripsit. Tu ita urge studia tua ut memineris tamen & ualetudini seruiendum esse. Non enim et de nihilo quod in Apollinis oraculo Socrates extare dixit: ἄριστον εἶναι ὑγιαίνειν, δεύτερον καλὸν φύσιν πλουτεῖν &c." A V.

"Hoc nuper ad hunc uirum scribam"

Non ed.

EIDEM.

Fortassis mihi alijs temporibus iucundiores tuae literae fuerunt: gratiores nullae unquam fuerunt. Est enim mihi perspecta in illis perpetua erga me beneuolentia & fides minime obscuris testimonijs & argumentis. Sed certo consilio non statim ad tuas literas respondi; tantum scripsi nescio quid gymnasiarchae quod etiam secutus consilium in ipso meo libello quem respondebam ea epistola. Si iudicium existimo tibi satisfactum esse. Ego ingenij laudem neque capto neque ambio. Ex translatione sacrarum literarum illud unicum studuj ut simplicissime exponerem quos locos maxime

me urgere docentes in Ecclesijs optarim, Reg. me respondi graviter fe-
re, si tamen non ut καῦλος αὐ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ iudicatur. Nunc inter
me & gymnasiarcham nostrum satis convenit. De alijs reb. scribam
alio tempore. Tu, quod facis, perge nos amare καὶ τὰ παρὰ σε σήμερε
Est. n., ut scis, illa homine studioso virtus imprimis digna. Vale.

Guilhelmo Reifenstein Stolbergensi.

Accepi literas vestras de missione Erhardi. Emisimus itaq. vobis alium   Non ed.
paedagogum, ut spero non omnino deteriorem Erhardo. Est enim ei
nomen Marcellus & e francus ex oppido Kungsberg, ac nobis iam
diu optime notus. Mores sunt castissimi & minus habentes Saxo
nicae feroritatis. Doctrina in his iuvenilib. artib. & in philosophia
aliquanto, ut ego existimo, maior quam in Erhardo. Fortasse minus
compositus est ad pompam & ostentationem: sed hoc non requiritur.
Spero itaq. vobis placiturum esse hominem quem quidem invitus
ex schola dimitto. Nondum aliquid promisi Marcello, sed ubi inde
rite, liberum me vob. dominum scripsere aut remittere. B. V.

Magistro Marcello.

Gratissimae mihi literae tuae fuerunt. & quae testes sunt benevolen   Non ed.
tiae tuae erga me eximiae. & quia de genere doctrinae quod mediocri
studio & bona fide explicare conatus sum, sententiam pone ut in

Synodo

synodo dicunt. Deus qui est καρδιογνώστης scit me gravissime veritatem & toto pectore sophisticen odisse, atque illam in explicando sinceram diu tueri ab alijs, quia necessaria est συζήτησις quam & filius Dei sua voce nobis commendat inquiens ad Petrum: Et tu conversus confirma fratres tuos. Sed haec alias, etsi non est inutile nos etiam in his privatis literis relinquere nostri iudicij testimonia. Nunc fortasse propter bella quae odio veritatis a diabolis excitata sunt, nos tui labores paucioribus probantur: sed speremus Ecclesiae ἐσομένῃ nobis non defuturam esse. Horum etiam bellorum eventus reget Deus qui se nobis saepe opitulari cum nulla sunt auxilia humana, illustri exemplo testatus est quando post Adae & Evae lapsum ex illa sua arcana sede prodijt immensa misericordia decretum reconciliationis proferens, & rursus Adamum & Hevam cum sua & omnium creaturarum iudicio poenas in aeternis miserijs manere existimarentur. Magnam ex hoc exemplo consolationem capio quod ideo commemoro ut te quoque & alios excitem ut tali testimonio confirmati petatis & expetetis nunc a Deo auxilium. De rep. haec audimus. Hodie, quod faustum & felix sit, convenire dicuntur Marchio & Gener. Marchio his diebus Gotthae inspectionem militum factam a duce Johanne Wilhelmo alienissime, quod signum est ὑπονοίας. Literas vidi Medici doctoris Marcelli scriptas in oppido Bensen quod supra Tremonstum tantum v milliarib. distat: & recens scriptae die 8 Decemb. Spero
igitur

igitur, Dux dicente, iam non procul a Thuringia abesse electorem. Cer-
te opus est Witebergae matura liberatione quia commeatus impediuntur
et populo ac militibus potius deerit, si non aliquando post depellentur
hostes. Bene et feliciter vale. die 21 Decemb. 1546. Clarissimo
viro D. Paulino salutem opto. Φ.

EIDEM.

Etsi conscius mihi sum imbecillitatis meae: ~~tamen~~, neq. agnosco mul-
to ~~magis~~ minus ἐπιτροπίαν me quam erat Paulus: tamen angi cura
me salutis Ecclesiae et horum politiarum consilium opinor. Et hoc anno minan-
tur nobis non solum eclipses sed etiam πολυπραγμοσύνας nostrorum.
Coniungamus igitur vota, ac precemur ut Deus aeternus pater Domini
n. I.C. faciat ut hic veniens annus faustus et felix sit Ecclesiis
Christi et earum hospitiis, et his nostris Academiolis in quibus sonat vox
omnium honestarum artium et doctrinae caelestis. Tibi etiam et tuae
domesticae Ecclesiae faustum annum et felicem opto. Pro Xeniis tibi
gratias ago: sed nollem tam splendidum munus a te mitti, Teq.
malim habere tuae oeconomiae rationem. Quod vero de meis lucubra-
tionib. scribis, iudicij testimonium esse statuo. Certe res pias et neces-
sarias volui proponere, nec lividorum iudicia moror, sed illud Calli-
machi eis dicamus: ὁ δὲ Μῶμος, ἵν᾽ ὁ Φθόνος ἔνθα νέοιτο. B.V.

EIDEM. Φ.

Non. 63.

Non. ed. Die proxima eundum est mihi Torgam ut inde ad conventum profisiscamur. Ibunt nobiscum Dnis Henrici Dresdenses Theologi: his additus est Pistorius Iuris consultus, inimicissimus doctrinae Evangelij. Sic miserunt nugatos & legatos οἱ ἄρχοντες. Pene exanimor cum cogito τῶν ἀρχόντων πανουργίαν καὶ συκοφαντίας. Quare velim statuas longe me apud te malle versari quam apud illa τέρατα ἔχοντα ὀνόματα τῶν ἀρχόντων. Veniam igitur cras ad te nisi noles. B V.

EIDEM

Marcello φιλτάτῳ, καὶ σπουδαίῳ τῆς καλλίστης διδαχῆς κληρονόμῳ.

Non. ed. S. Arbitror te legisse versiculos hodie editos in gl. scripsi: formicis gaudere formica, cicadis cicada. Nusquam igitur putes me malle esse quam apud te, mei loci atque ordinis hominem: Et socerum tuum ac socrum egregia virtute mulierem semper propter utriusque probitatem colui. Sed vocatus sum ad coenam a D doctore Martino, arbitror & Dnm Milichium fore apud D Augustinum: nam et ego eo vocatus sum. Quare mihi hoc tempore dabis veniam si non venio. Erimus alias una, & voluntate atque animis semper una sumus. B V.

EIDEM.

Non ed. S. In Deo inquit Paulus sumus, vivimus & movemur: Nec dubium est vitae autorem, generis conservatorem esse Deum aeternum patrem liberatoris nostri Iesu Christi. Quare hunc Deum oro ut tuam

coniugem

coniugem & sobolem servat incolumes. Nec dubitemus audiri preces nostras cum labiis dicat filius Dei: Petite & accipietis. Bene Vale. Gratum mihi fecisti, quod significasti τὴν εὐδοκίαν.

EIDEM.

S. Iam accepi tuas literas à Palatino, in qb. etiam de Bornensi schola scribis. Desideratur γυμνασιάρχης, non hypodidascalus. Quare non des commendationem illi qui petiuit. Alium n. habeo aetate & eruditione superiorem. Quid quod hic obrepere voluit, neq. fefellit mentione hypodidascali. ὢ μελαγχολίας*. B V.

ἡγεμονεύειν καλοῦ διεῖ; *

Non ed.

EIDEM.

S. Dixi Bornico adolescenti, te non gravatim eum recepturum in disciplinam & ad mensam, ubi Oeconomiam institueris. Interea velim cures ut habeat alicubi mediocrem mensam; tunc hic abest potest tuum locum apud M Wendelium occupare. Ego bene te ne curas. B Va. Le καὶ τὴν νύμφην ἀσπάζου. ἔστι γὰρ καὶ ἐν κενεοῖσι φιλήμασιν ἁδέα τέρψις.

Non ed.

EIDEM.

S. Mi Marcelle, hic iuvenis Herzbergensis & filius Diaconi in ea Ecclesia, hominis franci bono ingenio praediti. Pridie .n. operam ante eum ... scriba Senatus. Rogo ut adolescentis scripta interdum emendes ac studia inspicias, & si alicui scholae hypodidascalus quaeritur ad quam hic videtur idoneus, eum commendes amicis. B V. 1540. XI Iuny

Non ed.

EIDEM.

Mi

S. Mi Marcelle, hic adolescens Boiemus Johannes ab albis aquis [?] est mihi diligenter commendatus literis Senatus Pragensis, nec est rudis literarum, sed opus habet formatore styli. Oro te ut ei tuam operam in emendationibus promittas. Dabit mercedem. B. V. Cupio ut ad me venias. loquar .n. tecum de adolescente Bamelbergio, & quae mihi iam opus est talaria, adferri cum cupio. B. V.

+

EIDEM.

Non ed.

S. Fuit hic apud D. Doctorem Hieronymum nuncius, civis, ut opinor, Northusianus: huic eram daturus literas, & quidem scripseram, sed ipse mane abijt priusquam meas literas accepit. Nunc idem argutum [?] relixandum est. A principe non potuit impetrari ut permitteret mihi, ut in Galliam iter susciperem. Causas ex me coram audies: Ergo non invitus regum congressus vito: Nosti illud Sophocleum τὸν τι τυραννι ου ευσεβαν [?] ...

+ Die proxima Septemb. 7. Witebergam proficiscar cum Myconio & Menio ad theologicam disputationem. Nam Doctoris titulus confertur Wellero & Medlero: inde statim Deo volente, redibo. Audio adhuc aliquid contagij esse Witebergae, ideoq. existimo nos hic hiematuros esse. Sed si libet expectabitis a me literas, ubi ex Witeberga rediero.'' Mitto tibi textum disputationis agendae Witebergae. Ego iam his [illegible] [illegible] [illegible] nundinas. 4 Sept.

Φ.

'' Saluta meis verbis maecenatem dominum & dominam,'' Non ed.

Doctissimo viro M. Marcello docenti libros D. Guilhelmi Reiffenstein.

S. Non potuit impetrari a principe nro ut permitteret me in Gal liam proficisci. Scio .n. quid illi congressus habeant, ai ταλαιπ ἔργα δυσ. Haeremus igr lenae cum schola reliquijs. & quia audimus ho: tebergae adhuc nonnihil contagij nasgari, hyematuros nos hic esse arbitror. Quare si videtur huc venietis & ipsi. Nam nostra officia & studia vobis non defutura sunt. Sed si libros relinqui domi pater volet, Meum filium & fratrem & Chilianum tamen velim oneri tec Dn. Gabrieli Guilhelmo dividas. Significabitis igr quid nob. expectandum sit. Bene vale. Saluta universam familiam.

Non ed.

Philippo M filio.

S. Marcello te commendavi, cui vide ut studiose obtemperes, & modestiam cum erga eos tum maxime erga D hospitam & dominam scias tibi diligentissime praestandam esse. Cura etiam ut mane tua vitam Deo commendes. B V & saluta meis verbis reverenter Dnam C.

Non ed.

Marcello. in Stolberg.

S. Nullam volo te, mi Marcelle, aliam causam suspicari tam diuturni silentij mei quam occupationes meas quae tibi non sunt ignotae. Semper .n. amavi fidem gravitatem & singularem in studijs diligentiam tuam. Has virtutes non possum non amare si modo pelus me humani nihil a me alienum putare: nihil quae igr quod de mea erga te voluntate dubites. Hic inventus rogavit ut eo tibi commendarem

Non ed.

darem, & meo iudicio dignus est quem complectaris. Est ingenium ad literas appositum, si modo cultura accesserit. Pater enim certo consilio hinc abducit, & uidetur apud te posse proficere, si enim uolueris exercere faciendo tamen in soluta et in uersib. Velim etiam eum in dialectica & in elementis mathematum exerceri. Spero eius consuetudinem fore utilem tuae scholae: nam eius exemplo accendentur hi ad diligentius scribendum. B V. & rescribe. Tuo hero & uniuersae scholae salutem opto. Pridie Galli

S.

EIDEM.

Non ed. S. Respondet [illegible] de domo ut leges. Si recte intelligo aut pompam [illegible] numerari iubet 900 annos; aut 90 & 50 si dies solutioni dandus erit, ita ut 300 mox numerentur, ut leges in eius epistola. Mi Marcelle, utriq. bene uolo, sed tamen te adhortor, ut quid possis praestare considerans & quicquid promissurus es ille ἀκριβῶς exiget. Vellem te cum prudentib. & hoc negotia intelligentib. διαλέγεσθαι de precio statuere & de singulis circumstantijs, itq. tua manu perscribere. B V.

EIDEM

Non ed. Charissime Marcelle: πέμψον μοι ὑπομνήματα τοῦ Βοετίου εἰς τοπικὰ κικέρωνος: ὠφέλιμα γάρ. τεῦχος τῇ ἐκκλησίᾳ διαλεκτικὸν παρασκευάζω, καὶ πρέπει ἡμᾶς βοηθεῖν τοιαῦτα σπουδάζοντα. Ἔρρωσο.

EIDEM.

Non ed. Τοῦτο μέγας μικρὸν ἐστι γαμήλιον: ἄλλο δὲ μεῖζον σπουδάζει δοῦναι ὦ φίλε θυμὸς ἐμός.

σοὶ γὰρ ἀεὶ ὑμέναιον ἐπευχόμενος εὐτυχῆ εἶναι
καὶ σε βίου χρηστὸν παντὸς ἔχειν φύλακα.
Εὐσεβέων δ' εὐχὰς ἀθάνατοι δῶς' ἔσσιν ἀγαθαὶ
ἔξω μὴ ἐμοὶ χρύσου ἀντὶ θέλοιμι τυχεῖν.

Φ M.

EIDEM.

S. Mi Marcelle, parum de me liberaliter sentis si me putas tam accurate inquirere in tua facta. Ego vero plenius amicitiam nostram facio quam ut ὀφθαλμὸν [illegible] ut noceant, meum de te iudicium minuerem. Delector orationis tuae copia & amplitudine. Tu modo curas valetudinem. Iam iam scribam alias: nunc enim mire sum occupatus. Illum locum tuae epistolae non animadverti. B V.

Non ed.

EIDEM.

S. Carissime Marcelle: Rogavit me D Michael Northusianus ut tecum deliberem περὶ τῆς τῶν παιδίων αὐτοῦ τροφῆς καὶ διδασκαλίας. Quare te rogo, ut vel post D lutheri [illegible] me alloquaris vel cras post tuam lectionem audire tuam sententiam cupio. οὐ γὰρ ἀνωφελές ἐστιν αὐτῷ πατρὶ καὶ μοι ἢ ἐραστὴν ἀποδεχομένῳ ἐκ τοῦ οἴκου σου. Quaeso te, mi Marcelle, mitte mihi quaedam loca de Alcathoe arce quia Emerico quem est in Salinis narratio quorundam locorum in Epicedijs mittenda est. B. V. Φ.

Non ed.

Martino Lutero.

17 dieb. ante obitum illius scripta

Non ed. Reverende domine doctor. Honestissima matrona coniunx tua & de te & de dulcissimis filijs valde sollicita fuit cum flumen longius inter misse audiuissemus. Nam de amne Sala ante literas vestras nihil audiuimus. Gratam igitur rem & honestissimae coniugi tuae & nobis fecisti qd literas de commoratione vestra in Salinis misisti. Nunc Deum aeter nu[m] p. d. n. J. C oramus ut nos oes incolumes reducat, filij eter constituta inter principes Mansfeldico concordia. Hic Dei beneficio tranquillitas e. & ut sit diuturna Deus faciat. Adhuc etiam de conuentu ad Danubium silentium est. Mortem ducis Luneburgensis Ernesti boni principis qui Deum vero pectore coluit valde lugemus. Deus servet & regat ceteros principes amantes Eccliam Dei. B. & f. Vale. Vlta Januar. 1546.

Ph. M.

Amplissimo Dno Cancellario, Gregorio Bruck, doctori Juris, patrono suo obseruando.

Non ed. S. Amplissime domine Cancellari. Doleo incidisse tantam offensionem, nec tantum mea causa doleo, sed video ex qualibus dictis interdum quanta incommoda publice oriantur. Meam purgationem & deprecationem mitto ad Illustrissimum principem. Si est sanabilis offensio placari cupio, Vosq. oro, primum ne quid secus de me suspicemini: nam dolo nihil egi, Deinde ne minuatis veterem erga me beneuolentiam vestram, si sine scelere sum & si mea accidentas alicubi fuit usui studijs. Hac ut potem adducere gratia va, meq. vob. commendo. B. V. die x Julij

Ph.

Ulrico SitZingero.

S. D. Cum toties audiveris nos & narrare & praedicare dulcissimas disputationes Aristotelis, τὴν ἰσότητα in officiis Iustitiae requirentis, si ipse eam negligerem merito vituperarer. Memini autem te ita apud nos vivere, ut cum erga omnes diligentiam in omni officio praestiteris, tum me singulari pietate colueris: quare iustissimum est ἴσα σοὶ ἀντιδοῦναι, nec vero diu simulari amor potest. Ex multis autem signis animadvertere potuisti te a me valde & vere diligi, nec bonae benevolentiam locorum intervalla mutabunt: quare te & esse & fore mihi carissimum scias. Post tuum discessum aliquot epistolas accepi tuas ac tibi pro assiduitate illa gratias ago. Solis fuligo quam Erphordiae vidisti ubiq. spectata est per Germaniam. Testatus est Sol ipse lugere se calamitatem principis boni & bene meriti. Fortassis & caligo illa novas Ecclesiae tenebras significat. Longa est odyssea nostri exilii postquam ex Cornesta discessimus. Ibi scito res nostras adhuc integras esse. Ego si vivam, etsi ad aliquot academias invitatus sum, tamen in patria vivere malim. Bene Vale. Ph.

Nunc ed.

Iusto Ionae.

S. Nisi & causas calamitatum Ecclesiae Dei & doctrinam de veris consolationibus utrumq. nossem, prorsus extinguerer nunc dolore animi in tantis domesticis & amicorum calamitatibus. Hieronimum Paumgart, nerum

Non edita.

verum audio in reditu ex Spirensi conventu captum esse ab insidiato ribus Centauris, ac duos equites propugnantes ipsum interfectos esse. Gravi hunc virum nos omnes qui eum familiariter novimus fece rimus nosti, & privata eius vita plena erat pulcherrimorum orna, mentorum, Eruditione certabat cum doctissimis viris quorum excellent libere, Iustitia & moderatione animi summa praeditus est, & publicae utilitati in publicis negotijs, in tuenda & amanda Ecclesia Dei, in pro vehendis studijs bonis nemo in ea urbe diligentius & maiori assiduitate serviit. Doleo igitur & ipsius causa & propter eius coniugem & liberos & propter rempublicam, & propter me, talem nob. virum & amicum eripi. Oro autem Deum ut hunc Hieronymum qui profecto Christi doctrinam ex animo colit, servet & liberet & nos regat in tabb. furorib. Diaboli. Bv.

EIDEM.

ed. S. Opinor me tibi viro sapienti & perspicaci totum esse perspectum, cum annos iam viginti in maximarum rerum deliberatb. versati simus, ac societer plurimas molestias satis una absumpserimus. Nec amo occultationes, nec puto laudem esse sapientiae amicos fallere. Quare eo tibi quidem semper simplicissime aperui, imo non solum totius pectus & omnia domestica & publica quae apud amicos deponere soleo tibi patere. Cum igitur me noris, causas silentij alias non quaeris praeter eas quae impediunt officia amicissimorum, aut occupationes aut moestitiam aliquam. Sumus hominis & graecus versus mihi in ore est: ἄρα ἐγὼ συμφέρω τῇ δυνάμει βίου.

Deo

Deo iuvante constantiam amicitiae in hac vita colamus, speroque futurum ut ea in aeterna consuetudine dulcius fruamur. Nam mihi breve curriculum restat ad mortem. Diu nihil scripsi, quia nemo flagitavit literas & quia de republica nihil habebam ἀξιόλογον, ac ne nunc quidem habeo, etsi saepe ex urbe Vangionum literas accipio. Rixae sunt de iudicio Camerae ut de arbore Marcolphi utrinque. Etsi ego quidem de his consiliis non iudico: tamen scio adversarios verae doctrinae tum de hac causa extinguenda & interficiendis omnibus cogitare qui non ostendunt se esse hostes verae doctrinae. Sed Deo haec curae erunt. Bene vale. dic dulcissimi coniugi tuae Mariae & Elisabeth & aliorum piorum, qui nos de nostris etiam Collegiis admonent. 1545

Ph.

EIDEM

S. Aiunt Timotheum Ducem Atticum, cui pingebant dormienti fortunam implere insulis & urbibus retia, quamquam inprimis fortunatus videretur: tamen domi audientem Platonis sermones de natura & causis multarum rerum deplorasse suam infelicitatem quod vitam in illiteratis negotiis & occupationibus ageret: Platonem vero praedicasse beatum quod sine interpellatione in cogitatione dulcissimae doctrinae viveret. Hac vero cogitatione sui ille Atticus ignarus caelestis doctrinae, quanto magis nos queri debebamus negotiis quae aliena sunt a literis impediri nostra studia. Sed oremus Deum ut nos faciat organa ἔλεους ὀργάνων ὀφέλιμα

Agamus

Agamus & Deo grãs quód habemus mediocrem & dulcem concordiã horum ecclesiarum nob. dedit & hanc omni studio, arte & modera tione tueamur. Recens in Belgico matrona nobilis cum duab. filiab. prudẽt & pie educatis cremata ẽ propter piae doctrinae confessionem, & audio eas non fuisse contaminatas malis opinionibq. Cumq. iunio ri filiae supplicium delatum esset ut spectaculo frangeretur, inter rogata postea, An recantatura esset? respondit Se ituram ad matrẽ & sororem in coelum: Ita & de ipsa sumptum ẽ supplicium. Quas rupes? quos scopulos non mouerẽ haec aspirilas? Nec potest haec saevitia diuturna esse. Sed filium Dei dominum n. IC oremq. ut nos regat, & seruet has ecclesias & politias. 1545. B.2.

Alesio.

Ed. S. Etsi sum occupatus & varijs dolorib. excrucior: tamen tibi propositiones de loco Paulino instituerim si tempus disputationis sig nificaueris. Solitudo non tantum mihi molesta ẽ quia non abducunt me amicorum colloquia a cogitatione miseriarum internarum: sed ut de his ipsis materijs quas scribo, desidero ὀξυτέρων auditorum quia me saepe & commonefieri & excitari. Profecto studijs solitudo non ẽ conueniens in inquisitione veritatis: Illis fortasse grata est qui non veritatem quaerunt, sed suas nolupta... causa legunt. B V.

Cuidam.

S. Non dubito te ut caeteros doctos & bonos viros in hoc tristi bello intuentem & cernentem aerumnas multarum gentium, & magnam confusionem gubernationis futuram ad posteros, esse in magno dolore. Vere .n. nunc illud tempus est de quo Esaias inquit, Angeli pacis amare flebunt. Incidit aetas nostra in mundi senectam de qua praedictum est maiores in ea confusiones impiorum & Ecclesiae futuras esse. Sed tamen hac nos consolatione sustentemus, quod Deus semper sibi aliquam colliget Ecclesiam, & servabit, ut Esaias multis verbis ait, semen sanctum, & in eo ipso caetu servabit in qua verae doctrinae et literarum studia. Hac spe & ipsi doctrinam propagemus & adiuvemus discentes donec possumus, quod te istic fideliter facere intelligo, cum & in templis & in scholis doctrinam gubernes. Cum autem intellexissem istic quosdam otiosos iuvenes scholam Dei beneficio & gratia amplissimi senatus consilio bene constitutam turbare, dolui & tibi & alijs molestiam communem ad hanc molestiam accedere, deque ea re quid mihi videretur, amanter scribendum esse duxi. Etsi autem nemini nimium dent in aliena rep. πολυπραγμονεῖν, nec ego mihi hoc sumo ut cuiquam istic aliquid praecipiam, tamen cum foedus debeat esse commune docentium, speravi te meas literas boni consulturum esse. Audio quosdam de nova schola deliberare: etsi consilij causas non penitus novi, tamen arbitror ad Ecclesiae & civitatum

concordiam

concordiam, & ad iuventutis disciplinam retinendam utilius esse in eadem schola velut in iisdem castris simul omnes doctores & auditores convenire: Nam diversa docentium agmina haud dubie discordiae accensura essent. Quare ut ego existimo bene consulas concordiae publicae si eos horteris ne pacens schola divellatur, praesertim cum in ea recte instituta sint studia, & disciplina honesta sit & doctores sint concordes. Olim poetae finxerunt Astraeam pulsam ex magnis urbibus in rure aliquandiu mansisse: Ita nunc literae pulsae ex principum ditionibus in quibus delentur bellis ornamenta civilia, rursus in civitatibus honestis hospitium quaerunt, Ac omnes prudentes, quantum possunt, decet omnibus viribus literas ab interitu vindicare. Extinctis literis etiam doctrina coelestis amittetur, quae ut servetur praecipua cura omnium hominum esse debet. Postremo oro ut bene epistolam summo candore animi scriptam boni consulas. Bene vale. 1547. 27 Aprilis: quo Noha egressus est ex arca ante annos 3850. Vidit is Ecclesiam mirando modo servatam esse, quam ut nunc quoque servet Deus in magnis periculis fluctuantem ardentibus votis oremus, Ac sicut ille senex nauclerus suae familiae doctrinam optima fide tradidit: Ita nos quoque literas & Evangelium ad posteritatem transmittamus. Bene vale. G.

Joanni Agricolae.

Non ed. S. Me quoque delectavit in proximis literis commemoratio amoris &

& beneuolentiae erga me tuae. Noli enim putare ullas opes aut ul
lum regnum apud me esse tanti, quanti animorum similem coniunc
tionem atque amicitiam facio. Nam quod Cicero dixit, Nullam esse iu-
cundiorem possessionem quam animo liberaliter instituto possit contingere
quam amici non stulti, id verissimum esse statuo. Itaque tantum tibi tri
buam quantum debeo homini non vulgari ingenio praedito & non rerum
& literarum plus quam mediocri, ac tantum te amari a me putes
quantum illa tua humanitas meretur. Cupio etiam hanc coniunctionem
inter nos perpetuam esse atque utinam propagare eam possemus & trans-
mittere ad liberos nostros. Erhardus cupiebat se tibi per me commen
dari. Etsi autem novis scriem & ingenium eius iam olim tibi
probari existimo: tamen peto ut mea causa familiarius etiam eum
amplectaris. Aetas ut vides nondum satis firma est sed tamen
non procul a maturitate abest. Mores sunt inculpati, quos non
vereor secundis rebus depravatos iri si meminerit se non in lectulo
rem culinam acceptam esse sed ad durissimam provinciam plenam
miserrimi laboris & periculi. Quod si expendet onus susceptum melius
opinor se suo pede, nec corrumpi se fortunae blanditiis sinet. Habet om
nino opus rectore & ad firmet se universum vitae cursum & rationes
ex tuo iudicio comparaturum esse nec a tuis monitis transuersum
unguem esse discessurum: quam mente praeditum adolescentem decet te in fi
dem recipere gubernandum & tuendam. Exprimi liubere expatiaber ad te

B Valr.

Amico.

Non ed. S. Non sum rudis monitor aut tyro in tradendo praecepto de dissimulandis ac arte ferendis iniurijs. Multas contumelias & tuli & fero: primum, ne si cum adversarijs litigare incipiam, maiora in Rep. dissidia oriantur. Deinde, quia philosophicum esse iudico virtute potius quam verbis sycophantas refutare, Nec me poenitet huius meae moderationis, etsi aula nostra interdum id timiditatem seu μικροψυχίαν interpretata est. Sed idem praecepi simpliciter saepe alijs amicis, imo interdum & viris principibus, & aliquibus meae dulcissimae admonitiones profuerunt. Te quoque non solum adhortor, sed etiam oro ut animi gravitate despicias calumnias, & ut generosus equus tacitus est, nec terret allatrantes canes: ita tu quoque illos tuos Zoilos negligas: Interea literarum studia ut facis feliciter inchoato. Bene vale.

Alteri.

Non ed. S. Non sum rudis monitor aut tyro in tradendis praeceptis de dissimulatione iniuriarum digna bono viro, gravi & amante pacis & tranquillitatis. Multas contumelias dissimulamus ne maiora calamitas in rep. oriantur, cum labores nostri utiliores impediantur, ac interea virtute refutamus sycophantias. Idem adhuc facio, & ut facerent alij multi, etiam principes viri interdum dulcissimis commonefactionib. obtinui, qb. exempla tuam

mory

morum virorum recitarij. Pericles cum toto die ei quispiam con-
viciatus esset in concione, eumque sequeretur ad aedes usque, & probra
in eum assidue conijceret, mandavit ministro, ut cum lucerna
domum illum deduceret &c.

Rector ad Collegas post bellum.

Gratias agimus Deo aeterno patri d. n. I C. quod in hoc tristi bel-
lo & in tantis periculis, ecclesiae huius oppidi clementer pepercit, &
eum toto pectore precabimur ut in his fatalib. principatuum muta-
tionibus doctrinae coelestis puritatem conservet nec extinguj patiatur
artium studia necessaria ad communem vitam, & pacem restituat
his regionibus piam & salutarem, & faxit ut ad nostros nidulos tuti
redire possitis, cuius quidem rei occasio quaedam esse videtur, quam
pro officio & nostra coniunctione vob. significandam esse duximus.
Nudiustertius, quod faustum & felix sit Ecclesiae & civitati huic,
vobisque ac nobis omnibus Caesarianum praesidium hinc eductum
est, & civitas haec Ill. principi Duci Mauritio tradita, &
a civibus nostris iuramentum obedientiae postulatum & praestitum
est, Ubi cum Senatus inter reliquas suas petitiones imprimis oraret
restitui academiam & gloriam, etsi publice tum nihil promissum
e, sed dilata eius rei deliberatio in aliud tempus opportunius: tamen
privatim ex aulicis in aula Mauritij tum animadvertere

potuimus

potuimus non prorsus abhorrere Dominum ab instauratione schola-
putabantq. eum huius rei curam suscepturum ubi primum aliquid otij nactus fuerit. Hoc autem clare intelleximus, non tantum non prohibere sed etiam cupere ut ij qui hinc absunt quamprimum ad res suas redeant. Id cum audiremus, desiderio nrae consuetudinis impellebamur ut vobis quamprimum indicaremus, vosq. adhortaremur ut hanc clementiam domini amplectamini, quaeque [illegible] ad hoc accedit, quod conuenti & facilius deliberare in commune de reb. necessarijs poterimus & citius impetrare a Dno ea quae necessitas scholae petere nos cogit, praeterque quod virorum nostrorum inspectionem singuli necessariam esse arbitramur. Non autem dubium est, quantum ex non obscuris sermonib. deprehendere licuit, vos quoque autoritate apud Maecilium esse praecipua, quin nos hic esse & manere nobiscum potius: quare & propter academiam pro

Illustrissimo principi Iohanni Friderico
Duci Pomeraniae &c.

S. d. S. Illustrissime princeps, Etsi de studijs doctrinae ad C.T. scribere malueram: tamen in hoc recenti dolore publico communis Ecclesiae lugentis interitum optimi principis Ducis Saxoniae avunculi tui, ne potui quidem animum a sensu huius vulneris abducere. Cum enim in Senatu Imperij Germanici hic princeps velut Nestor

Nestor inter Duces ad Troiam profectus, sapientia, uirtute, constantia, & autoritate excelluerit, dolendum est Germaniam tali gubernatore publici consilij orbatam esse, Nec dubito, principem sapientia & uirtute excellentem patrem tuum & desiderio amici tanti affici, & reip. orbita tem deplorare. Te uero intuens cogito & propter sanguinis necessitudine amisso auunculo, & propter naturam tuum lenitum singulari dolore affici. Quamq̃ autem pietas est non esse ferreo animo, sed intelligere causas dolorum, & sentiri talium uulnerum affici: tamen uult nos Deus moderari dolorem. Eriges igitur animum ijs consolationibus, quas Deus tradidit, Deinde scias memoriam auunculi semper retinendam esse ac pectus ad imitationem uirtutum accendendum esse quae in eo multae & magnae fuerunt. Norat initium sapientiae esse timorem Dei. Studiose igitur doctrinam de Deo inquisiuit & agnouit & animi pietatem uera inuocatione, & constantia confessionis & studio fouendi ecclesias declarauit. In gubernatione politica iustus & bene ficus fuit. Domestica uita casta fuit, & multa habuit exercitia pietatis; lectionem, precationum, scriptionem, deliberationes cum constantib. uiris de doctrina, de ecclesia, de gubernatione reip. Et quia iudicio & memoria ualebat historiam omnium temporum q in literis ext, norat. Bellum gessit in quo uicit fortuna Caroli Caesaris sed mentem texit, et res ipsa ostendit depositis armis confessione eius

eius plus profuisse Ecclesiae quam victoria profutura fuerat, ut Daniel plus profuit Dario quam armatus prodesse potuisset. Quare non dubitamus eum curae fuisse Deo & belli tempore & postea. Reversus in palatium etiam suasor pacis fuit. Tam illustria exempla virtutum cum eius vita contineat, gaudebis talem te avunculum habuisse, & consideratione virtutum ipsius te ad idem decus excitabis. Mitto igitur de eo pagellam Stigelij gravissime scriptam. Sed postea sequentur historicae plures. Mitto & alias pagellas & oro filium Dei ut & parentes tuos nobilissimos, & te & fratres servet incolumes & gubernet. Bene & feliciter valeat. C. T. die 22 Martij. 1554.

C. T. addictiss.

Philippus Mel.

Iusto Ionae.

S. Dolor gravis occasione vix unquam desit. Ita cum harmum aspicerem quem misisti, cum de lege Mosi cogitarem quae Sacerdotibus gestandum lib[?] omnis gubernationis, attribuit harmos: mox venit in mentem Lutheri qui tot iam annis humeris suis magnam molem negotiorum sustinuit, & saepe salutaribus consilijs magna pericula depulit. Sed oremus Deum ut nos iuvet. Vicissim tibi mitto ἀντίδωρον filij cervicalium ut Deus regat opto, quod adhuc quidem tale ut tibi voluptati esse debeat, Et coepit gustare sinceram doctrinam quam caute iudico esse philosophiae partem. Bene vale. 1546.

Cuidam.

S. Carissime F. Saepe mihi inter precandum pro liberis venit in mentem cogitatio; qualis sit Dei erga filium suum sermo. Est omnino ingens amor parentum erga liberos. Te igitur cogitare decet, Patri te reverentiam & amorem maximum pro ipsius pietate debere. Hoc autem postulat, ut nunc diligenter obtemperes docto & honesto viro, cui te commendavi, & te exerceas. Plurimae sunt causae, quae te monere debent ut recte facias officium tuum: Mandatum Dei, Gratitudo debita patri, Tua ipsius necessitas, Nam patris tua sollicitudinem nosti. Ego quoque te adhortor ut annitaris ut patris sollicitudines tua virtute leves. Hoc & Deo gratum & tibi utilissimum erit. Mitto tibi versiculos Stigelij continentes precationem, ad quam te adsuefacies. Bene vale.

Testimonium datum Petro Caesari militaturo.

Eximium dei donum est pax, petendum a Deo & omnibus honestis officijs & singulari moderatione cupiditatum tuendum. Sed cum saepe Diaboli & impiorum hominum furoribus bella moveantur, iustum est vim illatam depellere & piorum obedientia in bello necessaria pietas est, Deo valde grata. Suntque dico causae praecipuae propter quas viro forti gloriosum est iusta arma capere, scilicet verae doctrinae & disciplinae defensio, & protectio imbecilliorum: quas

cum significat

causas significat Alfonsus Rex qui pinxit symbolum. Pelicanum fodi-
entem sibi pectus et sanguine suo pullos alentem, et addidit inscriptionē
pro lege et pro grege. Cum igitur iam denunciatum bellum coacti sint
depellere Dux Saxoniae Elector et Landgrafius et ceteri foederati, et adversus
eos susceptum sit bellum ut simul vera doctrina deleatur, et indu-
cerentur in Germaniam nationes exterae: non dubium quin foederatos
iustum bellum et vere pro lege et pro grege gerere. Quod cum ita sit
iuste faciunt milites qui hanc defensionem fortiter adiuvant. Quare et
huius Poli Caesaris voluntas laudanda est quod exercitui foederatorum
adiunctus est, quem testamur eum quadriennio in Academia nostra
vixisse modeste, et pietatis et virtutis doctrinam studiose didicisse.
Precamur autem Deum ut doceat huius exercitus manus ad praelium,
ut nostris psalmi utamur, et ecclesias ac politias quae sunt hospitia ecclesiae
protegat, et placidam ac piam pacem propter adolescentiae educationem
institutionem et disciplinam restituat. 1546.

Osiandro.

Non ed. S. Ruit alto a culmine Troia. Sic profecto fatalis mutatio huius
imperii impendet. Quingenti anni sunt post legem latam de Electoribus.
Id fere tempus quo integras fecerunt conversiones Athenarum, Spartae, Romae,
Solymi regni et aliorum. Huc adde degeneres principes. Nihil heroicum
in ulla familia: usuris et aere alieno oppressi omnes: et βουλιμία in
similia quam in expilationibus. Ac memini dicere Capnionem cum allu-
deret

deret ad liberationem Israëlitarum. Cum duplicantur lateres, venit Moi-
ses. Etiam gentes tristes sunt. Ad haec signa accedunt εἰδωλομανίαι,
luxus & alia scelera. Arbitror igitur mundum esse ad metam. Deus
servet Ecclesiam & aliqua ecclesiae hospitia.

Joanni Mathesio.

S. Reverende vir, & amice carissime: Dei beneficio & Ecclesia hic ad-
huc tranquilla est & studia doctrinarum omnium mediocriter flo-
rent. Ego ab Illyrico magnis contumelijs afficior, quem vides narrare
familiares sermones, quos efferre alienum est ab amicitiae & huma-
nitatis iure. Sed respondebo Deo iuvante. Te oro, cum me scias &
in doctrinae explicatione fideliter servijsse & semper nostri ordinis
coniunctionem fovisse, non sinas voluntatem tuam a nob. alienari.
Tueamur gregem nostrum & iuvemus, donec Deus Ecclesiae in his
regionibus largitur tranquillitatem aliquam ad colenda haec studia.
Nec vero dubito quin ad posteritatem servata tuis sit agmina dis-
centium, si nunc & invocatione nostra & studio iuvandi discentes
ostendemus nobis quoque posteritatem curae esse. B. V.

Non ed.

Cuidam in Italia versanti.

S. Magnam cepi voluptatem ex literis tuis, in qb. & benevolentiam
mihi tuam illustri significatione declaras, & de studijs tuis pruden-
tissime deliberas. Ego vero & amore erga me tuo delector, & gaudeo
tua

Non ed.

tua & patris causa, & pp. remp. te ad decus & ad virtutem invitatum ap
petere non tantum eruditionis umbram in illa politica & gubernatrice
civitatum sapientia, quam istic a summis viris, ingenio, eruditione ac sa
pientia antecellentibus audis, sed quantum fieri potest integram cogni
tionem, ut tua opera salutaris reip. esse possit. Illud autem te oro ne
me parum officiosum iudices quod tibi non respondi. Nam itinera quaedam
ingrata, ac aerumnosa potius impedierunt hoc officium: quare mihi
veniam dabis. Ut autem intelligeres amicitiam tuam me magni-
facere, etiam ex longiori intervallo ad te scribendum duxi. Com
plexus enim te adolescentem propter indolem tuam quam & ad literas
& ad virtutem idoneam esse iudicavimus: Id meum iudicium tum
suo studiorum tuorum statim probavit, et vicissim multis tuis &
patris officijs benevolentia erga me vestra declarata est. Hanc vero
amicitiam ab honestis initijs ortam non solum mea causa, sed etiam propter
remp. tueri cupio. Nam privatae moderatorum hominum coniunc
tiones communi utilitati utiles sunt, & ad hanc referendae sunt praesertim
eruditorum amicitiae: Velim igitur ita statuas, te a me vere & constanter
diligi. Atque tibi fausta & felicia optare. Et nunc ex literis tuis agno
verim te flagrare discendi cupiditate, hoc deus & tibi & patri & reip.
gratulor. Tuere, mi N., tuum illa doctrinae in natione Italica quae
ingenijs & sapientia omnibus gentibus semper antecelluit, ac multis iam
seculis magistra est orbis terrarum. Differunt ingenia regio-
num

nium naturis, & longe sunt certiora iudicia, ubi magna studia sunt, magna doctorum frequentia & opinionum collatio. Tales autem audire, & eorum agnoscere sententias de virtute pulcerrima, de institutione gubernatrice vitae, ingens utilitas est. Verum autem eo ut te patri & nobis etc. incolumem restituat, teq. ad remp. ponebat. Satis inquit ille, Thaleti & amicus amico: Filius praecipuum theatrum sibi patris oculos & sensum esse ducat, huic placere maxime studeat. Tuis autem patrem, etsi generis claritate & opibus inter cives excellit: tamen habere alia maiora ornamenta, sapientiam, iustitiam gravitatem: Talis parentis iudicio servire, gloriosum ducito. Epaminondam aiunt parta victoria leuctrica dixisse, se omnium laborum fructum hunc maximum capere, quod parentes spectatores haberet suae gloriae. Haec vox est intimo naturae optimae sensu prolata monet quorum approbatione delectari cupiamus nos deceat. Nec vero dubito quin hanc vocem tibi quoque vitae legem esse ducas. Haec ad te scripsi amoris erga te mei declarandi causa, quae si tibi grata esse cognovero, gaudebo & scribam alias copiosius. Bene vale. 1544. P. M.

Johanni Rimano, pastori ecclesiae Werdensis

N on ed.

S. Filius tuus adolescens optimae indolis & amplius spei exhibuit mihi literas tuas qb. addiderat Dominum epla ad N scripta in qua formam orationis & structuram maxime probo. Porro de ingenio nulla ex re

malij

melius iudicium fieri potest quam ex genere orationis. Deinde in scripto filij non solum naturae alacritas sed etiam eruditio apparet. Atque nos eo lectionem auctorum quas diligenter imitamur. Quare cum ingenio sit ad opt. artes idoneo et in hoc studio bene proficiat, duxi eum commendandum esse, Te ergo rogo ut aliquamdiu eum adhuc sumptus ei suppedites. Erit mihi curae quam primum fieri poterit, ut habeat aliquod stipendium, neque in occasiones intentus: Scis enim in his rebus occasione opus esse. Nunc quidem nullum vacuum est. Sed quoddam scenae conse quidam tenet, cum breui aliam conditionem cura re consilijs: illud spero obtineri posse. Tu interea quacunque modo potes tale ingenium foue et in studijs retine. Nam si Deus ut spero, prouehet eius conatus, non dubito quin ornamento sit filius tuus et Ecclesiae magno usui. Bene Vale. 1537.

EIDEM.

Nou. 37. S. Scripsi diligenter ad Spalatinum, ut si quod postea ex Sacerdotijs Aldenburgensibus vacaret quod ante breui erit, habeat rationem filij tui. Idem ego facturus sum, ubi animaduerto occasionem ostendi quod possit filio consuli. Si paulo esset natu grandior possem ei iam scholam aliquam committere, sed aetati adhuc quod valet alius habenda. Aliquamdiu post tamen erit eius usque: Ideo adhuc aliquamdiu tolerate sumptus quoniam cum videat Deo iuuante bene collocari. B. V.

EIDEM.

S. Remitto literas, Nam hoc tempore non duxi exhibendas. Scio princi-
pem in talib. itineribus occupatum esse publicis curis ac negotijs, &
has privatas petitiones solere in aliud tempus reijci: ideo dedi consilium
ut Torga peteres, si quid opus esset. Deinde deterruit me etiam petitio
tua de agnoscenda crementia. Ea res mirifice offendit ac alienat volun-
tates civium. Talia autem sunt tempora ut existimem nostro ordini
opus esse singulari patientia & dissimulatione ad conciliandas volun-
tates illiteratorum. Haec optimo animo ad te scripsi, itq. rogo ut
cogites, id quod multi praestantes viri in respubl. fecerunt, cedendum
esse temporum servitutis, & quasdam difficultates aequitati animi fe-
rendas & mitigandas esse. Haec tua moderatio etiam profutura est
ad ornandum Evangelium. Debemus autem invitare ad amorem evan-
gelij populum quibuscunq. modis possumus. B V. 1539. 2 Maij

EIDEM

S Ingenio filij vestri semper favi, & libenter adolescentem optimae   Nvsr ed.
spei adiuvabo in quaerendis conditionibus scholasticis: nam de sti-
pendijs aulicis nihil possum polliceri. Magna caterva est eorum
qui petunt & quibus bonae spes factae sunt, nec tn quisq impetrat.
Desino igitur urgere, etsi doleo negligi bona ingenia quae sunt se-
minaria ecclesiae. Nos privatis officijs Deo donte filium vestrum ado-
lescentiam iuvemus, & profecto nec voluntas nec diligentia mihi
deerit, & filio tuo optime cupio. Bene Vale. 28 Iunij. Φ.

EIDEM.

Non ed. S. Nuper subitae occupationes inciderant quae prohibuerunt, quo minus responderem. Certe bene volo adolescenti filio vestro, deque eius ingenio bene sentio ut ipse sit. Eius iam ea est aetas ut possit ei ecclesiasticum munus commendari, & citius inveniuntur ecclesiastica munera & sunt stabiliora quam scholae. Si hic adesset, facilius conditionem nancisci posset: Nam subitae plerumque sunt hae deliberationes de mittendis scholasticis ad certas functiones. B V.

Rivio.

Non ed. S. Lucent ingenia in genere orationis. Etsi autem mediocri sum iudicio: tamen illam Atticam formam sermonis quae literis vestris, de amo, quae quidem & ingenii raritatem significat: Ideo te semper amavi & feci plurimum. Gaudeo autem meum de te iudicium confirmatum esse humanissimis sermonibus Collarij, qui mihi fidem & candorem tuum ita praedicavit, ut affirmaret se neminem amicum habere integriorem ac fideliorem. Vides, mi Rivi, quo in statu sit Resp. Quamquam enim optarim ab iis qui se vocant Ecclesiarum Antistites, recte curari ecclesias, foveri studiosos piae & sincerae doctrinae, consuli pastoribus egentibus: tamen comperi tot iam annis passim hoc ab iis agi qui adversantur sincerae doctrinae, ut deletis rebus bonis, & interfectis multis honestis viris confirment saevitiam malorum, & suam potentiam stabiliant. Quare etsi

solent

solent in tanta hominum imbecillitate multa in dissensionib. civilib.
incidere utrinq. quod nollemus: tamen hoc genus doctrinae quod
sonat in ecclesijs nostris & huius qualemcunq. statum tuendum ut
fovendum potius iudico. Et quamquam agnosco imbecillitatem nostri gre-
gis: sumus enim vere, ut ait Christus, μικρὸν ποίμνιον: tamen
scholasticus ordo semper plurimum Ecclesijs profuit. Quare quod tanta
fide & sedulitate adiuvas ecclesias & probo & gaudeo. Una est
ubiq. Christi & vera Eccla: huic serviam utcunq. potero, neque
conciliari eam his & similibus sententijs coniungam. Si colloqui
licebit, ut spero, copiosius & de studijs & de alijs honestis rebus com
mentabimur. Iohannem Cellarium virum bonum, & ut semper iudi
cavi, moderatum tibi commendo. Bene vale. die 9 Martij. 26.

Georgio Fabricio.

S. D. Saepe iam praeterfluentem Albim aspiciens ingemisco, cogitoq. ed.
non si tantum fluminum lacrymarum fundere possem, quantum vol
vit fluvit Albis undarum, exhaurire meum dolorem posse, quem
animo circumfero propter civile bellum quod utinam non movisset
Carolus. Sed fatis urgentur res humanae. Atq. ego nunc
primum dolere incipio, Sed omissa hac commemoratione Deum
aeternum patrem D.N. I.C. oremus ut ipse hos tantos reip. motus
qui humanis consilijs iam sedari non possunt, sua sapientia
& bonitate

& bonitate sedet, ac moderate interea suo quisq. loco recte doceamus, quod facere te non dubito. Semper amaui ingenium tuum, tibiq. gratias habeo quod tam amanter ad me scripsisti. Pro ponti[illegible] epistola mitto tibi alias pagellas in quib. [illegible] Stigelij carmen cum [illegible] suo tibi [illegible] [illegible] fore. A Stigelio te uere diligi & plurimi fieri scio. Bene & feliciter uale. Augusti die [illegible] sexto.

Φ.

Joanni Rivio

Non ed. S. Cum Cyriaco [illegible] [illegible] ad te daturus essem, accidit mihi quod fieri solet, ὅπου τις ἀλγεῖ κεῖσε καὶ τὴν χεῖρ᾽ ἔχει. Eadem de re assiduus dolor me scribere cogit de qua nuper ad te scripsi. Audis ducem Saliacensem fecisse deditionem & sui corporis & suarum provinciarum, ac petijsse veniam [illegible]. Quid dicam de consilijs [illegible]. Si ante duos menses de sola Gelria cessisset, quanto melioribus conditionibus pacem & sibi & patriae constituisset. Nec raro enim mirati [illegible] qua re ipse [illegible]. Sed haec queri desinamus, nosq. [illegible] ad ea quae impendent, ac oremus Deum aeternum patrem D. n. I. C. ac Ecclesiae suae conditorem & gubernatorem ut Ecclesiam suam & salutarium studiorum reliquias seruet: Principum & [illegible] consilijs seruari non posse uidemus. Tuas literas expecto, teq. rogo ut meis uerbis amanter salutem dicas D. Danielo & D. Albino. Bene vale.

EIDEM

S. Opto ex animo ut Deus aeternus pater D. n. I. C. liberatoris nostri

Non ed.

adiuvent hunc nostrum Danielem ut adiuvit in Babylone prophetam Danielem qui Reges Chaldeos, Medos & Persios ad veram pietatem flexit. Vestros sensus aliquanto animos congruere audio. Etsi autem difficile est ei domo abesse: tamen ea est pietate ut speret suis rebus stabilitatem ecclesiae nostrae & Evangelij gloriam antelaturum esse: Eaque de re non nihil cum ipso locutus sum. Sed nunc humanitatis vestrae con[-] cedere ut aliquantisper ad suos aliquando expatietur, sed ita ut certo tempore redeat. Mitto tibi Ambrosianam communiculam in qua est disputatio contra Eubnicos, quam velim te inspicere. Existimo confir[-] mari honestas opiniones in bonis mentibus hac vetustatis collatione. Deum oremus ut propter Ecclesiam & literarum studia pacem Germaniae con[-] cedat. Bene Vale.

C.

EIDEM.

S. Danielem arbitrabar iam ad suam coniugem profectum esse. Cum igitur hic adolescens commendationem peteret ad te scripsi. Hic Wolf[-] gangus Walburus Dresdensis bonis moribus praeditus est & sacras literas studiose audivit, Mihi etiam quidam interroganti satis dextre respondit. Servire cupit ecclesiae, vel ad diaconi munus alicubi pro[-] moveri possit, aut ad gubernandam aliquam ecclesiam. Oratio ut eum adiuves. Spero eum te facturum officium & promotionem in studio doctrinae Christianae. Orphanus est & pauper: horum curam maxime Ecclesia suscipere solet. Expecto a te literas, tum de caeteris reb. tum περι παννονιῶν. Vale

C.

Nun ed.

Cuidam.

Non ed. S. Mediocria sunt officia nostra erga Eiblerum, ut multi norunt sed ipse leniter curat nostrum iudicium: Et quas habeat causas cur ita tumultuetur non ignoro. Novi ingenium, novi studia ipsiq: nec cedere nec parere alijs facile potest: etsi non minor est virtus ut ille Spartanus dicebat, posse obtemperare quam posse regere. Non habeo iustam causam turbandae tranquillitatis Ecclesiae tuae, Ideoque si potest sor oblivisci, optarim te ab eo liberari. Te quoque rogo ut moderatione animi tui sanes hoc vulnus. Nec profecto tranquillitas retineri potest nisi quasdam iniurias perferamus et obliviscamur. Haec fortitudo summum gubernatoribus Ecclesiae necessaria est. Vale

Alteri.

Non ed. SD. Reverende domine. literas vestras accepi die Catharinae, quo olim in urbe Ierosolyma Encaenia celebrata sunt, ideo insti ta quod eo die, videlicet XXV Novemb. Maccabaei templum reparassent et purgassent. Ipse igitur dies me admonuit de Ecclesiae miserijs. Ut tunc pauci erant qui sacerdotes tuebantur: ita nunc pauci principes, pauci gubernatores ecclesiastici curant Ecclesiam. Si qui vero sunt hi magna odia et pericula sustinent. Sed tamen non frangi animis bonos et pios decet. Audimus vestram benignitatem multis sacerdotibus prodesse, et gaudemus ipsum viciniae aetas

talem

talem habere pastorem patronum. literis precatur vobis oia fausta & vicinos pastores vobis commendat. Ego pro Xenio parvum libellum vobis mitto. V. die encaeniorum [illegible].

Marcello.

S. D. Si vita hominum tantum humanis consilijs regeretur, perijsse funditus & Ecclesiam existimarem in hac parricidiali Gigantomachia: Sed non dubito Deum servaturum esse reliquias suae eccle: hac nos consolatione sustentemus, quam cum vigilans assidue agitem, fortassis etiam dormienti somnia eam cogitationem offerunt. Mitto tibi versus de somnio. Non est fictum argumentum: sed ego poeta tum pene ut tu qui non tam illustrem pictiuram versib. pingere possum, ut erat illa somnij. Erat .n. mons plane smaragdinus virore & crux rutilans aurea. Leges amicis. D Jona & D Chiliano si adhuc adsunt, & dices me literas ipsorum ijs quib. inscriptae fuerunt per doctos quorum fides mihi probata fuit, misisse. Bene vale & rescribe. in Epiphanijs

Ph. M.

Non ed.

Ad D Sebastianum Hellerum I V D. & Cancellarium principis Marchionis Georgij

S. Eximie domine doctor. Scio vos pro vestra doctrina & prudentia in caeteris reip. partib. etiam curam conservandarum literarum studendum esse statuere: Ideo etsi mihi nota sunt vestrae occupationes, tamen

Non ed.

tamen existimabam vos boni consulturos se quod adolescentis studiosi peti

tionem vobis commendarem. Est hic civis quidam noster, scholasticus

Henricus Schöbel Schwabacensis ingenio bono ac modesto. Is petit

ut princeps noster ipsius studia sacerdotio aliquo per occasionem

iuvet. Hominem habemus cum libentius hanc causam quod vobis quod

literas maxime & intelligitis & amatis commendamus. Oraso igitur

ut hunc iuvenem Henricum diligenter principi commendetis. Et

quia has literas etiam testimonii pondus habere volo: bona fide af-

firmo vos beneficium optime collocaturos esse. Nam & ingenium

est meo iudicio ad moderationem & humanitatem natura factum

& in literis plurimum hic intra biennium profecit: id quod

iudicare ipsi poteritis, lecta eius epistola. Est autem & ob hanc

causam magis adiuvandus, quod haec communia studia philoso

phiae amet quae suo nobis semper fuisse iucundissima. Iam cum in

genia vulgo delabantur ad quaestuosas artes inprimis decere

bonos viros confirmare eos qui haec nostra studia colunt, quae

scitis non minus necessaria esse reip. quam ullas alias artes.

Non fit civitas, inquit Arist., ex medico & medico, sed ex

diversis artificibus. Verum haec ego prolixius ago quam opus est.

Sed sum loquacior existimans me & cum amico velut & cum

homine docto confabulari. Peto tamen ut meas literas boni consulatis

&

& nostrum civem summo studio complectamini: quia in re etiam de rep. bene vos mereri existimabitis. bene valete. dominica adventus. Anno 1533. C.

EIDEM.

Nov. ed.

S. D. Spero vos pro prudentia vestra atque humanitate boni consulere quod literis vobis scholasticos commendo. Scitis enim hoc tempore vel maxime & literis ipsis & literarum studiosis opus esse patrocinio bonorum virorum. libentius autem ad vos defero has causas, quia & intelligitis literas & studiis honestissimis favetis. Quare vos rogo ut gravatim has causas suscipiatis. Est hic quidam scholasticus Georgius Burman vobis non ignotus, bene literatus & moribus optimis praeditus. Is rogavit me ut se vob. commendarem. Habet a principe stipendium aureos triginta ea conditione, ut redeat in ditionem Illmi principis nostri. Cum autem sine hoc beneficio sua studia tueri non possit, & accessione etiam opus habeat, magnopere rogo ut vob. eum commendatum habeatis, ut & hoc beneficium retinere possit & si qua videbitur occasio auctarium aliquam consequi vestra intercessione. Polliceor vobis eum id beneficium in dominum gratum collocaturos esse. Bene valete 1534. C.

EIDEM

S. Ampliss. domine Cancellarie, Meministi historiam Euangelij, in qua quispiam vocatus ad coenam negat se venire posse, quia duxerit uxorem. At Gregorius Burmanus ideo duxit uxorem, ut animum totum ac liberum a turpitudine dedicare possit pijs studijs & aliquando utiliter servire ecclesiae: quam ad finem Ecclesiae pio studia destinata esse scimus. Duxit filiam sororis Doctoris Hieronymi & Augustini, puellam modestissimis moribus praeditam. Adhibuit amicos in consilium, Ideo quaeso ut nos quoque huic ipsius instituto faveatis. Profecto erit opus ecclesiae pijs & doctis hominibus. Ideo omnes qui suam operam ecclesiae offerunt, praesertim ingenijs valentes complecti & adiuvare debemus. Deus politias constituit & servat ut sit Ecclesia & ut propagari notitia Christi possit: Curare igitur qui Respublicas gubernant, etiam cura sua complecti eos debent qui ad ecclesias docendas idonei sunt, quos quidem scio a vobis singulari pietate iuvari. Commendo igitur vobis & hunc Burmannum. Poterit enim aliquando ... in aliqua ecclesia gubernanda. Bene valete. 9 Iuly. 1539.

EIDEM.

S. Quod Burmannum singulari benevolentia complecteris, colloco officium in virum bonum, modestum & qui usui futurus est Ecclesiae. Accepisset hic diaconi munus, nisi voluisset futurus esse a vobis vocari: & nunc offerunt alia conditiones, Itaque magnopere orat sibi

Non ed.

significari quid de eo decreverit Princeps. Nisi enim ab aula nostra aut istinc noscatur quum adiuturus fuerit, erit ei aliquā cōditio in his regionib. accipienda. Haec scripsi Illmo pr. Addidi & alias tras cuiusdam Hungari Matthiae Devaj viri opt. & bene docti, quem tibi commendo. Huic dei beneficio socerus & affinis reddi valent. B & f. V. Deus servet & gubernet te & totam tuam familiam. 13 Augusti:

EIDEM

S. D. Etsi in tanta publica maestitia, non libenter interpello aulas: tamen fieri aliter non potest quin etiam privatae miseriae ad nos deferantur. Hungaricae clades aliquā ex parte & vicinae sentiunt. Sunt apud nos Hungari aliquot qui à patria propter crudelitatem turcicam absunt. In his est Matthias Devai vir honestus, gravis & eruditus: Adiutor notum est Illmo pr. Marchioni Georgio Cuare suo difficilimo tempore ab eo principe [illegible] & auxilium implorat. Te oro ut causam piam exules viri boni & docti adiuves. fuit ante quoque in periculo [illegible] apud suos [illegible] pias conciones: nunc fuit [illegible] latrocinium. Trucidantur pij à Turcis & ab Hungaricis Satrapis. Vides imaginem eius temporis de quo scriptum est, fore talem afflictionem qualis non fuit ab initio. Nec dubito te affici communib. calamitatib., Ideo tibi & hunc bonum virum commendo.

commendo. Hic affines tui Dei beneficio sunt incolumes. Socrus iam est Torgae apud tuam sororem puerperam. B. & f. V. Deus te & honestissimam coniugem tuam & dulciss. liberos servet. 28 Decemb. 1542.

EIDEM.

Non ed. S. D. Ampliss. dne Cancell. Audio tibi notum esse Sebastianum Stibarum Swabacensem. Is nuper cum hic esset detulit nob. operam suam si vocaretur ad aliquam certam gubernationem. Est autem morib. bonis & placidis praeditus, & aetas eius iam apta functionib. publicis. Etsi autem a principio sese dedidit sacris literis: tamen & hac communi doctrina & philosophia est satis excultus est. Existimo autem excultos eruditione tractabiliores esse & sanioris iudicij. Habet coniugem modestam & probam. Quare cum ei admodum opus sit conditione, magnopere oro ut eius rationem habeatis, si quae erit occasio. Video enim consistorii difficultatib. rei familiaris. Obsecro igitur ne bonum probum & qui potest utilis esse reip. commendatum habeatis. B. & f. V. 18 Maij. 1538. Ph.

EIDEM.

Non ed. S. Etsi sciebam te pro tua humanitate iam olim complexum esse sponte hunc hominem civem: libenter tamen dedi ei petenti ad te literas. Nam & commendatio virtutis tuae & amicitiae nostrae mihi iucundiss. est. & huic Stibaro non inutilis gratiosior. Animadverti enim eorum

eu.

modestum & studiosum esse bonarum artium. Hortatus eum discedentem est modeste doceat in Eccla ea q ad pietatem necessaria sunt, & ut tuam authoritatem in oib. reb. sequatur. Promisit utrumq. Ornare eum, qd hactenus fecisti, deinceps etiam tueberis. Vides enim nostro studio opus esse uro ordini. Habetis hic aliquot scholasticos optimae spei: nec profecto iam alios habemus magistris anteferendos. Nisi studia nostra interturbabuntur bellicis motibus, spero futurum ut adolescentia feliciter in omni doctrinae genere promoveat, & habituras sint ecclesias aliquando non ineruditos gubernatores. Ea res si qua alia ad Concordiam olim profutura est, quam nobis restituat Dns noster Iesus Chrs ex animo oro. De synodo in Italia plane silentium est, etsi commemorant tres Cardinales Vicentiam, Campegius, Sadoletus & Aleander: sed adhuc quidem sunt χωρίς πρόσωπα. Hic, Dei beneficio, affines nostri recte nunc valent cum liberis & coniugibus. Bene valete. P.

EIDEM.

S. Vir clariss. Vides me nunc genere literarum ad te scribere, quod hoc tempora a nobis extorquent. q nullis hoib. magis favendum sunt qm scholasticis. Orant Studiosi adolescentes necessario a nobis qui ad gubernacula reip. sedetis, opem implorant. Hic adolescens Melchior Parranus natus e in ditione principis Brandeburgenses, nunc mihi eidem

quidem uidetur, ingenio est modesto et ad literas satis apto. Placuit
mihi et genus orationis et pronunciatio ipsius. habet autem ius sa-
cerdotij cuiusdam in Vlsna: sed rustici horum temporum barbari
non soluunt reditus, et reditus max[ima] ex parte debentur a subditis Mar-
chionis. Habes totam hanc causam, Nunc te oro per humanitatem tua-
m ut scholasticum qui bonam de se spem praebet, adiuues, ac perficias
ut autoritate principis cogantur rustici ad pensiones soluendas.
Non dubito quin pro tua praestanti uirtute libenter iuuaris scho-
lasticos, et hic iuuenis nullum nouum munus petit. Autoritate
res perfici potest, ne rustici id quod ipsi literis debetur, iniuste
interuertant et deuorent. Cum autem adolescens a nostris ita sit in-
structus, et flagret amore literarum: bona spes est hoc beneficium in ip-
sum utiliter collocari. Rogo igitur te etiam atque etiam ne ei desis.
Ego quoque mea studia tibi commendo, ac magnopere opto amicitiam
nostram perpetuam esse. Semper enim te propter excellens ingenium et doctrinam
et optimam uoluntatem erga remp[ublicam] ualde amaui. De rep[ublica] libenter
ad te scriberem, in qua scis me a uiolentis consilijs semper abhor-
ruisse. sed ea res non est committenda literis. 8 V. 47. C.

EIDEM.

Non ed. S. Cum adferretur uinum ab Ill[ustrissi]mo pr[incipe] missum do[mino] d[octo]ri Martino,
impediebatur ualetudine d. d. Martinus quo minus ante Ill[ustrissi]mo pr[incipi]
aut nobis sua manu rescriberet. Adeo enim diarrhaea conflictatur.

Iussit vir ut suo nomine responderem, et primum Illmo pr. deinde et nobis gratias agerem. facitis amanter et pie quod his officijs Excellentias vestras consolamini, ut ego scio, singularibus tentationibus. Etsi e. in his publicis discordijs magna et iudiciorum varietas: tamen illud constat multas magnas et bonas res et Ecclesiae necessarias in doctrina Evangelica Christiana ab illo patefactas esse, et habet heroica natura. Scitis autem quomodo Christus commendavit nobis bonos doctores Ecclesiae, ac ijs Principes qui Respublicas gubernant. Quare et ipsius et meo nomine ago gratias quod tam officiose eum Illmo principi commendastis, nec dubito quin Deus pietatem et principis et vestram erga ecclesiae doctores cumulaturus sit amplissimis premijs, quod ut faciat ex animo oro, nosque ut servet ad reip. utilitatem incolumes. Bene valete. dominica festo Visitationis S. Mariae. 1538.

EIDEM.

Utinam et ill^mi pr. Marchionis et tua sententia de mittendis quamprimum auxilijs in Pannoniam obtemperantium esset. Sapere colerorum tergiversationes fremens reprehendi. Utinam .n. nostri in vera religione firmi et in politicis officijs obsequentes essent. Hoc esset heroica Davidica. Sed nos non audimur. Etsi cum terribilis e expeditio Turcica, tamen non frangamur animis.

faciamus

faciamus officium in armis & in publ. gubernatione, quia Deus certo conservaturus est reliquias verae ecclesiae. Sic inquit propheta: Estote fortes & facite officium, & aderit Deus bonae causae. Deinde & illud cogito, Non restare quintam Monarchiam. Ideo etsi carpit nos barbaries turcica: tamen oppressurum sua dominatione has nationes non arbitror. Haec scripsi pro mea familiaritate q ut boni consulas rogo. Georgium Bermannum tibi commendo. Is narrabit Dei beneficio socerum honestissimam matronam velle sua lare. Bene vale. 4 octob. 1541.

Vito Winshemio.

Non ed.

S. Etsi arbitror tui silentij causam tantum moestitiam esse: tamen velim te interdum ad nos scribere. Etsi n. nostrae literae mederi publicis miserijs non possunt: tamen lenitur dolor non nihil vel amicorum colloquio vel ipsis querelis ut Demosthenes inquit: ἔχει τινὰ ῥαστώνην τοῦ ἀλγεῖν τὸ στένειν. Scribas igr saepius. Cruciger voluit tibi significari ex hac vita mortali avocatum esse ad aeternam Dei & Christi & prophetarum & apostolorum consuetudinem, amicum nostrum virum integerrimum Sebastianum pictorem, cui gratulemur intueri iam vivos vultus alq. ora eorum quos tabulis non modo penicillo & colorib. pinxit, sed etiam mente contemplari solitus est in invocatione Dei & cogitatione de hac ipsa consuetudine quam semper appetivit, & vera fiducia filij Dei expe-

tavit

tauit. Nunc mens eius libera curis dedit non modo corpora, sed mentes etiam pingere, & Dei conspectu fruitur & de doctrina quam hic didicit, cum ipsis prophetis & apostolis disserit: In quam scho lam utinam mox traducar & ipse. Bene vale & rescribe. Dic congressus Macedonis & Aiacis. Nam in hac nocte ὄνειρον vidi: Aiacem, & supra eum montem in quo stabat Christus resuscitatus ex morte & in montis latere angelos crucem gerentes. Iterum vale. C.

Decanus collegij philosophici in Academia Witebergensi. Caspar Guilhelmus salutem dicat studiosis lecturis has literas.

Etsi in genere humano magnae & tristes confusiones sunt: tamen certissimum est Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi creatorem omnium rerum colligere sibi ex hominibus Ecclesiam cui in tota aeternitate se communicet. Nec casu ex Democriti atomis nati sumus tantum ad huius vitae aerumnas. Colligitur autem Ecclesia aeterna euangelij voce, & non aliter, quam filius Dei qui e sinu aeterni patris ex arcano consilio diuinitatis prodiit, & adeo salutis nostrae amans est ut dicat se ludere in orbe & delectari consuetudine hominum sicut in Salomone scriptum est. Ludit autem mirandis spectaculis, servat nautam in diluuio, in mari rubro & inter assidua certamina, & voce legis & effrenatas,

Confirmat

confirmat & vivificat mentes. Ut autem doctrina & conservari & propagari possit, studia literarum etiam coli postulat & accendit ipse multorum mentes ad discendum, & pietatem probat eorum qui doctrinam fideliter & conservari & propagari curant, sicut inquit: Si quis diligit me sermonem meum servabit, & pater meus diliget eum, & veniemus ad eum & mansionem apud eum faciemus. Quare non dubium est gratam ei esse pietatem Balthasaris Ursini civis senensis, qui & studiose didicit ipse doctrinam rectam, & filium Joannem Ursinum recte erudiri curavit: Cuius cum vita omnium disciplinarum capax sit, in Academia patria linguam latinam & graecam, initia philosophiae, & dum ... didicit. Cumque auditor esset viri excellentis ingenio, eruditione & virtute Johannis Stigelij, qui nemo hoc tempore carmen splendidius scribit, familiaritate eius ad scribendum carmen & ipse incitatus eleganter scribit carmen, & veterem puritatem latinae linguae refert. Postea in Academia nostra plus studij tribuit physicae & Cosmographiae & dulcissimae doctrinae de motib. caelestibus, quia sit haec pulcherrimam naturam rerum theatrum esse Dei, quod perspicue ostendit hunc mundum non casu ortum esse, nec casu servari, sed inesse architectatricem esse mentem aeternam & optimam. Praecipue autem in hac doctrina genere audivit Casparum Peucerum. De doctrina autem

Eccle

recta constanter amplectitur confessionem illustrissimorum ducum Sa
xoniae, Johannis Electoris & Johannis Friderici Electoris exhibitam
Carolo Quinto Augustae anno MDXXX: & animi pietatem vera
invocatione Dei & honesta morum gubernatione exprimit. Non enim
in eo tantum illae virtutes lucent quas inchoavit natura & con-
firmavit parentum disciplina & eruditio, quae in civili consuetudine
necessariae sunt: sed etiam filius Dei accendit in eo veram Dei
agnitionem, & Spiritus sanctus pectus eius gubernat. Cum igitur
& mores huius Johannis Ursini & eruditionem eius probaremus:
decrevimus ei publice de collegij sententia gradum magisterij phi
losophici hoc anno 1555, die quinto Martij, & ut extet nostri de ip-
so iudicij + testimonium, has ei literas dedimus. Commendamus
autem ipsum primum patri viro integerrimo, qui cum Deum
vere colat & doctrinae studia foveat. Speramus etiam Deum fa-
miliae eius benefacturum esse, ut scriptum est Generationi rectorum
benedicetur, quod in graeco versu dulcissime dictum est εὐσεβέων
παίδεσσι τὰ λῷα, δυσσεβέων δ' οὔ. Deinde hunc M Johannem
Ursinum & reverendis ac doctissimis viris in Academia Ienensi
commendamus: Iudicamus enim nos eiusdem coetus Dei cives esse
nec dissentire doctrina & invocatione in utraque Academia. Ac
vivis gemitibus oramus filium Dei ut faciat ut semper in his
regionibus

+ & de gradu.

regionibus omnes Ecclia & Academiae unum sint in ipso. Denique oramus etiam filium Dei. d. n. I C. ut totum nostrum studiorum M. Ioannis Vetrini cursum regat & ipsum faciat σκεῦος ἐλέου & organum salutare suae & Ecclia. Amen. Datae in Pascate anno 1555 quod fuit ab exitu Israelitarum ex Aegypto pascha. 3064.

P. M manu propria Vrel…

Reuerendo viro eruditione & virtute praestanti
Joanni Giganti pastori Ecclesiae Dei in urbe Elisiae
Freistadio, fratri suo carissimo.

Non ed. S D. Rde vir & cariss. frater: Clamo ad filium Dei & cum oibus pijs in coelo & in terra dico: Te maneat semper seruante Ecclesia Christe. Insertosque ipsi nos tua dextra tegat. Tres uoluit in flamma testes Babylonide seruas, Rex ubi templum de vdei atte Daniae. Petamus & expectemus auxilium à filio Dei. Si Erasmo Benedicto & [illegible] Deus voluisset longiorem vitam tribuere, amicitia eius in hac vita mihi dulcissima fuisset. Sed aliquanto post in coelesti consuetudine filio Dei me eo docente conveniemus. Nunc litigamus cum monstris qui asserunt nouam obedientiam non necessariam esse & citant dictum ex 2da epla Pauli ad Corinthios scripta: οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω. quod ibi dicitur de modo donationis Eleemosynarum non de Decalogo: Id accomodant nostri ad uniuersa ad praecepta. Oro filium Dei, ut nos & Ecclias gubernet & faciat ut … unum simus in ipso. Fridericum tibi com.

commendo. Bene vale. die 20 Iulij 1559. P.

Reverendo viro eruditione & virtute praestanti D Valentino Hecker pastori Ecclesiae in Schwilosen, fratri suo colendo.

S Reverende vir & cariss. frater. Sedens ad dexteram aeterni patris filius dei dans dona hominibus, pastores & doctores. Simul autem vult nos circumspectos esse in eligendis talib. quos & praeparavit & offert. Talis est hic Dionisius Luneburgensis a Deo ornatus ingenio & veris virtutibus: Quare tibi eum commendo, & oro ut ei locum docendi praebeas. Ad vestram dialecton se assuefaciet & propter suam bonitatem tibi & auditoribus tuis placiturum esse spero. Plura scribere non potui, sed pagellas mitto quae ostendunt studia & labores Academiae. Sumus etiam in luctu, quia reverendo pastore doctore Pomerano orbati sumus. Tu nos Deo pijs precibus commenda. bene vale. 29 Aprilis P.

Non ed.

EIDEM.

S D. Reverende vir & cariss. fr. Versus est dulcissimus Sophoclis qui constantiam tuam in caeteris virtutib. tuam vero etiam in amicitia laudat, quam volo & tibi & omnib. notissimam esse: ἅπαξ τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν. Quare cum ostendas multis officijs te memorem esse veterum amicorum, honestissimae faris & tibi gratiam habeo. Mitto tibi pagellas & pro tuis muneribus gratias ago.

Non ed.

Studia

Studia academiae & huius uicinia ex illis ipsis pagellis, quas mitto, cognoscere poteris. q sunt adhuc Dei beneficio grata ac probata pijs. Germaniam optarim serio de defensione contra Turcas cogitare. Et ali quorum principum optima e uoluntas de communi defensione: Sed necessaria res quarum impediantur seu ignauia seu pertinacitate tandem ostendet exitus. Nos teneamus hanc consolationem, filium Dei nostras aetas potentiorum esse, quod ut faciat toto animo pectore oro. Bene uale. pridie Calend. Decemb. 1556. C

EIDEM.

Non ed. S. D. Venerande uir & amice carissime: Tueamur ginnectionem nos tram eo maiore studio quia in aduersarijs crescit rabies. Scis edictis regijs pelli ex ecclesijs pios pastores & audio minacia dicta in conuentu Augustano proponi. Oremus autem filium Dej ut nos protegat & gubernet, qui dixit: Ecce ego uobiscum sum usque ad con summationem seculj. Colliget aetum & non aliter nisi uoce Euangelij: Hac nos consolatione erigamus. De illa misera q uexatur a malo spiritu, tantum hoc damus consilium ut pia precatione pugnetis, & cunctis corporis imbecille recte regi cibo & somno, & consuetudine pla cidorum hominum custodiri. Exempla uidimus aliquot q sic curatae sunt, & hodie uiuunt & recte ualent. Diaconum mittemus, Deo iu uante intra octiduum. Bene uale. die 7 Martij C.

EIDEM

S. Venerande vir & cariss. frater. Heri reverso ex mercatu Lipsico oblatae sunt literae virorum nobilium de Haubitz. Respondi ante festum palmarum venturum Lud. Gudenum virum eruditum & sanctum maritum, filium pastoris Brunsvicensis. In hac horrida bruma non potuit iter cum coniuge suscipere. Grato ut interea mihi scribas. Mitto pagellas, nec plura scribere potui in tanto concursu occupationum. Bene vale. Salutem optat tibi Reverendus dominus pastor, doctor Pomeranus. die x Ianuarij

Φ

EIDEM

Non ed.

S. Venerande vir, amice carissime. Delector officio tuo quod aliquid de tua ecclesia significasti, ac peto ut saepe ad nos scribas. Prodest enim nos omnibus officijs tueri coniunctionem nostram. Diaconum quem misimus, spero recte facturum esse officij sui labores. Et tua prudentia erit eum gubernare. Et iustum est eum tibi obtemperare. De Stancaro post eius discessum ex francofurdia nihil audivi praeter illa quae tu significasti. Ego enim nunquam vidi, & optarim potius amicum esse nostris ecclesijs quam inimicum: Nec unquam laesi eum, cum ipse in me & alios acerbissime debacchatus sit. Sed tale est seculum hoc, plenum arrogantia & petulantia. Nos modeste faciamus ea quae sunt nostri officij, & nos Deo commendemus, & ab eo petamus ut nos gubernet & adiuvet: ac simus memores veteris dicti ἀνέχου καὶ ἀπέχου. Mitto tibi pagellas. Bene vale & rescribe. 16 Aprilis.

Φ.

Magnifico domino Cancellario inclyti Electoris Mar-
chionis, praestanti sapientia & virtute, D. Johanni
Weinlaubio, patrono suo colendo.

Non ed.

S.D. Magnifice domine Cancellarie, & amice colende ac carissime. Non hoc mihi sumo ut in alienae reip. negotia me ingeram: sed tamen apud vestram sapientiam & amicum precib. locum esse existimo. Oro ut Christophorum Lasium pastorem Ecclesiae in urbe Spandaw illustriss. principi electori commendetis & oretis ut retineatur in ejus ecclesiae gubernatione. Nam existimo eum cum familia quae sic carnem vestram non obscurum est, & fideliter docuisse eum scitis. Certe de gravioribus doctrinae partib. adeo dextre scripsit, ut sperem eius labores etiam posteris profuturos esse. Et vita honesta est, etiamsi naturam vellem minus iracundam esse. Sed scitis in optimis naturis hominum tamen multos morbos haerere, ut fateamur nos esse massam peccati, sed ita salvos fieri quod merito filij Dei induimur. Obsecro ut foveatis hoc negotium. Bene valete. 27 Marty. qui ante annos 1521 filius Dei ex morte rediit & ostendit se victorem esse mortis & inferorum.
Anno 1555.

P. M.

D. Petro Suavenio Equestris ordinis viro
in aula Regis Daniae, amico suo

Non ed.

S. Cum arbitrarer Erhardum nostrum ad te perventurum esse, dedi ei has literas, cum quidem praeter nugas quod scriberem, non haberem.
Nam

Nam Erhardus ipse coram exponet tibi omnem statum rerum nostrarum, multo copiosius quam in brevi epistola fieri potuit: Est enim homo acutus, quod genus scis solere πολυπραγμονεῖν. Narrabit tibi totam historiam apparatus belli & alia. Nisi Deus admirabili casu prohibuisset, bellum horribile suscipiebatur. Sed hactenus misertus est nostri Deus ne scandalo tanto oneraremur. Te rogo ut nos precibus tuis iuves. Benevolentiam erga me tuam quaeso te pro humanitate alas fide tua ut retineas. D Johannes Bugenhagius instaurat Ecclesias Saxonicas Brunswigae & Hamburgi: Ea de re arbitror illum tibi multo ante scripsisse. Est apud nos quidam Pel. hic cuius legi adversus Amsdorfium criminationem valde ineptam. Ego huius consuetudinem vereor huic principi obfuturam esse. Scis illud: σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ. Optarim igitur uti principem meliorum familiaritate quam sit iste fanaticus. Talem enim scriptum arguit. Bene vale. pridie Iacobi 1528.

Φ.

Thomae Episcopo Cantuariensi.

3, 40.

ed.

S. Reverendissime domine praesul. Et ex Alexandro viro optimo & mihi veteri amicitia coniuncto, & ex multis alijs bonis & doctis viris intellexi te praeclaram doctrinae laudem cum eximia pietate coniunxisse: Itaque saepe gratulor Britanniae vestrae talem Episcopum, quales si haberet Ecclesia aliquanto plures, non difficulter de concordia orbis terrarum

terrarum consilijs, & sanari ecclesia posset. Cum autem non dubitarem
quin ad caeteras virtutes humanitatem summam adiunxisses, duxi tibi
commendandum esse hunc bonum virum Alexandrum Alesium Scotum. Is
proficiscitur in Britanniam ut exhibeat R.T. quoddam meum scriptum,
in quo R.P.T. animadvertet me conatum esse ut & diligenter & uti-
liter explicarem & quantum possem mitigarem plerasq. controversias.
Sed iudicium de toto scripto libenter & R.P.T. & similibus viris
doctis & pijs permitto, a quorum iudicio nunquam in tanta causa dissentia.
Itaq. si vel studium meum vel scriptum probabis, rogo ut R.P.T.
adiuvet hunc Alexandrum, ut Regiae M[ti] libellum exhibere possit.
Caeterum ipsius Alexandri tanta est doctrina, probitas & in omni
officij genere diligentia, ut nullam possit ad virum sapientem adfer-
re commendationem maiorem quam suam virtutem. Proinde fore spero
ut pro tua prudentia & pietate libenter amplectaris hominem. Rogo etiam
me, si quid nostrae literae apud R.P.T. valent, ut meae te causa
aliquid studij addas ad ea officia quae tua voluntate in eum collocatu-
rus es. Iudicium vero tuum de meo scripto poterit mihi R.P.T.
per hunc Alexandrum significare. Commendo me R.P.T. summo
studio. Bene valeat R.P.T. ad illustrandam gloriam Christi.

Mense Augusto 1535.

R.P.T.
addictissimus Ph. M.

~~Hieronymo~~ Baumgartnero.

Cruc

vd.

S. D. Quod faustum & felix sit, Hieronymus Scriber profecturus in Italiam prius in patriam iter facit, non solum ut matrem salutet, sed etiam ut ipsi patriae ac tibi gratitudinem suam coram oratione sua declararet. Dedi autem ei hanc epistolam ut ad ipsius vocem mea te sententia accedat. Nam & ego tibi, carissime Hieronyme, gratias ago quod hunc tuum civem & amanter complexus es & singulari studio ornasti. Spero hoc tuum beneficium & tibi privatim voluptati, & reip. utile fore. Nam & tibi hominis ingeniosi & ut ego animadverto videor a natura ad gravitatem & constantiam facti, "amicitia iucunda erit, Et quid est universae hominum vitae utilius quam bona ingenia provehere? Etsi enim quaedam fatali lege magni semper & fuerunt & sunt & erunt imperiorum tumultus, variae vices & mutationes: tamen bonorum ingeniorum virtute publica mala leniuntur, & legum & doctrinarum qualiscunque possessio ad posteros transmittetur. Nec raro mihi in mentem venit Bernhardi Schoneri nostri qui dicere solet; proinde ut motus coeli primus infra siderum orbium motu leniter adversante temperatur ut reb. nascentibus & vitae animantium conducat: Sic imperiorum impetus moderatione aliquorum sapientum ad utilitatem communem flectitur. Ac nos quidem qui scimus ecclesiam fore sempiternam, de fatigari in excitandis studiis non decet. Movebuntur, inquit propheta, coelum & terra, & Dominus erit spes populi sui. Quare, quod facis, perge iuvare

" & doctrina ad moderationem & decus civitatis "

iuvare studiosos bona cum spe, nec frangaris animo vel propter iniqua civium iudicia, vel propter regum tragoedias. Servabit Deus inter hos motus reliquias suas, & ut te & remp. nostram servet toto pectore precor. Nos, dum licet, has operas scholasticas, Deo iuvante, faciemus, etsi ~~[illegible]~~ pene consumor dolore ~~[illegible]~~ cum non solum ~~[illegible]~~ quae impendent cogito, sed et ~~[illegible]~~ causas & aliquot annorum historiam repeto. # Semper mihi principum πολυπραγμοσύνη & πλεονεξίαι displicuerunt. # Bene & feliciter vale. Calend. octob. 1543.

Clarissimo viro & egregia virtute & eruditione praedito D. Tilemano Fossano, amico suo S.

Non ed. — Arbitror te ut multos alios bonos viros amantes reip. & Ecclesiae in his dissidiis publicis, & bellicis tumultibus admodum angi animo & permulta de Ecclesiarum aerumnis, & perturbatione disciplinae & studiorum cogitare: Nec ego ignoro tam tristi tempore hoc literarum commercia minus iucunda esse. Quare etsi virtutes tuas egregias admodum praedicari audieram, & munere a te provocatus eram: tamen ad te scribere dubitabam, Sed cum varios alium fascem chartarum misisses,

= statueremque contra humanitatem esse nullam gratitudinis significationem praebere: tandem ad te scribendum esse duxi. Ago itaque tibi gratias pro munere tuo quod non tantum propter usum delector, sed eo etiam quod hoc tuum officium testimonium est benevolentiae erga nos tuae iudico.

Crudelis fremens & ardens ira πολυπραγμοσύνην ἢ πλεονεξίαν principum reprehendi? Nunc vident, si tamen vident, quantum sibi periculi accerserint. Adhuc, dei beneficio, hic mediocriter aluntur literae. Tuum libellum Scholasticis in manus esse hoc pagella quam mitto indicat

Quid autem nobis in causa non plausibili versantib. gratius esse debet studio & beneuolentia bonorum & prudentium virorum. Ego quidem & mea causa opto bonorum mihi testimonia non deesse, & ppr remp. gaudeo passim esse dignos ea virtute & grauitate iudicij praeditos, ut res utiles in Ecclesia patefactas obrui nolint: qui etiamsi propter iniquiora potentium iudicia minus contendunt: tamen sua sententiae signi-ficatione multorum iniustos impetus remorantur, qua in re multum communem utilitatem iuvant. Nos profecto nulla priuata cupiditate dissentimus a potentioribus. Ego etiam vehementer doleo me a literis & philosophia abstrahi. Spero autem in his certaminibus doctrinam Ecclesiae Christi a nobis pie & dextre explicatam esse: Ac Deum oro, ut hos agones ac mentes ipse regat, & suam ecclesiam augeat. Cum autem nos ad amicitiam tua humanitate prouocaris, me ut complectaris rogo, meamque tibi beneuolentiam polliceor, quae etiamsi tibi non potest esse fructuosa: tamen homines doctos meminisse decet, amicitiam virtutum esse, eamque colere sine spe priuatae utilitatis: Sed tamen annitar, ut illa bonorum consensu reip. & Ecclesiae prosit. Bene vale

" Sed aduersariorum rabies non concedit nobis ocium "

die 14. Julij   Ph.

Optimo Viro, D. Iohanni Hesso Euangelium pure ac fideliter docenti apud Sarmatas Vratislauiae: amico summo suo

Curionem

Ed. S. Curionem semper pp singularem doctrinam in universa philosophia & summum candorem feci plurimi: quare cum iter ad nos haberet, duxi eum tibi commendandum esse. Spero te talem virum pp excellentem virtute ultro complexurum esse: volo tamen abs te pro nostra amicitia, ut eum etiam nostra causa amanter excipias & diligenter adiuves in his negocijs quorum causa proficiscitur. Scio optime collocari in eum beneficium atq. idem tu iudicabis cum hominem familiarius nosse caperis. Quicquid in eum vel studij vel beneficiorum contuleris, putabo in meipsum collatum esse. Valde enim volo eius dignitati & commodis consultum. Romanos meos haud dubie iam vidisti in quib. Pauli causam expo sui diligenter, sed tuum iudicium requiro. B. V. 1532. die Lucae.

P. M.

Nicolao Ohmler patri Georgij Aemilij
civi Mansfeldensi.

Non ed. S. Filius noster Georgius rediit ex Silesia, pollicetur q. se deinceps in schola domestica regenda & retinenda assiduum & diligentem fore: quare de eo bene sperate. Nicolas satis b ingenij, sed aegre se regi patitur, & praeceptorem quem ei constituimus non audit, ac sumit sibi libertatem illi aetati inutilem. Ideo cogitate de eo transferendo ad alium magistrum, praesertim q. cum fratre etiam rixari saepe solet. B. V.

EIDEM

Non edi. S. Accepi literas vestras & quinq. Ioachimicos. Filium Nicolaum

expecto

praesente D. Caelio seorsum obiurgavi, etsi eum antea saepe de suo officio
admonui: Pollicetur se futurum diligentiorem & obtemperantiorem. At
domiceps iussus est non habitare apud fratrem sed apud praeceptorem.
Vellem autem & noctu cubare eum in hospitio praeceptoris. Ad hoc opus
est ei peculiari lecto. Quare de ea re velim vos cogitare. Multae
causae sunt, quare magis prodest eum a praeceptore domi contineri.
Si non erit in officio, significabo vobis. B V.

EIDEM.

S. Quod faustum & felix sit, filius noster Georgius una cum aliis Non es.
quibusdam doctis & honestis hominibus ornabitur gradu magisterii proximo
die Iovis, videlicet decimo die Ianuarii. In examine bene respondit,
& specimen ingenii & doctrinae dignum laude dedit. Pecunia gradus
est aurei x. Deinde sumptus prandii ubi multi conferunt, erit for-
tasse III aut IIII. Quia vero videlicet Dei beneficio ingenium &
mores filii & studia optimam spem nobis praebent: nec dubito pietatis
vestrae eum paterno animo adiuvare. Ipse per occasionem etiam quaeret
peculium, cuius in re nos ei non defuturi sumus. Si possetis adve-
nire, vellem vos in hoc honesto coetu doctorum in promotione
adesse. Bene Valete. 4 Ianuarii 1537.

EIDEM.

S. Mea officia non sunt defutura filio Magistro Georgio. Cogi- Non est.
tabimus

tabimus de aliquo argumento idoneo ad Comitem. Commendabo ei tu plures discipulos per occasionem, sed rogo ne destituatis eum adhuc. Ubi domesticam scholam habebit paulo frequentiorem poterit se sine vestro sumptu sustentare: Est ingenio bono & proficit in studijs & in moribus quod hoc tempore rarum est. Nam multi quidem proficiunt in studijs: tamen mores acerscunt indignos genere suo & studijs, sicut quotidie plura exempla videmus quam volumus. Quare Deo gratias agite quod filius & mores honestos habet & in literis cum quadam laude versatur, & propter bonam spem de eo agitate adhuc iuvandum esse. B. V. 7 Octob.

Viro opt. dn. Guilelmo Leifenstein, civi Stolbergensi, quaestori, amico suo.

Non ed.

S. Quo die a vobis discessimus, venimus vesperi in Frankenhausen ibi ad Nicolaum quaestorem in arce divertimus: Is pro sua humanitate tractavit nos comiter. Forte autem iniecta est Caesarei mentio. Hunc primum rescivit Nicolaus ex nobis Stolbergae esse, quem quo eo q[illegible] capere visus est, cupit vicinum hoc tempore salutare. Dedi igitur ei has ad te literas, ut ad colloquium abs te perduceretur. Video esse singularem huius hominis modestiam, quae virtus hoc tempore desideratur in plerisque eorum qui per se haberi eruditos volunt. Cupit se in amicitiam quoque insinuare, quod propter eruditionem & modestiam tantam facile ei concedo. Bene vale.

Cl. & disertissimo Viro, D. Gregorio Wernero, Consiliario Regis Hungariae, patrono suo.

S. Saepe mihi cupide audienti Scipio cum eruditionem atq. eloquen
tiam tuam praedicat, tum vero narrat studia sua aliquandiu liberali
tate tua sustentata esse. At me non solum gratitudo: sed multo magis
laudum tuarum commemoratio delectat. Gaudeo .n. te excellenti ingenio
politum & optimis artib. institutum in resp. versari, ubi & virtus tua
illustri loco posita conspici potest. & tu de genere humano optime me,,
reri potes, quum opinor te habere studiorum tuorum scopum propositum.
Scis enim & literarum patrocinium ad remp. pertinere: Quare qd stu,,
diosos complecteris, praeclare facis. Rogavit autem me Scipio ut se tibi
commendem: petit sumptus unius anni, hoc est, ut opinor, aureos de
cem. Nam cum in latinis literis tantum promoverit, ut oratio eius
similitudinem aliquam referat illorum qui apud veteres purissime
& eloquentissime locuti sunt, flagrat discendi cupiditate, & in Acade
mia diu haerere cupit ut ad illam doctrinam quam hactenus consecu
tus est, adiungat philosophiam & literas graecas. Non dubito quin in,,
census animum amore veritatis magnopere probes: Nam cum opti,,
marum artium studiis tu quoq. praecipue delecteris, eaq. & ad vitam
& ad remp. transferas;, qd qui faciunt hos demum vere philosophari
iudico,: arbitror te valde favere ingeniis q ad has ipsas artes ornan
das & ad remp. aliquando iuvandam idonea videntur. Hunc
Scipionem pollicemur futurum tibi magno usui si absolvere ei
institutum curriculum studiorum licuerit. Quare te rogo ne ei

desis

desis. Scripsi simplicius ad te fretus humanitate qua praeditum esse te non solum ex alijs audieram, sed etiam ipse iudicabam, quod sciam ingenia expolita doctrina et usu rerum plurimum habere humanitatis. Et intelliges multum officium istius esse in bonis mei loci vel in ijs qui docent, quod suscipere causas discipulorum. Ita etiam Scipionem tibi commendo ut me quoque et nostra studia commendem. Bene et feliciter vale. 1537. P.

Amico.

Non ed. — S. Mense februario accepimus literas tuas Paulus et ego: Paulus etiam duos coronatos aureos accepit inclusos epistolae ut ex ipso intelliges: Id munus putabo optime collocatum esse. Nam etsi studia Pauli et eruditionem probo: tamen multo magis eum amo propter singularem prudentiam et fidem. Quod autem iubes ut mihi acceptum feram hoc tuum beneficium, agnosco eximiam in te humanitatem, tibique gratias habeo et ipsius et meo nomine. Utinam haberet fortunam aliquanto aequiorem. Nam cum sit ingenio felici et moribus optimis praeditus, optarem eum diutius posse in Academijs haerere, ut perfectiori doctrina expoliretur. Quod si fieret, multo maiori ornamento aliquando reip. futurus esset. ἀλλ' οὐ δεῖ μάχεσθαι τῇ ἀνάγκῃ. Pollicitus est quidam se rediturum in patriam, sed adhuc aliquid temporis impetravit ad audiendos doctos doctores in Anatomijs. Cum se dederit doctrinae medicinae dis-

cendae

Condiscipulum ei hortator & autor ut adiungat liberalem eruditionem cum Philosophiam, ut dexterius possit sacra tractare, Nec volo enim rixas discere, sed res vitae & moribus utiles. Curare tibi item, eum commendo. Bene Vale 1538.

Amico.

S Nisi iam rursus abducerenur lipsiam, ad nos expaciatus esses, ut nobis historiam conventus francofurdiani narrarem, etsi bona partem ex Marchione nos audivisse non dubito. Multa tamen de exterarum nationum studijs ac voluntatibus commemorari possunt, quae literatis notiora sunt quam principibus. Nunc tibi commendo Georgium Aemilium, honestum & pium iuvenem & conferentem ingenij venam ad ornandas res sacras, quia nuper edidit pia & venusta poemata etiam iudicijs gravissimis doctorum ad Homerum probata, eaque dedicavit Georgio principi Anhaltino: querebar. n. eruditum patronum qui de scriptis iudicare possit. Tales digni sunt principum favore & liberalitate: Et vos ad bonorum principum officium pertinere ut autoritatem & facultatem conferant ad literarum conservationem: Nam Ecclesia sine literis conservari non potest. Exigues igitur Aemylium amanter & eum principi Georgio commendabis. B V.

Petitio salvi conductus, scripta nomine Illmi Elect. Saxon.

Consi.

Hun ed. // Constituimus divino auxilio proficisci brevi ad Ill^mum & invictum principem ac dominum, Ferdinandum Romanorum, Hungariae & Bohemiae Regem, dominum nostrum clementissimum, & iter facere per regnum Bohemiae & urbem Pragam, ad quam speramus nos post paucos dies venturos esse. Cum autem maiorum nostrorum ducum Saxoniae Electorum, quantum nos quidem intelleximus, singularis benevolentia semper extiterit erga Remp. Pragensem, & erga cives eius urbis, & nos cum universo Regno tuo Reip. vestrae optime velimus, cumque veteres & hereditariae necessitudines & foedera mutua fuerint & adhuc sint inter regnum Bohemiae & domum Saxonicae: speramus nobis vicissim officia vestra non defutura esse. Cum igitur non dubitamus de vestra benevolentia: tamen duximus petendum esse fidem publicam pro nobis & nostris amicis, principibus & comitibus, ac nobilibus quos nobiscum ducimus & universo comitatu nostro. Petimus igitur ut literas publicae fidei nob. amanter quam maturrime dum fieri potest nos esse pro vestro erga nos optimo animo speramus, per hunc nostrum tabellarium mittere velitis: Id vestrum officium nob. gratum erit, & vicissim nobis summa voluntate ubi nostris beneficijs uti volueritis, gratificabimur. B. 2. 1535.

Alexandro Alesio.

ed. 3, 110 vo δ 86 ψ 5

S. Ψυχῆς νοσούσης ἰατροὶ εἰσιν λόγοι. Gratum amicorum & dolorum. Augent autem mihi solitudo tristitiam adeo ut contabescam, videamque mihi vitae aerumnosae finem instare. Tuum silentium tali gratum tempore

tempore, cum scias a me desiderari literas, miror ac moleste fero me
cuius officia antea multis levierunt curas, nunc ab amicis vix
epistolam impetrare posse. Sed, ut video, specti, ἐπιβάρματα
καὶ περιψήματα esse dicimur. Deum autem aeternum p. d. n. I C
oro ut opem suae navitati ferat, et nos rursus erigat et vulneribus
nostris medeatur, quod facturum esse non dubito. Lycaon in Saxonia
novum bellum accendit et Carolus Helvetijs minari dicitur. Quod si
ideo movent motus ut deleant doctrinam, procul adhuc abeo [illegible] mihi
abesse videtur. Sed his de rebus tuas literas expecto. Ego absoluta
dialectica, si nunc de novo exilio deliberabo, erisq. alter ἄπνοος: Nam
hanc solitudinem ferre non possum. Cupio explores an Paulus istuc
discedens aliquid ad me scripserit, ut certo existimo, mittito, si
quid sit ad me literarum a Paulo allatum istuc relictum. Ideo enim hunc
tabellarium misi, ut tandem literas a vobis extorqueam. Famam de
novo Pontifice audivisse te arbitror. B V. Salutem D Sigleno et Erasmo.

Φ.

Fidelibus et pijs doctorib. Vratx.

Etsi in tanta publica trepidatione cum Turcica tyrannis universae
Europae vastitatem minatur, literae nunc spretae sunt: tamen nos
qui sentimus Ecclesiam dei mansuram esse, etiamsi in his Imperiorum
perturbationibus dirissime grassabitur, tueri professionem doctrinae quantum
possumus decet, et ceteros confirmare qui non perturbant hunc mundum

casu regi

Non ed.

casu regi, ut ecclesiae ornamenta et ipsi defendere studeant. Cura sit
docere iuventutem et habere evangelium filii Dei etiam cum hostes val-
lo cingit muros. Invocandus es Deus, etiam cum in acie praeliamur.
Quare etiamsi aliarum humanarum artium studia intermitti aliquam-
diu per possent: tamen semper, etiam inter ipsa classica, omnibus auribus et animis
inculcari elementa doctrinae christianae debent. Haec enim eruditae com-
plexus est et vir doctus et summa virtute praeditus Matthaeus Collinus,
cuius maxime studium et operam laudo. Olim in maximis tumultibus orbis
terrarum cum Gothi et Vandali Europam populabantur, simili modo
Prosper Augustini sententias brevibus elogiis complexus est, credo ut
cum carmina inter iuvenes celebrarentur, facilius memoria retine-
rentur. Ita nunc Collinus plane res easdem quas vir doctus et pius
Hieronymus Hoppius dum adolescentibus in schola summam Evangelii
tradit brevitate ut aetati puerili serviat, in pauca contulit, versibusque
perspicuis reddit. Avidiusque enim ingeniosi versiculos propter numerorum
concinnitatem accipiunt. Olim haec studia fovere duces exercitus magnum
et nervum decus gentis Bohemicae Carthaginiensium. Non est enim summa gloria
Imperiorum antecellere viribus armis: sed et doctrina et literis opus est, quare
studia qui tuentur, hi et de patria et de ecclesia bene merentur. Bene valete.
4 April. 1543

Illustrissimo Principi D. Petro Lando et inclyto Senatui
Reip. Venetae, amico nostro et vicinis nob. singulariter
dilectis.

Non ed.

Illustrissime princeps & inclyte senatus, amici & viri singulariter dilecti: fertur apud nos, pios & honestos viros quosdam in Italia sincerae religionis studiosos misere affligi & graves persecutiones pati non ob aliam causam quam quod Evangelium Christi amplecti, eiusque gloriam illustrare & propagare cupiunt. Nos vero qui optamus puram Evangelii doctrinam & salutem Ecclesiis quasi postliminio omnipotentis Dei gratia iam redeuntem in ecclesiis ubique conservari, merito piorum hominum miseratione afficimur. Debemus enim piis lacrymis fratrum aerumnas ac lacrymas eorum qui ob veritatem Evangelii gravantur, esse maxime cordi nobis. Cum itaque audivissemus mandato Romani Pontificis nonnullos pios viros, praesertim vero quendam nomine Baldum Lupetum(?) hominem singulari pietate & doctrina praeditum apud vos quasi capitis periculo [illegible] accersitum & in vincula coniectum esse, eumque adhuc detineri: duximus officii nostri esse pro eo & pro aliis piis hominibus literis & deprecationibus nostris intercedere. Damus ergo & ad amicitiam vestram & ad vos has literas quas nostro & aliorum in causa religionis confoederatorum principum & ordinum Imperii nomine edidimus: ac rogamus & adhortamur vos ita ut existimemus vos gubernatores florentissimae reip., ita defensores & [illegible] esse, ut intueamini pios & innocentes viros, qui morum honestate & vitae sanctimonia doctrinam & veritatem Evangelii amplectuntur, [illegible] dogmata non confutant nec nova gignunt, sed errores & abusus qui contra Evangelium Christi & priores [illegible] indicant.

jam

iam olim irrepserunt, populo ostendere student. facile .n. pro prudentia vestra statuetis tales homines & Christi membra, non modo non indigne tractandos, sed & iuvandos & promovendos ipsos esse ad illustrandam gloriam Dei, quae quanta multis seculis caligine oppressa fuerit non est obscurum. At licet his postremis temporibus Deus pro sua bonitate lucem Evangelii iterum reddidit: tamen eadem multis in locis pontificiorum & Episcoporum tyrannide & pertinacia premitur & impeditur, quod quidem boni & pii concionatores ferre non possunt, unde & sua pericula ipsos exercent. Verum si a pio & Christiano magistratu defendendi & iuvandi sunt, id quod sane maxime ipsorum officium est, quemadmodum sacra quoque scriptura testatur, cum inquit: Aperite portas vestras principes. haec quoque nos principes non parum moverunt ad iuvandos pios concionatores qui propter pontificiorum indignationem in discrimine erant: Eodem etiam nos amanter rogandos esse duximus, ut pios homines illos & nominatim spectabilem Baldum Lupoldinum qui cum fratribus propter nomen Christi persecutionem patitur, commendatos vobis habeatis, & pro humanitate vestra efficiatis ut ex vinculis liberentur & sub vestra tutela & protectione Deum colere & Christi gloriam illustrare possint: Utque nos intelligamus hanc nostram deprecationem apud vos locum habuisse, pro quo pietatis officio Deus Opt. Max. vobis & reip. vestrae uberrimam felicem statum & secundum in rebus gerendis successum. parem

&

nrm donabit. Nos vero nostra officia & studia nobis & reip. vrae deferimus & pollicemur & oblata occasione summa alacritate nobis gratificabimur. Bene valete. die 26 Ianuarij. A° 1547.

CL. V. & egregia eruditione & virtute prædito viro
D Petro Martyri, Christum docenti in schola Argentinensi, amico suo.

S. Cum gravissimam consolationem tuam ad D Martinum [illegible] scriptam, ... de te diligere cœpi. Lucebat enim in oratione & ingenij acumen & eruditio singularis & vera pietas: quarum virtutum coniunctione nihil pulcrius, nihil amabilius cogitari potest: Itaque vehementer [abs te] peto, ut benevolentia tua me complectaris. fateor autem quod res [illegible] me tua oratione non solum delectatum sed etiam confirmatum esse in his certaminibus. Valde enim me monuit imago quam nobis intuendam proponis, cum dicis tunc sibi Diabolum maxime accersere cladem cum atrocissime saevit. Itaque nunquam acrius saevijt quam cum necaret ducem nostrum Christum conatus est. Maxime vero in eo prælio succubuit, & secuta est postea magna universi orbis mutatio. Huius me de[illegible] certa temporibus admonuisti: maxime [illegible] conversiones [illegible] post Pharaonis [post] Maxentij furores secutæ sunt. Interfui autem multis conventibus, multis colloquijs, sed nunquam videor incidisse in sycophantas rabiosiores & impudentiores. Quare consolatio tua mihi pergrata fuit. Sed peto ut nos & vniversam Ecclesiam [illegible] Deo commendes: Hac enim spe sustentamus [nos ipsos], quod quos ex manibus Deus vocat

ad

"Θεος ἐστι ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας"

ad hoc munus excitat, eorum laborem adiuvat ut scriptum est," Deus efficit ut velitis et perficiatis, ut aliqua ipsi grata fiant, hoc est: ut quaedam pars generis humani officia colat Deo grata, et ne totum ~~fremat adversus deum~~ [furenter adversetur Deo] et pereat. Vides ~~orbem~~ [graviori] terrarum perniciosis bellis, ~~vexari~~ [negligi], imo vastari Ecclesias a pontificib. et regibus. Interim nos nostrum officium modeste faciamus ac Deo exitus commendemus, cui curae erit ne Ecclesia funditus pereat. Et fortassis ideo eas in his locis Germaniae collocavit, quae aliquanto habere tranquilliora et moderatiora imperia, quam illae aliae gentes. Quare hoc locum hospitium tibi gratulorque ac Ecclesiam ibi tua fidelitate ornare studeas. Bene et feliciter vale"

XIIII Iuly. Anno 1543. Bonna

"Sturmio salutem opto"

Clarissimo et opt viro, d Joanni Brentio amico suo carissimo.

S. Ex literis academiae Lipsicae intelliges ducem Saxoniae Mauritium cupientem instaurare studia doctrinae ecclesiasticae in Academia, magnopere velle te adhibere gubernatorem, ac iussisse ut voluntas tua exploraretur. Nam si cognoverit te non gravatim venturum esse Lipsiam et vel anni vel biennii operam his regionib. praestare velle, scribere ad te ipse de voluntate sua copiosius. Etsi autem scio te ubique Ecclesiae ubicunque terrarum potes, libenter opitulari, et si quid est opus adhortatione in alieno loco satis mei autoritates. tamen ita iussum est quibus tamen ut meas literas adiungerem, quod propter voluntatem et ~~nulla~~ [nulla] tem,"

pot.

porum varietate ~~[illegible]~~ labefactatam amicitiam nostram concedi mi-
hi arbitrabantur ut vehementius hanc causam apud te agerem: Ges-
si morem viris optimis qui graves consilij sui causas habebant. Et quamquam
autem nulla solent domi incidere, propter quae Senatus vester domi te, &
tamquam in specula esse mallet: tamen Ecclesia vestra Dei beneficio ita
constituta est ut aliquandiu vicariam huius operam alijs concedere possit.
Quare non solum te adhortor sed etiam oro ut operam tuam Lipsicae
Academiae deferas. Causae duae verae & graves sunt. Scis Deum
semper addidisse Ecclesijs agmina aliqua literis dedita, quorum hoc
proprium munus fuit ut explicationem locupletiorem caelestis doctrinae
certis testimonijs traditam conservarent, propagarent, et defenderent.
Scis ita scholas habuisse Prophetas, Baptistam, Christum, Apostolos. Ac
tantum momenti ea res habet, ut quoties scholae Ecclesijs adiunctae
dissipatae sunt, aut doctrinae genus mutatum sit, aut densae tenebrae
Ecclesiam oppresserint. Accidit enim illud quod & apud Prophetam:
Quia repulisti scientiam repellam te. Agamus igitur gratias Deo
quod alicubi literarum reliquias tamquam ex naufragio colligi conce-
dit, & nos quantum possumus, ea in re Ecclesiae serviamus. Me quidem
haec una causa in Academia, in militia profecto laboriosa, ut nihil
aliud dicam, retinet. Scio te istic in tuo munere praeclare de Ecclesia
mereri: sed haec pars etiam non negligenda est. Haec seminaria

excolenda

excolenda sunt ut posteritati prospiciatur: hanc animo intuearis, quae si scholae contirescant, aut nullos habebit doctores aut ineruditos, qui non poterunt sustinere praecipuam sui muneris partem, videlicet doctrinae explicationem & defensionem. An ἀπὸ ποππῶ ἐπὶ τὸ βῆμα ut olim dicebatur, perducemus oratores ad muneris omnium maximi & difficilimi functionem? Quare te etiam atque etiam obtestor ut hanc professionem iuvandae Academiae causa suscipias. Alterum argumentum tibi fortassis harum regionum ignaro videbitur levius, sed si quid mihi vel iudicij vel diligentiae in consideranda Rep. tribuis, scito gravissimum esse. Lucet in duce Mauritio, Dei beneficio indoles ad virtutem egregia. Ceterique de fatalibus periculis cogitanti, hic iuvenis unus aliquanto post praesidio universae Germaniae futurus esse videtur. Is quidem constanter veteris Ecclesiae doctrinam, & de studiis bene sentit: tamen in medio cursu principum benevolentiam non solum assiduitate & studio, sed etiam arte quadam alere & confirmare convenit. Scio Ecclesiam non debere humanis praesidijs niti, nec nihil quaero defensores, sed ipsis principibus, Ecclesiae, politijs, iuventuti nos consulere decet. Vult Deus & commonefieri principes a nobis & ornamentis vitae, & nos illorum animos quadam dexteritate conciliare. Quanta comitas est Esdrae & Nehemiae erga regem Persicum. Haec diligentia seu praetensatio & necessaria est & non inutilis: etiamsi non semper obtinemus optima. Pugnandum est tamen arte.

"Germaniae"

Impetrat Daniel reditum civibus: id decretum mutuo Cyro rursus mutatum est: Neq. tamen Daniel desijt ijsdem Regibus servire: sed iniuria dissimulata mansit in statione, et occasiones expectat secundos." Non potest sibi homo quicquam sumere, nisi datum sit ei de caelo inquit Baptista: Scis in omni gubernatione plurimum esse aerumnarum." Hac tamen facilitate reddes tunc ~~principem~~ studijs et ordini nostro devinctiorem. Exposui tibi meam ~~sententiam~~ opinionem simpliciter ut sentio, meos mores et meam philosophiam in hoc genere breviter exprimens: etsi mea oratio aliquanto minus habet suavitatis quam tua, sed hoc tamen iter etiam severissimis censoribus probare posses. Quid enim honestius est quam iuvare studia et ecclesiam? Quid quod ea est civitatis disciplina, et ea concordia omnium qui docent ... ut non difficilem ad ministrationem arbitror. Aliquid solatij negotij erit in constituendo negotio ecclesiastico: Caeterum poteris vero docto in schola ubi inter doctissimos versaberis, ~~non~~ etiam iucundae esse poterunt. + ~~Ioachimi eruditionem~~ fidem arbitror tibi magno usui, eruditionem vero et humanitatem illam germanam ac prorsus nullo tinctam fuco solatio ~~fore~~ studijs. Interdum et mihi ad nos excurrere licebit, aut nobis ad nos. Nam, Dei beneficio, adhuc ea est utriusque scholae concordia ut utramque fere unum collegium dicere possis. Ad hunc consensum confirmandum, autoritas tua

" Quare nos commoditate nostra sicubi possumus bonis principibus servire magis convenit. Quare facilius obsequamur τῷ κρείττονι λωίτερον "

+ Quantam voluptatem ex Ioachimi consuetudine capies cuius prudentiam et +

" οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ inquit Baptista. τότε οὖν ἡ πρᾶξις ἀμείνων εὐτυχεῖ, ὅταν ἡγῆται ἢ χορηγῇ ὁ θεός. ... Scis in omni tr

tua etiam multum conducet. Quid mihi videatur exposui: Nunc & Deum precor ut tuum consilium gubernet, & te oro ut me simplici animo haec scripsisse statuas, ac nec ita significare velle, ut te facturum esse si principi in hac re gratificeris. Vale. 1542
die Brumae

Petro Medmano.

Non ed.

S. Cum te propter virtutem tuam & singularem benevolentiam vicissim plurimum amem: reprehendo ipse interdum meam segnitiem quod assiduitate literarum tibi non declaro amorem meum. Sed volo tibi sciant meae occupationes, vel, ut verius nominem, aerumnae. Totum hoc biennium mihi in convivijs, & in acerrimis calamitatibus consumitur: Accessit nunc dextrae luxatio quae me vehementer affligit. Ergo igitur nunc non sine cruciatu scribo: tamen gratia habeo Comiti Isenbergio Antonio qui me impulit, ut tandem aliquid ad te literarum mitterem. Praedicat enim tuam erga se observantiam ac narrat se a te impetrasse, ut apud filium suum in Arade mea nostra per semestre mansurus sis. Haec mihi oratio per iucunda fuit, Maxime enim frui tua consuetudine cupio, sed morarum temporis breviorem nobis pollicearis quam & Comes & Ego vellemus. Mihi si apud te vivere liceret vel in horridiori loco, tali conditione, non unum semestre meae cupiditati satisfaceret, sed Saecerem apud te quam diu concederetur. Te miror

||mi Petre||

non

non polliceri nobis longius tempus, cum sis futurus eos in loco, ubi non solum amicorum consuetudo, sed etiam artium optimarum varietas delinire hospitem magna cum voluptate potest. Carneadem quidem non diu sed senem audierat is qui sibi plus profuisse eam consuetudinem exigui temporis narrabat, quam si iunio- rem multo diutius audisset: quod vehemens ingenium florenti aetate magis sibi indulsisset, senis autem oratio fuisset velut Nestoris dulcior et gravior. Idem tibi accidet iam audienti vestros professores. Saepe sum in principum conventibus, video senatorios consessus augustos; sed profecto non antefero eos vestris congres- sibus et disputationibus, ubi maior est artium bonarum varie- tas, et veritas quaeritur maiori candore et sine sophistica. Sed de scholasticis et regijs congressibus plura dicam cum coram erimus. Nam hic quoque expertus sum studium veritatis maius esse in scholis quam in conventibus. Redeo ad Cornelii orationem. Mul- tis causis movetur ut te permittere longius tempus, aut saltem annum capiat. Cum enim filius procul domo mittendus sit, plurimum refert diutius apud eum versari hominem notum. Si primo semestri statim redeundum aut alius explor. ignoto adolescenti, quantam solicitudinem parentibus, quantam molestiam ipsi adolescenti allatura sit mutatio illa, facile potes cogitare. indicare

Her

Nec Achilles quidem iam dux carere Phoenicis consuetudine potuit: quid tam tenera aetate adolescens faciet? quo animo feret, si tu, cui suae se a patre vni commendatum esse, quemque iam loco patris observare didicit, tam cito discesseris? At rexisti tu quidem iam antea heroicas familias, nec ignoras in illis tenera aetate omnia plena esse humanitatis, et qui tales sunt aegerrime pati patiuntur a se avelli amicos. Scis etiam primis studiis obesse crebras mutationes doctorum. Tam multa bona sponte cavisse cum concurrant, te etiam atque etiam adhortor ut comiti Antonio longioris temporis usuram pollicearis. Vides, mi Petre, non ita multos esse nobiles homines qui faveant literis, ut magis meliorum et saniorum inter illos studia nobis retinenda sunt. Praeclare de rep. meretur, quisquis heroem nobilem vel ad amorem literarum flectit vel etiam erudit. Nam eius ordinis vox multum in rep. valet. Servies igitur in hoc munere rep.; simul et patris nobiscula tum erga nostras literas tua comitate confirmabis et adolescentis studia promovebis. Ego non propter privatas ullas utilitates ambitum intendum benevolentiam aliquorum eius ordinis, et alioqui philosophia severior reprehendens tamen ambitione potius: sed profecto tantum hoc spectamus, ut illos invitarem ut tueantur et literas

literas magis respiciamus et mirentur. Hoc scripsi pluribus verbis quod fortassis opus fuerit apud te, cui boni officij rationes non sunt ignotae: sed volui ostendere me serio petere ut consilio gratificaremus. Dabis etiam aliquid meae cupiditati. Scio enim consuetudinem tuam et quidem diuturnam cupio et opto ut deus studia adolescentis et consilia patris et tua gubernet. De caeteris coram ut spero colloquemur in Academia, ubi tantum locus est philosophiae libertati. Exhibitus est nobis hic ab Imperatore Carolo liber, quem ferebant ei scriptum esse ut quadam pia moderatione tollere controversias. Legimus et diximus nostras sententias, non astute sed candide. Erant enim multa ibi ambigue scripta, fortassis non malo animo: sed tamen Ecclesiae in libris est dicere scapham scapham, ficum ficum. Nunc exspectamus deliberationem Imperatoris Caroli de eodem libro, et de nostris sententijs. Imperatoris animum nostra a saevitia abhorrere iudico, et video tum cupere ut Ecclesijs nostris consulatur: sed vides qui impediant mitia et pia consilia. Deum precemur ut et Imperatoris animum gubernet et Ecclesiam suam defendat, augeat et servet. Bene vale. Ratisponae. 1541.

Ph. M.

Gratiarum actio studiosorum Hamburgensium ad Joh. Frid. Elect. Sax. pro liberato studioso Hamburgensi, qui erat Witebergae captivus.

ed. Illustrissime princeps, domine clementissime. Principio reuerenter precamur ut C T. has nostras literas declarandae gratitudinis nostrae causa scriptas clementer accipiat. Postquam enim Conterraneum nostrum Georgium Maurum primum Academiae restituit, deinde placato fratre vulnerati, etiam mortis metu liberari C T. clementer voluit: etsi talibus beneficijs nulla oratio par inueniri potest: tamen existimauimus ad officium nostrum pertinere ut aliquod grati animi specimen ederemus. Scimus nos antea plurimum C T. debere, quia in hac Academia a tua virtute & liberalitate defenditur & fouetur, optimarum artium & Ecclesiae doctrina, qua nihil homini melius aut utilius contingere potest, & didicimus. Quo tempore & vidimus C.T. prae caeteris principibus virtutes omnes colere, maximeque iustitiam retinere humanae societatis amare & bonitate lenire. Propter quae decora C T. semper studiose veneratae sumus, & praedicari etiam a multis sapientibus viris sibique scimus. Sed in hac calamitate conterranei nostri conspicue cognouimus iustitiam tuam misericordia temperatam; & te tuo iure clementer aliquid remisisse. Postea etiam mitigari patris eius, & adolescenti vicissim vitam reddidisti: cum in te etiam parentes ipsius senes qui dolore animi & luctu perituri fuissent, seruati & plane ex morte reuocati sunt. Cum autem pro caeteris beneficijs omnibus multum nos

nos obligatos C T fateamur. nunc etiam magis obligati sumus pro
ter peculiare beneficium. Itaque summa reverentia C T gratias agimus
& nostro & Conterranei nomine, & nomine parentum ipsius, quod
misero qui iusto casu in hanc calamitatem incidit, parci voluisti.
Et si ullo tempore nostris laboribus declarare gratitudinem nostram
poterimus, pollicemur nos tanquam fideles subditos pericula tua nostra
libenter adituros esse. Praedicabimus etiam civitati Hamburgensi
genti: in qua plerique nati sumus hanc T C clementiam, quae
etiam erga T C eius offensiorem, cum audiret civium suorum
intercessioni te clementer assensisse. Hanc testificationem grata-
voluntatis nostrae clementer accipiat T C, & non simulatam, sed
veram & ex animi sententia scriptam esse statuat. Postremo
etiam Deum aeternum, patrem domini nostri Iesu Christi preca-
mur et semper precabimur ardentibus votis ut C T servet
incolumem & florentem, & defendat adversus omnes hostes, ut
gubernatio tua felix sit & C T & tuis & universae Ecclesiae Dei:
ac in vita aeterna inter iustos & salutares principes, Davidem
Iosaphat, Ezechiam, Iosiam & similes coram Deo & universa Ecclesia
celebrans: quae vera gloria longe anteferenda est famae quam Alex
ander aut Iulius reliquerunt. Bene & feliciter valeat Celsitudo
Tua. Witebergae. 2 februarij. Anno 1545.

C. T. observantes.

XI nostri subscripti

Reuerendiss. D Nicolao ab Ambsdorff, Epo Naumbur
gensi, eruditione, virtute & pietate vera praestanti,
suo patrono cum observantia colendo.

ed.

S. Reuerendissime domine. Ut Ecclesia Dei vere orphana inter haec
imperia mundi intuetur pios pastores & vere Episcopos, & ab eis
consolationem petit: ita nunc puella D Pauli filia orphana neces
sario suo tempore a quo implorarit auxilium potius quam a paterno
amico & vero episcopo? Quare cum liberalitatem erga eam exer
cueritis, pietas vestra Deo grata erit, & pro ea munificentia deus his Eccle
sijs & politijs benefaciet. Vos quidem & puellae nomine & sponsi
& nostro gratiam habemus, & Deum aeternum patrem d. n. I C. precamur ut has
ecclesias quae certe similes sunt puellis orphanis defendat ac regat,
& servet vos & alios pios doctores tanquam oleas ferentes in domo Dei,
nec sinat extingui lucem Evangelij & notitiam domini nostri I C.
sed multorum pectora vera pietate accendat & pia studia doctrinae
& veram disciplinam tueatur, ut veris laudibus inter nos in hac
mundi senecta te celebretur verus Deus aeternus pater d. n. I C. cum filio
suo & SS. Has optimas res Deus impertire solet per veros Epos,
quos quidem vocat συνεργοὺς laboris sui. Quod potest autem
maius praeconium cogitari quam divina vox dicentis ministri laboris?
Veneremur ergo pios pastores in quorum numero longo iam tempore
vos gregis Rexistis. Deus servet diu incolumem & ut tales servias in
Domo

domo Domini oramus. Bene & feliciter R D V valeat. Die nup-
tiarum filiae Dni Pauli Knod, quas ut sint faustae & felices faciat
Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi. Philipp.

D. Vlrico Mordeisen, Consiliario
Electoris Mauritij

S. Clariss. vir, & amice carissime. Semper ingenij & naturae tuae
praestantiam amavi, quam tuam iam in reip. gubernatione gaudeo,
Et cum Deus aeternus pater D. nostri Iesu Christi Conditor generis
humani hanc societatem instituerit, & sua ope tueatur, ut Scriptum est
Qui dat salutem regibus: nec sine ope divina felix sit gubernatio, te
lo pastore Deum oro ut & harum regionum Eccl[esi]as & politias servet
& regat, ac mentes gubernatorum ad salutaria consilia flectat & te
quoque adiuvet. Ut autem praecipua cura esse debet doctrinae Coele-
stis & honestae disciplinae: ita modesta ingenia etiam a gubernatoribus
provehenda sunt. Quare non dubito tibi curae esse & fovere scholas.
tuos bene moratos. Hic adolescens David Schirrdecker filius G.
Schirrdeckij qui ante sexennium quaestor fuit in praefectura Wite-
bergensi. Tradidit autem pater huic suo filio & fratribus dominum
quae Witebergae est. Nunc petit adolescens fundi collationem. Arbitror
rem iustam & utilitatem publi & adolescentis ~~extra~~ non difficilem
domus sumptus ad studia sumendus est, qui quidem feliciter ver-
satur

satis in studijs philosophiae, quae flectunt animos ad modestiam, & ad multas virtutes. Quare te valde oro ut eum complectaris & adiuves & perfici hoc negotium cures. Judicabo hoc beneficium tuum ad me quoque pertinere, & gratitudinem animi praestabo. Bene & feliciter Vale. prid. Calend. Augusti 1578.

Decanus collegij philosophici in Academia Witebergensi S D omnibus lecturis has literas.

Non ed. Petiuit a nobis testimonium de suis moribus, studijs & gradu vir honestus & doctus M Georgius Trymens Cygneus: id ei summa voluntate impertiimus. Cum enim in Academia nostra amplius quinquennio versatus sit, comperimus indolem in eo ad virtutem & literas praeclaram esse, & mores eius honestos esse. Cumque Grammaticam a viro doctissimo Petro Plateneo in patria sua percepisset, postea hic & in studijs linguae latinae & graecae se exercuit & philosophiae elementa didicit. Scribit solutam orationem & carmen diligenter & prope ad antiquitatis imitationem. Adiunxit autem ad ceteras philosophiae partes Arithmeticam & initia doctrinae dulcissimae de motibus coelestibus in qua veri, ut Plato inquit, grata de Deo fama sparsa est. Nam mirificus ordo motuum coelestium testatur hunc mundum non casu ortum esse, sed ab aeterna mente architectatrice conditum esse, & gubernari, Et cum sciat hic Georgius quod sint nati homines ad agnitionem Dej & veram de Deo sententiam in Ecclesia filij Dej

domini nostri Iesu Christi crucifixi pro nobis & resuscitati quendam esse, pie didicit fundamenta eius doctrinae quam vera Dei Ecclesia profitetur, & consensum coetus Catholicae amplectitur & ab omnibus fanaticis & seditiosis opinionibus abhorret. Cum igitur & studia & mores huius Georgij probaremus, testimonium ei publ. doctrinae tribuimus, eique decrevimus gradum magisterij philosophici quod his literis testamur. Cumque ad gubernationem scholae in patria Cygnea, iudicio prudentissimi Senatus delectus & vocatus sit hic Magister Georgius: diligenter eum Senatui commendamus, cum sciamus bene instructum esse eruditione, & mores eius honestos esse, & specimen antea diligentiae & fidei in docendo praebuerit. Ac Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi toto pectore oramus ut inclytum oppidum Cygneam gubernet & protegat & studia literarum quae diu in eo oppido inprimis floruerunt tueatur & adiuvet. Decus harum regionum diu fuit Cygnea, & pene Massyliae similis in his regionibus, et quia disciplinam & mores maiori severitate regit quam pleraque alia oppida & quia ferax est ingeniorum, ac multos habuit ac habet cives ita excellentes virtute, ut toti Germaniae ornamento sint, quo in numero praecipuus est vir clarissimus Joannes Cornarius artis medicae doctor, qui plurimum lucis addidit Hippocrati & Galeno. Artium vero officinis vincit Cygnea omnia harum regionum oppida. Curae autem pie doceri ac regi coetus

& Ecclesias

& praecipue braezo scholam tueri & ornare semper solita est. Haec tam multa civilia ornamenta a Deo servari optamus, q genus humanum propter has causas praecipue civili societate copulavit ut luceat & conservetur in caetu vera gnosis & filium suum d. n. I C. patefecit & doctrina de vera virtute & virtutib. Ideo precamur etiam Deum ut scholas Cygneam & bng Georgij labores adiuvet. Data Witeb. 7 febr. 1548

P. M. m[illegible]

ALIVD.

Non ed. F[illegible]

Petiuit a nobis testimonium de suis studijs morib. & gradu vir honestus & eruditus M Wolfgangus frurman Zwiccensis, q& ei summa voluntate tribuimus. Nam cum in familia veteri & honesta oppidi Zwicciae natus sit & maiorum virtutem ingenij similitudine referat, natura ad gravitatem & integritatem ducitur. Domestica etiam disciplina & deinde eruditione ad omnium virtutum officia assuefactus mores honestissime rexit. Cum autem in Academia nra & linguam latinam & philosophiae elementa didicisset & mallet in consideratione nra rerum versari q in alijs diversis generib. dedit se studio Medicinae in qua virum cl. eruditione & experientia praestantem d. Augustinum Schurff amplius quadriennio audiuit. Est autem laus ingenij & voluntatis egregiae naturae considerare delectari in qua tum artem & ordinem condita rex aspicimus fateri necesse q hunc mundum non casu extitisse sed ab aeterna mente architectatrice conditum esse

esse. Non enim tantum ordo coelestium motuum sapientissime institutus
est, sed etiam hominis opificium & esse Deum testatur & qualis sit do-
cet. Non enim casu talis notitia certa & immota in homine discernens hone-
sta & inhonesta, nec casu ita corporis partes confluxerunt, sensus &
membra conspirantia sine cogitationis ministri, nec casu mores inditae =
singulis rebus nascentibus, quae ingens & variolas ad tuendam hominis
vitam utilis. Est autem & per sese dulcis consideratio illustrium tes-
timoniorum providentiae, & mentes ad agnitionem Dei & virtutum
amorem exsuscitat, & multa utilia praesidia monstrat. Etsi autem
honestissima parentum disciplina ad Deum recte colendum assuefactus
est hic Wolffgangus: tamen & illa Dei vestigia in natura rerum bonas
has opiniones de providentia in eo confirmaverunt. Cumque sciret doctrinam
de Deo in ecclesia Christi certis testimoniis patefactam esse, ibique discen-
dam esse, vera pietate scripta prophetica & apostolica & consensum catho-
licae ecclesiae Dei didicit & amplectitur ac utile innocentia & invocatione Dei
testatur se non sic sentire de Deo, sicut nos vox divina sonans
in ecclesia docet. Itaque propter bonos mores & egregiam eruditionem
iudicio collegii ornatus est gradu magisterii, Anno 1543: Id his literis
publicis profitemur, in quibus extare nostri de eo iudicii testimonium vir-
tuti debitum volumus. Cum autem reipublicae expediat, bona ingenia
exculta eruditione ornare & ad gubernationem provehere, commendamusque
hunc

hunc M. Wm. cum cæteris viris honestis, tum vero præcipue Illmo pr.
& dno. D Georgio principi in Anhald etc qui ipsi eum suo iudicio
quod est gravissimum ita complexus sit ut in domestica consue
tudine nemo sit ei familiarior: tamen ut per nostram commendationem
aliquid studij ad benevolentiam suam erga ipsum addat, reverenter
eum oramus. Feli[citer] proxima benevolentia ipsius erga nos & cæteros
bonos viros qui reip. fideliter & utiliter in propagatione doctrinae ser
viunt. Deum autem æternum patrem d. n. I C. oramus ut totum
cursum vitæ M Wolfgangi gubernet ut sit vas misericordiæ, ac
labores eius ipsi & alijs sint salutares. Ac ne quis de fide harum
literarum dubitet Rector Academiæ sigillum publicum addidit. Datæ
Witebergæ. Anno 1547 die 25 Novemb. qui fuit dies Encæniorum
templi Jerosolymæ, quia Macabeus eo die ante annos 1709 templum
recuperavit & repurgavit, quo anno & iubileus fuit, videlicet Anno
a mundi initio 3800. Testatur autem & ipsum exemplum recuperati templi
non deseri Ecclesiam a Deo, etiamsi varijs & magnis periculis concutitur.

Phil. Mel. manu pp.

Testimonium publ. Nicolai Sueci, cui
amputata manus.

Non ed. Non dubium est singulari Dei consilio distinctos esse hominum gradus,
& cum nobilitatem præfecerit Deus inferioribus, ornat etiam ipse
multos in eo gradu viris ingenijs maioribus ut fiant eos salutares
gubernatores.

gubernatores. Nam illa non sine causa scripta sunt à Platone & Xe-
nophonte: Ut cetera animantia non possunt nisi ab hominibus regi,
ita homines non recte gubernari nisi a praestantiore natura, videlicet he-
roica. Vult autem Deus praecipue homines nobiles erudiri, ut non
solum armis pacem tueantur, sed etiam domi legum, disciplinae & reli-
gionis custodes sint. Itaque cum Dei beneficio excellens sit natura
Nicolai Birgeri nati in familia nobili vetustissimae & fortissimae gen-
tis Suecorum, & capax sit doctrinae ac flagrans amore cognitionis
optimarum rerum, & impetum ad virtutes acrem habeat: studiose
didicit utramque linguam, latinam & graecam, Ecclesiae doctrinam, omnium tem-
porum historiam & initia philosophiae utilia vitae hominum: Cumque
Deum vera invocatione colat, suos mores etiam honeste regit. Tanta
cum sit ingenii praestantia, & naturam iam sit excultam optima doc-
trina, accidit Nicolao sine ulla culpa, proh dolor, magna calami-
tas. Cum enim à Coena rediret ad studia sua & ad precationem
in aedes quas conduxerat, & una ipse honestus adolescens: invasit
eos modestissime praetereuntes scelestus miles qui more latronum
omissis fulminibus multorum globorum ex bombardis sauciavit sinis-
trum brachium & latus Nicolai. quem ob causam postea brachii parte
inflammatam praecidi oportuit. Haec tanta calamitas praesertim in
tali homine nobis omnibus dolorem magnum attulit: exemplo etiam

plerique facti.

perterrefacti sumus, quod videmus Diabolos praecipue melioribus inge-
niis insidiari. nihil enim dubium est latronem illum a Diabolis
qui sunt homicidae, impulsum esse, qui perdere hoc eximium Christi
membrum conati sunt. Etiam et propter ipsum Nicolaum et propter honestissi-
mos ipsius parentes et propter alias gravissimas causas maximo in dolore
sumus. Sed vult nos Deus moderari dolores et intueri consolationes
divinitus traditas. Nicolaus leniat moestitiam quod culpa caret,
Deinde sciat Electos cruci subiectos esse, et gratissimum ac primari-
um adolescentem Abel a fratre incitato furiis Diabolicis interfectum
esse. Agnoscat etiam in hoc tristissimo casu Dei mitigationem mali.
Certissimum enim et singulare Dei beneficium esse quod et vitam et omnia
bona retinet Nicolaus, Sciat et lenire Deum calamitates invocantibus.
Etsi igitur corpus laesum est ne in praeliis utilis reipublicae esse possit: ta-
men poterit eum Deus in gubernationem collocare, ubi mens ipsius
et vox Ecclesiae, patriae, et longe posteritati prosint. Ad hanc se mi-
litiam praeparet consideratione doctrinarum et invocatione Dei,
ne succumbat moestitiae. Harum rerum cogitatione et parentibus
tristitia leniatur quibus quidem magna consolatio haec erit, videre
virtutem in filio non extinctam esse, sed crevisse et novis Dei
donis cumulatam esse. Nos autem omnes gemitibus precamur filium
Dei et nostrum I. C. custodem Ecclesiae suae qui dixit: Nemo rapiet oves
meas

mas e manibus meis et ut hunc Nicolai nobilitate generis, ingenio, eruditione & virtute praestanti tribuat longum vitae spacium & felix, & faciat eum σκεῦος ἐλέους & organon salutare Ecclesiae & nobilissimo regno Suecorum, & tueatur ipsi & honestissimis eius parentibus motilitiam. Datae Witebergae, anno 1554 in Epiphaniys, in quibus se divinitas illustri testimonio patefecit in baptismo Christi, ante annos 1524. Philip. Mel. manu ppa

Ad patrem illius Nicolai Sueci

S D. Honestissime vir, nobilitate generis & virtute praestans. Ideo humanis pectoribus Deus indidit naturalem & ingentem amorem erga sobolem, ut hic noster amor sit commonefactio de amore Dei erga filium D. n. Iesum Christum & erga nos. Vult igitur parentes dolore affici in calamitate sobolis. Quare pietas est quod cognito tristi casu filij magno dolore afficiemini. Vivit ille quidem, Dei beneficio, & animi bona retinet, ac Deo iuvante vivum erit patriae: sed dicens corporis quod Deus ei dederat per vos integrum & pulcerrimum amisum est: scelere furiosi militis brachium ei ita laesum fuit ut pars praecisa sit. Etsi autem nullius mestitia par esse paternae & maternae potest: tamen nostra proxima est, cum & nos paterno amore Nicolaum propter ingenij, eruditionis & virtutis praestantiam diligamus

& causas

& causas dolendi cum alias multas habemus, tum hanc quoque quod
hoc ipsum exemplum ostendit Diabolos contra plerumque melioribus ingenijs
insidiari. Constat enim Nicolaum culpa carere: sed irruit enim
sceleratus latronis more diabolicis furijs incitatus continentem cum sum-
ma modestia & redeuntem ad studia & communem in aedes quas conduxerat.
Ac mandata illustrissimi principis domini Sax. Electoris etc. scripta
sunt de milite ad supplicium rapiendo ubicunque deprehensus fuerit.
Etsi autem pietas vestra Deo placet quod in tanta calamitate filij
in magno dolore estis: tamen hoc quoque vult Deus repugnare vos
dolori ne succumbatis moestitiae. Interfecto Abelo voluit Deus lugere
parentes, sed extingui eos tristitia non volebat. Horum exemplum
intueamini & cogitate decere subiectam esse cruci & Deo in modera-
tione doloris obediendum. Causas etiam collegite quae leniri moesti-
tiam possunt. Sic mitigavit Deus hanc calamitatem ut non per-
miserit extingui filium: Ac manifestum Dei beneficium est quod
filius vitam retinet. Speremus etiam Deum pro hoc detrimento
corporis ei daturum esse multo maiora animi dona, sicut ornavit
gloria Iosephum post carcerem. Nam hoc modo Deus magna dona
suis tribuit, cum prius eos exercuit. Hoc consilium Dei & vos & filium
cogitare prodest & a Deo petere ut has aerumnas leniat, qui quidem
& gemitus moestorum coelo exaudit, & affirmat se in moestis

Gab.

habitare ut nos sustentet & conservet. Ego etiam nobiscum filium Dei dominum nostrum Iesum Christum, cuj etiam sunt sauciatæ manus & latus, toto pectore oro, ut & miter spatium longum & felix det filio vestro Nicolao & animum gubernet, & vobis mœstitiam leniat: sicut ille inquit a se auxilium peti & ait: Venite ad me omnes qui laboratis etc. Scitis magnam esse & inexplicabilem imbecillitatem humanam, nec aliter nos posse incolumes esse, nisi gestemur a filio Dej qui ideo massam naturæ nostræ assumsit, ut nos sibi veluti insertos sua massa sustentet. Hunc filium Dei d. n. I C oro ut nos gregem gestet & Nicolaum & vos consoletur. Bene Valete. Data Witebergæ 1554. die 18 Ianuarij

Ph.

Omnib. lecturis has lras.

Verum est omnino quod & Plato & Xenophon dixerunt, Non bo.. nes a bobus, Equos ab Equis, sed a præstantiori natura videlicet ab hominibus regi oportere: Sic homines tunc feliciter regi cum a præstantiori natura reguntur, videlicet heroica. Ideo Deus gradum nobilium a populo distinxit, & indidit eorum ingenijs heroicos im.. petus ad virtutem quos vult doctrina gubernarj & confirmari honesta adsuefactione. Qui igitur in hoc ordine studia doctrinæ & virtutis colunt, digni sunt eximio honore. Cum autem in hac Aca demia amplius gradu ei eum no vixit Ewaldus Blicher natus

in

Non ed.
Tm

in familia nobili gentis Pomeranae, comperimus naturam eius doctrinae capacem esse, & mores esse honestos. Cumque domestica disciplina ad agnitionem & invocationem veri Dei assuefactus esset, studiose didicit integram doctrinam de Deo & de beneficiis filij D. n. J. C. & animi pietatem vera invocatione Dei in fiducia Mediatoris honesta morum gubernatione declarat. Ad haec studia adiunxit eloquentiae exercitia, ad quam natura idoneus est, utque oratio ex fontibus sapientiae hauriretur, initia didicit doctrinae de natura rerum & de moribus: ordine etiam omnium temporum historiam mente complexus est. Nec alia causa fuit, cum Francofurdiam ad Oderam etiam accessit, nisi haec, quod, cum viri clarissimi Sabini orationem probaret maxime, gratitudine & iudicio eius usus tali noluit: quam ad rem hortatorem habuit virum doctum & prudentem Henricum Luxmannum: id cum pater intellexisset, voluntate patris Francofurdiam migravit ac de voluntate patris literas a Philippo Melanthone attulit, nec alia ulla discessus causa. Sic enim abijt Ewaldus ut omnes in Academia Rectores ingenium & mores probent & sperent eum magno usui & ornamento reip. fore. Oremus etiam filium Dei qui nunc sedet ad dextram aeterni patris & res dona hominibus & salutares gubernatores, ut hunc Ewaldum efficiat ornatum istum & organon salutare suae animae & Ecclesiae.

Hoc testimonium Ewaldo bona fide tribuimus, ut eum alijs Aca-
demijs reverenter commendemus: quia iustissimum est bona ingenia
praesertim quae aditum ad remp. nobilitas patefecit confirmare, ut ad
generis decus addant doctrinae cognitionem quae in iudicijs summarum
rerum communi vitae necessaria est. Bene vale candide lector. Calend.
Jul. Anno 1555 a nato Christo ex virgine. Anno a C. M. 5517 die sexto
Junij quo ante annos 1892 Alexander Macedo natus est.

ALIVD.

Extat apud Clementem Alex. vetus definitio iustitiae. δικαιοσύνη
ἐστὶ κοινωνία θεοῦ, μετὰ ἰσότητος. Iustitia est societas, qua se Deus
nobis communicat cum aequalitate. Hic prior pars praecipit agnitio-
nem Dei, qua Deus ipse radios sui luminis in mentes pias spargit. Al-
tera pars iubet inter homines tueri ordinatam aequalitatem tum arithme-
tica tum geometrica analogia. Cum igitur hic Nicolaus Costen
natus in oppido veteris Marchiae Tangermunda, sciret homines nasci
ad iustitiam colendam, postquam linguam Latinam et Elementa philosophiae
didicit, summa cura inquisivit fontes verae doctrinae de Deo, in certa
filij Dei, ut recte invocare Deum. Amplectitur ergo incorruptam
Evangelij doctrinam et animi pietatem veram invocatione Dei in agnitione
et fiducia Mediatoris D. n. I. C. et tempora mores gubernationes declarat.
Deinde in scripto iure didicit veram aequalitatem ut prodesse

Communj

communi uita in iudicijs & in gubernatione ciuilis societatis possit
esse. & a Deo ornatus sit ingenio & facundia, poterit usui & orna
mento esse reip. Quare hunc Nicolaum omnibus honestis uiris presertim
in patria commendo, & oro ut eum ad labores honestos publicae
gubernationis prouehant. Nec dubito in eo tyrocinio statim ipsius
ingenium, eruditionem, fidem & industriam laudaturos esse. Pro-
fecto autem necessaria diligentia est in gubernatoribus eligere bona
ingenia. Sed ita tantum labores humani felices sunt cum a Deo
adiuuantur. Quare filium Dei, d. n. IC. solem iustitiae oro ut
totum uitae cursum huius Nicolai gubernet & faciat eum σκεῦος
ἐλέους & organon salutare suae animae & alijs multis. Data Cal.
Ianuarij. Anno 1556.   Ph. Mel.

Omnibus lectoris.

H cn ed. [illegible]

In Argonautico carmine describitur immanitas τῶν μοσσυνοί-
κων, quos esse Moscouios consentaneum est, & in psalmo querela
est Cetura quod exulet inter Mosech quos ut Moscouios interpretor.
Poterant enim noti esse ueteribus Persis, quia tunc ea loca tenue-
runt quae postea Galatae & Cappadoces occuparunt. At nunc
quidem crudelitatis exempla Moscouij ostendunt in Liuonia, ubi magnam
multitudinem in Turcicam seruitutem abducunt & homines mactionis
ac

ac virginibus lutantibus pudicitiam vbera [illegible] Sed ut psal
mus inquit, semper aliquos habet Ecclesia hostes illorum similes.
Ita nunc in multis regionib. saeuitia exercetur; recens etiam in
Bauaria exasperata est. Ut autem Deus protegat has regiones in
quib. hospitia Ecclesiae tranquilliora tribuit, crescat in nobis pietas
& simus officiosi erga miseros pastores. Ideo cum nuper in incen
dio Parki 2 conflagrauerint & pastoris domus & hordeum & fruges
hoc anno natae, oro ut egenti pastori opem feratis & in hoc exerce
atis precationem ad Deum, & fidem & spem. Petatis ut Deus nobis &
Ecclesia poenas leniat & nos & Ecclesiam protegat & haec beneficia a Deo
expetatis pp filium intercessorem. Ex hac spe orti moueantur
etiam gratitudinem erga Deum declarandam his eleemosynis.
sicut scriptum est: Date & dabitur vobis. Et 2 Corinth 9 scriptum
est. Qui suppeditat semen seminanti, praebeat & panem ad cibum & aug
eat sementem vestram. Datae Nonis septemb. 1558

P. M. manu pp

Amico.

S. D. Scio te non solum ut fidelem medicum saepe deplorare ho
minum infirmitatem, intuentem paene infinitam morborum va
rietatem in humanis corporibus. Sed multo maiori dolore affici
ut virum excellentem virtute & sapientia, considerantem in
humanis

humanis mentibus tantum errorum & vitiorum. Etsi autem multi sunt
mali, & raro virtuti premia redduntur, tamen sunt sapientes & bonos
debere sapientiam & virtutem colere: primum ut Deo obtemperent & cum
eo copulentur, cum quidem ad eam consociationem homines conditi sint.
deinde propter ipsius sapientiae & virtutis pulcritudinem in qua cernitur
Deus. Cum igitur & optimo consilio illustres doctrinam, & bene merea
ris de genere humano monstratis remedijs: non defatigeris in hoc
honestissimo cursu, etiamsi multi sunt ingrati; aliqui etiam nocendi
cupidi. Illud autem saepe miror, cum Medicos ipsa doctrina & usus
artis ad moderationem animorum flectere debeat: tamen quosdam
non sine odijs & acerbitate disputare. Decebat hos potius qui de flo
ribus disputant, ea inter se suavitate certare ut duae puellae mo
destissimae certant, utra coronam dexterius & distinctione florum pul
crius ornet. Sed hoc ferreo seculo in paucis sunt candor & animi
moderatio. Sapienter igitur has miserias feramus, & tamen quantum
possumus, Deo iuvante & doctrinas illustremus & multis hominib.
benefaciamus. Bene & feliciter vale. Ph.

Omnibus lecturis has literas.

Non ed. ~~[illegible]~~

Gualbertus Hugonius Anglus modeste apud nos hactenus
vixit. Narrat se docuisse linguam latinam & graecam in Scholis
&

& scribit solutam orationem & carmen latine. Causam vero honestam peregrinationis habere inquit, quia impiam tyrannidem & saevitias Poli & Wintoniensis adprobare noluerit. Horum alter, videlicet Polus scripsit, si Caesar cum exercitu in ipso freto Hellesponti iam esset cum Turcis praeliaturus: se velle ei hortatorem esse ut omisso bello Turcico rediret ad delendos Lutheranos. Quid potuit dici saevius? Anglus igitur Butler huius virtus laudanda est, quod in exilio vivere maluit quam quoquo modo talibus tyrannis assentari: ac decet honestos viros & pro honesta causa exulantes hospitalibus officijs iuvare. Cogitemus de communi exilio generis humani, quod immortalem vitam, veram scilicet patriam propter peccatum amisimus, ad quam tamen reducimur per filium Dei, D. n. I. C. qui exul pro nobis fuit. Cogitemus & de inconstantia fortunae humanae & simus officiosi erga exules, ut dicitur ξένοις ἐπαρκῶν τῶν ἴσων τεύξῃ ποτέ. Datae. Anno 1556 die verni aequinoctij quo tempore cometam horribilem flagrantem vidimus initio virginem προσημαίνει, postea celeri motu ad Arctum promotum. Deus leniat poenas publicas & privatas.

P. M.

Testimonium privatum a Ph. M. datum Joachimo a Berg.

Utrumque praedixit vox divina, In hac languida & delira mundi senecta. Non ca.

senecta & saeuiores esse maiores humani generis confusiones, quam fuerint antea & tamen filium Dei certo collecturum esse Ecclesiam aeternam voce Euangelij & non aliter, etiam inter imperiorum ruinas, donec mortuis toto orbe vitam restituat, & seruaturum esse aliqua Ecclesiae hospitia. Vtinamque nos Deus hac spe suscipere labores & in propagatione doctrinae & in communibus vitae officijs. Ex vero Deo grata est eorum voluntas, qui studia doctrinae non abijciunt, quique se ad Reip. gubernationem praeparant. At praecipue in veris nobilibus haec via magnum decus est: Itaque vir honestissimus natus in familia cuius nobilitas vetusta est Ioachimus a Berge laude dignus est, qui ad generis dignitatem haec ornamenta addidit, Iustitiam & ceteras virtutes quae communi vitae honestae, & cognitionem Iuris. Cumque sciat praecipuam & maxime necessariam virtutem esse, Deum recte inuocare, studuisse didicit incorruptam Ecclesiae doctrinam, eamque pie & constanter amplectitur. Et animi pietatem vera inuocatione in agnitione & fiducia Domini nostri IC & ijs virtutibus exprimit, quas filius Dei voce Euangelij & spiritu sancto in ijs qui ipsum inuocant, accendit. Tales viros nobiles in gubernatione multos esse optandum est: Et cum Deus seruaturus sit Ecclesiam, sperandum est seminaria aliqua in familijs nobilium talia propter politias seruaturum esse. Oro autem F. d. & n. IC crucifixum pro nob. & resuscitatum, custodem Ecclesiae suae, ut hunc virum nobilem Ioachimum a Berge gubernet & faciat eum organon

ἔλεους & organon salutare sue animae & reipublicae. Datae Lipsiae, Calendis Maij. Anno 1556. P. M. [illegible]

Generoso iuveni, nobilitate generis, eruditione & virtute praestanti D. Ioachimo à Berge, Equiti Silesio, Basileae Helvetiorum nunc agenti, domino & amico suo, reverenter colendo.

S. Dixit quidam ex nostris amicis nostris, me opprimendum esse, ne impediam ea quae ipsi moliuntur. Ego vero cum ipsos impedire dicar, cur tacam & colaphos accipiam & ne quidem manifestas iniurias depellam? Vivo in luctu & ingenti dolore, propterea quod ab ipsis & impediri piorum colloquia & explicationem rerum maximarum vides, de quibus & ego liben- ter velim cum pijs, doctis, candidis, non amantibus sophisticen colloqui propter gloriam Dei & communem salutem: Cum indoctis, rabiosis, furentibus odio: [& quae seqq. in epta P ad Hubertum tomo 2 pag. 548: plane illa ex hac vel illa ex ista descripta est: usq. ad: honestos boni & prudentes considerare] Oro autem Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut te nobis & patriae tuae servet incolumem, & hanc tuam peregrinationem honestissimo consilio institutam, ac totum vitae tuae curriculum fortunae, gubernet & adiuvet ut sis organon animae tuae, Ecclesiae & reip. salutare. Quaeso te significa quae tua sint auspicia peregrinationis tuae, & ascribe aliquid de conversatione & colloquijs Helvetiorum. B. V. die 15 Iuly. Anno 1557.

Philippus Melanthon.

Hunc. (margin)

Præfatio respondentis in disputatione.

Ferunt Aristotelem dixisse multo futuram hominum vitam beatiorem si artifices de artibus iudicarent: id profecto verum est. Nam si in singulis vitæ muneribus artifices idonei adhiberentur, non religiones, non curia, non forum, nec tantopere gubernationes totius turbarentur: sed nunc cum omnibus ætatibus multi extiterint gubernatores religionum indocti ac mali: nunquam non sunt orta dissidia, nec usquam ei finis nec ullus. Semper enim plus valebant arbitria tyrannica indoctorum quam vox artificum piorum, eruditorum et exercitatorum. Dici eodem modo de curia, de foro, deque aliis multis rebus consultissimis potest. Sed ego de Ecclesia loquor, de qua etiam nos adolescentes plurimum cogitare decet, ut ille adolescens cælestis cum in templo mansisset, inquit, Nesciebatis me oportere interesse negocijs patris mei. Etsi autem nulla non ætas tot ineruditos gubernatores et agonothetas doctrinæ cælestis, quorum errore ac solent dilacerantur Ecclesiæ: tamen extiterunt semper aliqui eruditi ex cœtus qui sua fide, diligentia et pietate quædam publica incommoda sanarunt, sicut de Ate et Litis dicitur apud Homerum. Ubique grassatur Ate res humanas varie turbans ac miscens: sed sequuntur Litæ quæ quantum fieri potest medentur illis malis. Sic et nos in hac vita communi sentiamus, non in nostra studia abijciamus quod multorum bonorum ac sapientum honos non semper valet, Imo tamen ipsum ob eam sit maior discendi cura, ut cum sæpe dominentur indocti, reliqua

Rerum bonarum

rerum bonarum a nobis conservantur, ut nostra diligentia aliqua ex parte leniantur publica incommoda. Hic nobis finis propositus sit ad quem ut perveniamus, ut dicenti, profecto nobis opus est eruditione & his utilissimis disputationum exercitijs. Non enim satis est audire, nisi ... ipsos vigilare, expendere, conferre sententias oportet. Non dissimiles pictorum sunt eum qui domi solus in officina sedet spectator pingentium; sed manus etiam ... sapientiae, ut inquit Anaxagoras, haec est: sua cuiusque experientia efficit artifices. Oramus & nitimini ut ... quod ... disputandi exercitationem non defugi & nos hortor, ut operam vestram ad disputationem conferatis. Sed ante ... ambitione ... malevolentia celamen, sed sui sententiarum placida & erudita collatio. Dixi

Venerando viro, eruditione & virtute praestanti D. Johanni Webero pastori Ecclesiae dei in oppido Neapoli ad ripa Orlae, fratri suo carissimo.

S. D. Venerande vir & cariss. frater. Ideo filius Dei assumpsit massam humani generis ut nos velit surculos suae massae insertos gestet & vivificet. Hunc filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis & resuscitatum custodem Ecclesiae oro ut te & honestissimam coniugem tuam consoletur & servet sicut servavit Adam & Hevam in luctu cum amisissent filium Abel. Nam & vos filium vestrum carissimum amisistis interfectum a latrone quisquis sit nondum

Non ed. F.

sit nondum scimus. Die XVII Julij filius tuus ex oppido nostro cum
sartore quodam Triplense egressus est, ut eum hinc discedentem comi-
taretur, nec rediit huc, sed die XXIIII Julij nunciatum est nobis
iacere corpus mortuum in vepribus non procul a pago Pratin.
Egressi igitur sumus Rector, Ego, & alij multi: inter hos etiam
convictores filij fuerunt & hospes: hi agnoverunt vestitum. Jace-
bat corpus in vepribus & caput, collum & partem scapularum
canes laceraverant. Quomodo perierit nondum scimus: Sed locus
alius non procul ab eo loco, ubi corpus jacebat, cruore conspersus
erat. Curavimus sepeliri corpus in loco sepulturae nostrae, non
procul a filij mei sepulchro. Scio parentum dolorem in cala-
mitate sobolis tantum esse ut humana consolatione leniri non
possit, Ideo filium Dei crucifixum pro nobis & resuscitatum
oro, ut te quoque & honestissimam coniugem tuam in hac nostra
cruce erigat, & nos spiritu suo sancto consoletur, sicut affirmat
Deus se habitare in afflictis ipsum invocantibus. Solebat fi-
lius tuus prope me assidere in lectionibus, & interdum interro-
gabam eum. Hoc octiduo miratus sum ubi esset, cum eum
non viderem, & sperabam in studiis bene processurum esse.
Agnoscamus communem infirmitatem generis humani, & oremus
filium Dei ut reprimat furores Diaboli & servet Ecclesiam su-
am &

suam & nos in ea. sicut dixit: Nemo rapiet oves meas ex manibus meis. Datae die 27 Julij A° 1554.

Philippus Melanthon.

Egregia eruditione & virtute praedito D
Bernardo Bomgartnero, M philosophiae, do-
centi optimas artes in oppido Ulcen: amico S.

S Carissime Bernarde: Etsi tantum est miseriarum publicarum, ut bene agi cum ijs existimandum sit, qui ex hac vita evocantur, praesertim cognita doctrina filij Dej: tamen magnum nobis dolorem et luctum attulit mors Christophori Eitschameri Ulmensis tui discipuli. Nullum in tota Academia ingenium ipsi [illegible]: scribebat solutam orationem & versus ita ut veterum laudatorum scriptorum orationem referret. In philosophia vero & doctrina Christiana ita promoverat ut docti disserentem magna cum admiratione audirent: & has dotes ornabant modestia & pietate morum eximia. Gratulabamur Reip. & Eccliae, quod tali ingenio paulo post doctrinae [illegible] salutaris defensio & propugnatio commendanda sperabatur. Sed ô spes hominum fallaces: in hoc cursu optimorum studiorum adolescens febri oppressus, cum decubuisset dies XIIII, inter vota & invocationem filij Dej, animam Deo reddidit. Nec enim dubito eum

jam

Non ed.

iam in alia longe eruditiore & tranquilliore schola esse, ac ipsum videre & audire christum, prophetas & Apostolos. Quare ipsi quidem nihil mali accidit. Ecclesiae causa doleo, & propter ipsius matrem, cui te & si quorum voles adhibere alium quam fieri potest mollissime mortem filij significari volumus, & adhiberi consolationes veras ex caelesti doctrina sumptas: Deo vocanti nos parendum esse, Et filium etsi optanda longior vita fuit, tamen iam fuisse adeptum ea bona quae praecipue homini expetenda sunt & propter quae aetas grandior optanda est, videlicet doctrinam caelestem. hanc iam didicerat, norat Deum, & filium eius, & sciebat vere invocantes Spiritu sancto renasci ad vitam aeternam: Ardebat eius mens fiducia filij Dei, vere invocabat, & saepe alios docebat. Hic vita eius vere dignus est laude, & prius decessit quam implicitus negotijs, ut nos, in quibus non possunt non accidere scandala. De morbo audio, similem febrim fuisse, qualis anno superiori Vitebergae filiam extinxit. Tantus in eo pudor fuit, tanta mei reverentia, ut mihi indicari noluerit se aegrotare. Sed tamen medicos consuluit, qui ut audio, statim iudicarunt lethale malum esse. Novum hoc genus febrium. Nam biennio aliquot ita mortui sunt.

Inter

Intus ardet pectus & arescunt ac inflammantur fauces & lingua: Caeterum nec dolor magnus sentitur, nec mentis error accidit. Luteri filia, ut Christophorus, placidissime de Deo, & de immortalitate, ac de Christi beneficijs disseruerunt, pene usque ad extremam spirationem. Talis cum fuerit Christophori morbus, temporis anni fati iniquitatem deploremus, non quaeramus alias causas. Plena sunt humana miseriarum omnia: At nos in Ecclesia novimus causas veras. Philosophia ignorat quae Deus proponit, & placide iubet ferre aerumnas, & pollicetur se nobis adfuturum esse. Cum ipso sum in tribulatione: inquit. Bene vale carissime Bernarde. pridie Nicolai. 1543. Philippus Melanth.

Nobilitate generis & studijs literarum ornato Wolfgango ab Eisenberg. amico suo.

S. D. Mea studia non defutura fuissent adolescenti, de quo scribis, si ad me cum testimonio tuo venisset. Libenter enim complector tuos, propterea quod de tuo ingenio semper bene existimavi. Sed ille adolescens quisquis est, si non habet certam conditionem, meo iudicio recte faciet, si non properabit ad gradum

Nun ci.

gradum. Titulus habet aliquid oneris. Vides meum Ꝑxm. Nemo me propellere potuit ut illum quamlibet honorificum titulum Doctoris mihi decerni sinerem. Nec ego gradus illos parvi facio, quia iudico esse magna ornamenta & necessaria reip. Sed verecunde petendos esse & conferendos gradus sentio. Ad d. Georgium Pflug ideo neminem adhuc misi, quia caelibem sacerdotem adhuc invenire nondum potui. Bene vale. Philipp. Mel.

Clarissimo Viro, Nobilitate generis & Virtute praestanti D. Christophoro a Carolowitz Philippus Melanchthon S. D.

Non ed. Saepe quaeri solet in tanta imbecillitate hominum, An natura tantum regantur hominum mores, ut dicitur, Naturae sequitur semina quisq. suae, An vero etiam doctrina & disciplina flecti ad virtutem ingenia possint. Etsi de re hic quidem longam disputationem instituere nolo, tantum de Dei iudicio & voluntate lectores commonefaciam. Etsi magna est infirmitas humana, tamen cum Deus praeceperit Ꝑxoli homines doctrina & ad virtutem adsuefieri; necesse est culturam illam non prorsus inutilem esse, praesertim in natura non distorta. Crebris vox divina praecipit legem non solum saepe recitari, sed etiam in vestibulis aedium scribi & in tabellis scriptam

cir-

circumferri, ut cogitatione eius frenentur animi & coerceantur.
Pertinet autem ad virtutis doctrinam etiam oratorum scripta:
qui cum scelerum turpitudinem & decus virtutis oratione ex-
aggerant, tamquam fulmina in sceleratos torquent, Bonos vero ad
amorem studiumque honestarum rerum accendunt. Et magna
est exemplorum in orationibus copia & varietas: Ac de cau-
sis omnium officiorum multa sapientissime dicuntur: Quarum
rerum cogitatio virtutum semina in mentibus & excitat &
nutrit. Nunc igitur hanc Lycurgi orationem edidi, quae
de pietate quam suae quisque patriae bene morata debet, dul-
cissime concionatur. Accusat enim Lycurgus perfidio-
sum civem, qui cum Athenienses decretum fecissent post cla-
dem ad Cheroneam acceptam ne desperata defensione patriam
cives desererent Athenis fugerat & res quas in naves im-
poni poterant, avexerat. Deinde vero cum iam Alexander
bellum in Asiam transtulisset & in Attica summa tranquilli-
tas esset, Athenas redierat. In hoc luculento argumento
sapiens orator gravissime docet vitam nostram fructum debere
iis a quibus eam accepimus, scilicet, parentibus & patriae.
Nomine autem patriae non tantum hoc solum quod nascentes
excepit, aut haec tuguriola intelligantur, in quibus magno

dolore

dolore matrum in hanc lucem vagientes editi sumus. Sed simul com-
plectamur sacra, leges, honesta instituta, scholas: Nam his rebus
educationem, doctrinam, virtutis intellectum, & agnitionem Dei debemus.
Haec bona cum sint maiora quam ipsa vita & non solum nostra causa
tuenda sint, sed etiam propter posteritatem: facile intelligi potest
propugnandam esse patriam bene moratam & omnibus officiis
tanquam matrem fovendam. Haec cum honestissime gravissimeque hic
dicantur, ego quidem prodesse moribus harum ipsarum rerum
commemorationem quae in hac oratione colliguntur iudico. Sed
si qui sunt qui rerum doctrinam tantum ex aliis ~~libris~~ fon-
tibus peti volunt, hi tamen non prohibeant quo minus haec
scripta iuventus propter linguam & orationis formam legat. Cer-
te opus est graecae linguae cognitione & ad intelligendam ac ex-
plicandam caelestem doctrinam, & ad percipiendas alias artes vi-
tae necessarias. Deinde ratio recte dicendi sine bonis exemplis
& sine cura imitationis disci non potest. Si quis autem ar-
bitratur nihil referre quocunque modo res magnae explicentur,
ac sufficere eum sonum, quem cuique natura attribuit, aut
ineruditam loquendi consuetudinem, seu ἄλογον τριβὴν, ut
multi arrogantes somniant, hi (ut nihil dicam asperius)
& se fallunt ipsi, & quia multorum studia languefaciunt,

universae

vniversa vita nocent. Magnum omnino decus est Elo-
quentia uberior & splendidior quae res bonas non solum recte
& perspicue exponere, sed etiam augere attollere & ornare po-
test, qualis vel Periclea fuit, vel Platonica vel Ciceroniana
fuit. Sed ego nunc non de illa excellentia loquor quae
singulare dei munus est, & paucis contingit: De hac commu-
ni facultate recte, ordine, perspicue non sordide, non futili
garrulitate docendi loquor. Hoc ipsum quod quidem commu-
ne multis putatur, tamen & difficile est, & sine literis, va-
rietate doctrinae, imitatione, assuefactione, denique sine mul-
tarum artium & virtutum copulatione effici non potest. Extat
apud Homerum laudatio Oratoris his versibus, quos omnibus
notissimos & familiarissimos esse, imo infixos omnium ani-
mis optarim: Non enim tantum narrant quanta sit gloria
recte dicentis, sed etiam monent quid in sermone & decat
& efficiendum sit: ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει, οἱ δέ τ'
ἐς αὐτὸν τερπόμενοι λεύσσουσιν, ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύει
αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν. Quan-
tum decus est in magno consilio ab unius viri ore cete-
ros pendere & quidem laetari cum ille ad dicendum sur-
git

od. θ

sūrgit: propterea quod saepe in magna trepidatione salutare con
silium, & obscura alicuius rei ac dubiae explicatio expectatur.
Quid est optabilius quam ut civibus tuis tua vox salutaris sit,
& illis in communi consternatione tuus conspectus curas demat,
& leniat maestitiam? Deinde sapientiam, gravitatem & suavitatem magnam oratori tribuit, cum ait eum circumspecte
certa quaedam dicere: Id est enim intelligentis negotiorum
fontes & recte iudicantis. Et simul reverentiam oratori cir
cumdat & gratiam: haec enim multas virtutes complectitur.
Audit Senatus Romanus vera animorum reverentia Laelium:
non audit simili studio Catilinam: quia dignitatem oratori
vitae gravitas & modestia in actione & in sermone addunt.
Etsi autem totus hic decus conspectius est in excellentibus
oratoribus: tamen etiam mediocris Senator & Concionator
in parvis certum consilium & salutarem sententiam in rebus
dubijs ostendens & diligitur & colitur. Haec bona consideret
Juventus, seque optimis artibus instruat ut olim in dandis
consilijs & in docendo in Ecclesia aut in Curia dicturi pa-
triae prodesse possint. Legantur igitur veterum orationes
quae & rerum scientiam alunt & recte dicendi viam ac ra-
tionem ostendunt. Nihil iam de alijs scriptoribus dicam:

jn his

jn his ipsis pagellis Lycurgi videt lector quam formam ora-
tionis elegantissima civitas amaverit. Primum res concinno
ordine distributae sunt: postea verecundo genere orationis, pro-
prio, ac plane mollio vestitae sunt. Nulla peregrina vox,
nulla monstrosae figurae, nulla confragosa compositio le-
genti obstrepit: verumque quae sit illa suavis & simplex forma
orationis, quam proprie vocarunt Atticam, in hoc exemplo
maxime conspici potest. Ut autem videmus pictores ex-
cellentium artificum opera sibi ad imitandum proponere: ita
profecto opus est in formanda oratione intueri exempla
eorum qui recte loquuti sunt. Cum autem scirem tibi
magnae voluptati fore huius orationis lectionem & propter
sermonis elegantiam ac ut ita dicam candorem non affec-
tatum, & propter rerum gravitatem: tui nominis auspicio eam
edidi. Legens autem ingemisces non raro cum de praesenti-
bus periculis cogitabis. Delectabere etiam commemoratio-
ne virtutis veterum qui hic recensentur, qui salutem
patriae privatis commodis & vitae suae praetulerunt. Sae-
pe etiam hos ipsos Euripidis versus cogitans de bonis viris
& amantibus patriae cogitabis: Ὦ πατρίς, εἴθε πάντες
οἱ

οἳ ναίουσι σε, οὐδ' ὧν φιλοῖεν ὡς ἔξω· καὶ δὲ ῥαδίως οἰκοῖ-
μεν ἄν σε, κοὐδὲν ἂν πάθοις κακόν. Quoties his versus
repetes, optabis aliquanto plures esse qui hec de se vere prae-
dicent, & privatis affectibus communem salutem anteferant.
Saepe etiam deplorabis communem generis humani fragilitatem,
cogitans nunc ne rudera quidem Atticae civitatis monstrari
posse, quae olim sapientia & virtute fere omnibus civitatibus
toto orbe terrarum antecelluit. Qua in cogitatione causas
etiam deplorabis propter quas magna imperia & ante semper
eversa sunt, & nunc evertuntur. Nec tamen noster dolor
maior esse potest quam fuit sapientissimi senis Nohae quando
egressus ex arca post diluvium aspexit universi orbis vas-
titatem. Ut autem ille veras causas humanarum calami-
tatum cogitabat & remedijs se divinitus propositis erigebat:
ita & nos in his ruinis Imperiorum non tantum illa quae
à philosophis disputantur de periodis Regnorum fatalibus
quaeramus: sed etiam sciamus communes miserias poenas
esse humanorum scelerum: Et tamen Deum ex corpore sibi
Ecclesiam aeternam ex toto genere humano, ubicunque sonat
vox Evangelij de Christo. Et cum mansura sit Ecclesia Dei:
certò etiam semper aliquae erunt politiae & domicilia Ec-
cle

clesiarum, & erunt in illis ipsis locis, ubi vox Euangelij so-
nabit & studia verae doctrinae mediocriter colentur. Hac
nos consolatione in tantis miserijs humanis & tanta confu-
sione Imperiorum sola sustentari & possumus & debemus: quia
quidem non esse inanem ~~omnibus bonis qui ijs rebuspublicis prae~~ -
sunt omnium temporum historiae ostendunt. Non igitur defa-
tigentur viri boni, qui ijs rebuspublicis praesunt, ubi studia ve-
rae doctrinae de Deo coluntur, & disciplina mediocri cura regitur.
Sed sciant suos labores posteritati profuturos esse, sicut scrip-
tum est: ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν κυρίῳ. Haec
scio tecum virum doctissimum & optimum D. Joachimum
Camerarium saepe disserere, eoque libentius hunc ad te libel-
lum mitto, quia argumentum huius orationis occasionem
huic generi sermonum praebet. Bene vale. XX Augusti.

Illustrissimo principi & Domino: Domino
Friderico Duci Silesiae in Lignicia, Brigk
& Goldperg etc. domino s. clementiss°.

S. D. Illustrissime & clementissime princeps. Non casu nas-
citur genus humanum ad huius vitae miserias: Sed restat
alia sapiens & iusta vita in consuetudine Dei, in qua frue-
mur

mur conspectu Dej, ad quem conditi sumus. Et ad hunc uult
nos praeparari Deus doctrina per filium ex sinu aeterni patris
prolata: Ideo toto pectore oro Deum aeternum patrem Domini nostri
Iesu christi, conditorem generis humani ut Ecclesias suas & studia
doctrinarum seruet & gubernet & protegat has regiones. Ve-
nissem ad Cels. V. si me non retinuissent negotia Ducis
Saxoniae Electoris, ut ex literis quas mitto, & ex narratione vi-
rorum integerrimorum, quos huc C V misit intelligi poterit:
ac oro reuerenter ut C V boni consulat quod istuc non venj
hoc tempore. Deliberationes de optime merita Academia Golt-
pergensi ut regat ipse filius Dej, sedens ad dexteram aeterni patris
dans dona hominibus, pastores & doctores toto anim pectore
oro. Vir honestissimus, & eruditus in lingua graeca & latina
doctor artis Medicae Henricus Paxmannus iudicio nostro de-
lectus est qui se offert C Va. Natus est in ducatu Lu-
neburgensi, & nobiscum uixit annos undecim, doctrinam
Ecclesiae recte intelligit, & abhorret ab omnibus impijs &
fanaticis opinionibus, & mores eius sunt honesti & pij. Utili-
ter docuit huc annos aliquot & spero doctrinarum & discipli-
nae rectorem utilem, Deo iuuante in Academia Goltpergensi
futurum esse, quia & eruditione recte instructus est, &

Deum

Deum vera pietate colit. Malueram cum mox ad C V proficisci, sed ipse voluit prius senes parentes visere. Promisit autem se ad C V venturum esse statim post ferias in quibus Martini memoria celebratur, non tantum Panno nij, sed etiam Lutheri qui natus est in profesto Martini Pannonij: Oro autem reverenter ut C. V venientem doctorem Paxmannum clementer excipiat & tueatur.
De controversijs Ecclesiasticis multa collocutus sum, cum viris pijs & doctis quos C V huc misit, quae ipsi exponent C V^ae. Oro filium Dei ut faciat ut omnes Ecclesiae nostrae unum sint in ipso. Et sic consensum esse nostrae Ecclesiae & Ecclesiarum in Silesia universa: etiamsi alicubi turbulenti homines Stenkefeldiani aut alij admixti sunt: Sed tamen non dubito pium consensum esse ubique pastorum & in politica gubernatione foventium Ecclesias. Et Cel. Vrm oro ut patriae concordiam tueatur. Prodesset etiam de simili forma Ecclesiarum Illustrissimos principes deliberare, sed sine superstitione, sine contentionibus de rebus non necessarijs. Et iudico formam Megalburgensium Ecclesiarum commodam esse: Sed ne de ullis ritibus qui aboliti sunt

sunt, superstitiose pugnetur. Non potest esse concordia nisi adhibita ἐπιείκεια in rebus non necessarijs. Plura etiamsi apud C. V. itse..rem, monere non possem. Opto ut usitatae Synodi docentium non o.. mittantur, ꝑtertim deinde autoritate Domini Georgij Seibler regi possunt. Et foueri coniunctionem docentium omni genere officij utile est, & eam rem maxime curae esse pijs principibus decet, sicut scriptum est: Conueniant Reges & populi in unum ut seruiant Domino. Oro Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, creatorem generis humani, collectorem aeternam Ecclesiae ut Cels. Vae confirmet animae & corporis uires, & protegat has regiones. Datae Calendis Octobr. Aº 1558.

Cels. Vae
servus Philipp. Mel.

EIDEM.

S. D. Illme & clementissime princeps. Nihil dubium est or.. dinem politicum & Imperia Dei & opus & beneficia esse, & ꝑfice.. re Deum gubernatores humano generi ut curent populos recte doceri de ipsius inuocatione, & sint custodes disciplinae & pacis. Ac in familia vestra aliquot seculis multi principes fuerunt, qui patriam doctrina, legibus & iudicijs ornarunt. Praecipua vero laus e optimi principis, patris Cels. Vae qui emendavit Eccle.. sias, curavit recte erudiri iuventutem, & scholam Goldper..

gensem

gensem constituit, quae plurimum profuit & adhuc prodest Ecclesijs.
Nec dubium est hanc pietatem in patre, Deo gratam fuisse. Erit
& grata Deo pietas Cels. V.ae in conservandis Ecclesijs & scholis
quas eo magis tueri Celsitudinem vestram decet, quia doctrina &
literis praeclare instructa est. Cum autem ad scholae guberna
tionem nostro consilio accersitus sit Vir excellens eruditione &
virtute Henricus Paxmannus, Doctor artis Medicae, reverenter cum
Cels. V.ae commendo. Mores sunt casti & pij: Eruditio eius
in lingua latina & graeca, & in omnib. philosophiae partib. eximia
est. Ac spero, Deo iuvante, fidem, consilium in docendo, &
eruditionem eius juventuti plurimum profuturam esse. Morum
exempla etiam ornamento Ecclesiae erunt. Et quidem in
tuenda concordia & Ecclesiae & scholae prudentem & gravem fore
non dubito. Oro igitur Celsitudinem Vestram ut clementer
eum excipiat & scholae gubernationem ei commendet: ac fi
lium Dei Dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro
nobis & resuscitatum, custodem Ecclesiae oro ut & Cels. V.m
& Cels. V.ae filium, & Ecclesias & scholas, & earum hospitia
in Silesia servet & gubernet. Bene valeat C. V. A° 1558
die decimo Novembris, quo die natus est Lutherus A° 1

C. V. servus Phil. Mel.

Den Erbarn, weysen, und fornehmen, H. Burgmeistern
und Rhatt, der alten Ehrlichen Stadt Goldbergk,
unseren günstigen Herren.

Gottes genad, durch seynen eingebornen Sohn Jesum Christum
unsern Heylandt unnd warhafftigen Helffer zuvorn, Erbare
weyse, fornehm günstige Herren, Wie woll Ich den Erbarn
und Wolgelarthen Caspar Hartart angeredt habe, unnd das
Diaconat in ewrer Kirchen anzunehmen ernstlich vormanet:
hatt er sich doch entschüldigt, und mir ursach angezeygett,
warumb er zur dieser zeyt als der noch nicht gepredigt hatt
den dienst nicht gedenckt anzunehmen. Danckett aber
Ewer Erbarkeit gantz demütiglich. Auch entschüldigt sich
Laurentius Ludovicus von Lemberg, Darumb ich eynen
andern Jonam Libinck von der Lignitz angesprochen, der
in die funff Jhar in dieser Universitet gewesen, unnd
hatt in Christlicher lehr ein rechten verstand, ist Gottfürch-
tig, gütter sitten, und fridliebendt. Dieser Jonas hatt
sich erbotten Ewer Kirchen zur dienen, und mit Gotts hulff
umb das fest der heylgen Engel, das man nennet festum
Michaelis zur Golberg anzukommen. Der Almechtig
Sohn Gottis Jesus Christus der ihm gewisslich ein ewige
Kirche durchs Evangelium samlett, wolle genediglich
Ewer und unser Kirchen, unnd alle Kirchen, darinnen
rechte

41b

rechte lehr, vnd rechte Gottes anrüffung ist, bewahren vnd regiren, vnd in Gott gefelliger einigkeit erhalten, vnd ihren kirchen, loblichen schulen, vnnd ihr Erbaurbegiten sinnd Gott alle in vnser vniversitett zue dienen Collig. Datum Laurentij. 1559. Ewer Erbarkeiten

Collega. Georg. Maior

Philippus Mel.

Clarissimo Viro, eruditione & virtute praestanti Martino Taborio, docenti in Academia Goldpergensi, fratri suo cariss^o.

Non ed.

S D. Doctissime vir, & carissime frater. Agnoscamus Dei beneficium & grati celebremus quod in his regionibus tribuit & adhuc conservat Evangelij & aliarum doctrinarum quae Ecclesijs utiles sunt lucem, & mediocrem tranquillitatem necessariam studijs doctrinarum. Regi Gallico Henrico Romanus pontifex dederat ius occupandae Angliae. Id voluerunt esse προοίμιον & initium exercendae saevitiae adversus nos qui Idola pontificia non colunt. Sed filius Dei custos Ecclesiae suae illa consilia impedivit, qui & Turcis frenum injicit ne progrediant adversus nos: Certum est enim filios Turcici Tyranni inter se de Regno dimicare. Nos igitur grati

Deo

HHH

Deo omnibus officijs Ecclesias & artis docentium & discentium fo-
ueamus, quas ut gubernet & protegat filius Dei, assiduis eum
votis oro. Diaconum delegimus, quem spero vos probaturos esse. No-
men Tabern retinere te malim propter montem qui dicitur Tabor,
quia fuit ὀφθαλμὸς illius pulcerrimae orae ad Iordanem. Bene
vale. die Martyris Laurentij. Mitto tibi ἐξήγησιν ...
Philippus Mel.

Clarissimo Viro, eruditione & uirtute praestanti
D. Henrico Paxmanno, Doctori artis Medicae,
gubernanti Academiam Coldpergensem, amico
& affini suo carissimo

Non ed.

S.D. Clarissime domine doctor, & adfinis carissime. Scimus &
necessarios Ecclesiae esse & Deo placere labores docendi & discendi lras
linguas & doctrinas, quae fontes sapientiae quam Deus Ecclesiae tradidit,
illustrant: Ideo huius militiae difficultates perferamus, & a filio
Dei doctore nostro auxilium petamus & expectemus. Casparum
Hartart & Laurentium Ludouicum hortatus sum ut uocationi
vestrae parerent: Excusat se uterque. Delegimus igitur Ionam
Lilinck Legnicensem, recte doctum uirum & recte inuocantem
Deum, ac modestum & publicae concordiae amantem. Hic Ionas
pollicetur se Deo iuuante, ad filium eius et Angelorum ad
vos

vos accessurum esse. Spero nostris consilijs & autoritati nostrae modeste obtemperaturum esse. Agnoscamus beneficium Dei & grati celebremus, quod Euangelij & doctrinarum lucem clementer tribuit his regionibus, nec sinit eam extingui pontificijs, Turcicis & fanaticis furoribus, & precemur filium Dei ut nos gubernet & protegat. Mitto exemplum orationis περὶ ἔξεως, cuius lectio nam tibi spero non insuavem fore. B. V. die Laurentij. 1559.
Philippus.

EJDEM.

S. D. Clarissime domine Doctor, & carissime affinis. Saepe gemens intueor pauperes scholasticos qui quamquam nec parentum nec aliorum auxilia habent: tamen aerumnas sustinere quam deserere literas malunt. Et exempla miranda vidimus quae ostendunt huius ipsum gregem Deo curae esse qui multis hospitia & benefactores operas tribuit: flectit etiam multorum piorum animos ad eos iuvandos. Nec dubito te iam praesertim in hac gubernatione multa talia exempla considerare. Oro ut huic auditori suo Joanni Kauttero Bremensi tribuas paedagogiam aliquam vel apud virum nobilem vel alibi. Dedi ei publicum testimonium: sed tuam diligentiam isthic plus ei profuturam esse spero. Bene vale. Cal. Septemb. 1559.
Philippus.

Non ed.

. . . .

EIDEM.

Non ed.

S. D. Clarissime vir & carissime affinis. Precemur filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis & resuscitatum, λόγον καὶ εἰκόνα ἀΐδιον ἀϊδίου πατρὸς ut servet Ecclesiam suam & Ecclesiae seminaria, coetus docentium literas & scripta prophetica & apostolica. In Saxonia Dux Adolphus duo millia Equitum & sexaginta vexilla peditum habet. Dicitur Ditmarsis minitari: sed urbes metuunt aliud agi. Dux Franciscus Otto post nuptias dicitur mortuus esse. Inter Regem Hispanicum & Gallicum pax est facta. Conditionibus & hoc additum est, ut uterque assentiatur Synodum convocari a Romano Pontifice, ut Europae pax in Ecclesiis restituatur. Haec habemus hoc tempore ἀξιόλογα, quae eo significo ut & scias quid in his regionibus agatur, & horteris tuum Coetum ut maiore cura Deum precetur, ut det Germaniae pacem, & conservare doctrinam Ecclesiae studeat. Bene vale & rescribe. die 6 Martij 1559. Adhuc sunt captivi pastor Ienensis & Victorinus

Philippus.

EIDEM.

Non ed.

S. D. Clarissime vir & carissime frater. Oro Deum

aeternum

aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, creatorem generis humani, ut tribuat fratri tuo sanctum & felix coniugium, & gubernet nos omnes & faciat nos σκεύη ἐλέους & organa salutaria nostris animabus & alijs. Misi fratri [illegible]: Et cum nuncio proficiscuntur duo iuvenes ad Exercitia ut in literis tuis petitum fuit, quos etiam tibi commendo. Studia docendi huius Academiae indicant pagellae quas mitto. Bene vale & rescribe. die 7 februarij 1560 Philippus.

Clarissimo Viro, eruditione & virtute praestanti Nicolao Agricolae docenti adolescentiam in inclyta urbe Augusta Tiberia, fratri suo cariss.

S. D. Doctiss. Nicolae, & cariss. frater. Et consilium tuum & orationem probo. Nam & nobis & adolescentiae utile est accendere animos ad cogitationem & considerationem de publicis periculis & calamitatibus & de earum causis, & excitare mentes ad precationem & ad pietatem. Etsi autem non multi his nostris & concionibus & exemplis movenlur: aliquos tamen voce docentium ad hanc curam Deus flectit. Orationem tuam edere decrevi: sed historias quasdam recentiores intexam quae magis feriunt animos. Et in his narrationibus

Non ed.

rationibus decet orationem habere motus & tragica exempla. Conso
lationem etiam addam, Etsi impendent ruinae omnium regnorum:
tamen Deum servaturum esse Ecclesiae reliquias. Habeo Bessa
rionis & Callimachi orationes eodem argumento scriptas, quorum
alter fuit Graecus, alter legatus Regis Polonici ad Amurathem.
Audiui etiam narrationes Lascij qui fuit Byzantij. quod Ego
nomen esse puto Beth Zona, id est domus cauponae, seu mere
tricis καπηλεῖον. Sed de his alias copiosius. Mitto tibi & Sebal
dingo pagellas de veteri imagine in templo Palladis Atticae.
Bene vale. die solstitij aestiui 1557. Philippus.

Ad Baldasarem Thuringum, Concio,
natorem Coburgensem.

Non ed.

Eius in hac epta [illegible]: vide in alio volumine.

S. D. De Eucharistia hoc est consilium meum. Agas cum praefecto
vrbis seu arcis, qui ibi cum summo imperio est, ut Thrasonem
illum ad se accersat & admoneat, ut quoniam non gerit munus
docendi, desinat docere & disputare in publico. Obijciat ei: cum pa
lam errent in damnandis veris ceremonijs, non debere eum sibi
tantum sumere, ut errare se de maioribus rebus, nempe de Eu-
charistia non posse statuat. Aliquando etiam pro concione do
ceas tu populum de Eucharistia, ut absterreas aliquos ne huic
assen-

assentiantur. Neq. tamen saepe dixissimo de talib. controversijs pro concione disputandum: Satis est fieri aliquando per occasionem & moderate. Sciat populus, Corpus Christi praesens esse in Synaxi in Ecclesia, iuxta promissionem & ordinationem divinam. Proderit hoc quoq. docere, quod veteres Eccla doctores docuerunt. Nam Hilarius palam inquit, verum sanguinem & verum carnem ibi esse, Et in eandem sententiam multa sunt apud Chrysostomum in enarratione cap. VI Ioannis. Cyprianus etiam in sermone de Caena Dnj ait duas in Eucharistia res esse: & alia multa. Et ut ille sermo non sit Cypriani: tamen certe vetus est. Ab his autoribus sciat populus non tritum esse Sp somnium plane humanum dis cedere: quod Christi corpus non possit esse in multis locis. Hoc commentum miror quibusdam tantopere placere. Saepius autem de timore Dej, de fide, de charitate, de obedientia erga magistratus docere te velim. Aliquando etiam Anabaptistae taxandi refutandi sunt, & qui contendunt rerum communionem publicam faciendam esse. Ergo in Conditum adversus fanaticos illos homines scribere, qui Anabaptismum & rerum communionem dixerunt." Bene vale die dominica post festum Martini —. Philippus.

"Corpora alias"

Ad Eundem.

S. Reverende vir, amice carissime. Commendavi ante hoc tempus

Vuned

hoc tempus tibi quendam Concionatorem è regio monte, sed ita commendavi ut tamen eum adhortarer ad moderationem. Nam illius Concionatoris novâ & inusitata petulantia iudicabam multas dissensiones in eo oppido excitatas esse. Non excuso vulgi improbitatem quamquam sit summa: Tamen Concionatoris est vulgi improbitati candore, ac mansuetudine patientia vincere. Videbam nostro quas leges cum tali ferre de campanis, de choreis & similibus rebus, Et quia haec non mutarent acerbissime in quosdam invehebatur: Credo quod eos alijs de causis privatim oderat: Istius modi mores Concionatorum pariunt graves dissensiones, & odium Evangelij acerbissimum. Primum igitur erit si voles in Regio monte Ecclesias constituere ut concionator sit moderatus & patiens. Non versetur in Ecclesiastico officio, qui non volet iniurias vulgi perferre ac dissimulare. Hoc est prudentis dispensatoris sanare dissimulando errata hominum, & intelligere medendi tempora, non de quibuslibet rixari, non ulcisci quaslibet offensiones. Praecipua igitur cura sit de moderando Concionatore. Alterum etiam prodest, non nimis multas Conciones fieri. In illa copia obrepit satietas populo. Sit igitur modus quidam, ne nimis etiam onerentur Concionatores, & ut habeant aliquid vacui temporis ad discendum. Nihil enim fit, cum quotidie

cogunt

agantur concionari, nisi ut immeditati ueniant in publicum & effundant quae in buccam inciderint. Et si nihil uenerit in mentem, transferunt se ad locum communem, quem unum habent plerique, nempe ad conuitia. Utinam Deus tandem respiciat nos & det concionatoribus animos & linguas moderatiores. Haec scripsi pluribus uerbis ut curam in hac re tuam acuerem. Scio te esse moderatissimum, sed ille Regiomontanus concionator minime mihi moderatus uisus est. Ingenium uehemens, oratio tragica, querelae acerbissimae de rebus leuibus. || Ages igitur cum eo, si ibi docet, ut istam naturae uehementiam mitiget, ut modeste doceat, ut patientiam praestet dignam Euangelico doctore. Venio ad alia. placet mihi quod accessisti ad Regium montem, ut Ecclesiam ordines. Sed primum hoc ~~te~~ rogo per christum ne multa mutes. Locus uicinus est Episcoporum ditioni: Non igitur ualde dissimiles Ceremonias inferas. Si latina missa non est abolita, non aboleas eam totam; Satis est alicubi misceri germanicas cantiones sicut hic facimus, Et scis me ita uoluisse apud uos ante triennium. Obsecro, quantum ex ueteribus Ceremonijs retineri potest, retineas. Quod enim attinet

Schismata

|| , Quod huc de eo male loquuti essent ciues ipsique. Obsecro, nonne oportuit hoc dissimulari? ||

schismata sine necessitate fieri? aut quomodo excusabimus coram Deo nos in rebus non necessarijs schismata fecisse. Quod si lati-na Missa iam antea abolita est, uide tamen ut seruetur qui-dam ordo similis ueteri, & retineantur uestes usitatae in sacris. Non possum plura scribere, quia nescio qui sit status Ecclesiae in Regiomonte. Neq. uero tu magnopere meo consilio indiges: tan-tum te rogo ut non multa mutes. Omnis nouitas nocet in Vulgo. Sunt igitur tolerandi ueteres ritus & mores, quatenus sine peccato tolerari possunt. Habes summam meae sententiae & mei consilij. Deus gubernet & tuam mentem & nos omnes ad Ecclesiae salutem & utilitatem. Amen." Vale fe-liciter ex Witeberga. Anno 1528.

Philippus.

" Etiam te rogo ut rescribas: quid egeris in Regiomonte & de concionatore tuum iudicium mihi significes "

Non ed-

nocet?

Ad Eundem.

S.D. In causa synaxeos meipsum diu offendit Consecratio, ut uocant: Et Oecolampadius uehementer urget, qui fieri possit ut ueniat de caelo Christus: fiat ne hoc meritis seu preci-bus Sacerdotis seu populi? an, ut quidam dixerunt, uir-tute uerborum. Tandem ueni in hanc sententiam, nec meritis seu precibus Sacerdotum seu populi tribuendum esse quod Christus det nobis suum Corpus & Sanguinem, nec uirtuti-

uerbor

verborum: id .n. est senal magicum est. Hoc magis placet, causam in institutionem christi conferri. Sicut enim Sol quotidie oritur propter ordinationem divinam, sic Christi corpus propter ordinationem divinam est in Ecclesia, ubicunque est Ecclesia. Et quod quidam disputant, corpus christi non posse esse in multis locis, id non satis probant. Christus .n. exaltatus est super omnes creaturas, & adest ubique. Inquit .n. In medio vestri sum. Hoc annotavi ut tibi fortasse anxie cogitanti de hac controversia significarem quid ipse de his argumentis sentiam, quibus maxime nituntur Cinglani. Vale

Philippus.

Aliud de nostra sententia, aliud de relatione.

Clarissimo viro, eruditione & virtute praestanti Thomae Hubnero, docenti illustrissimum principem Marchionem Ioachimum Fridericum &c. fratri suo cariss°.

Non ed.

S. D. Aliquanto minus deformis est Ecclesia cum multi nostri ordinis pium consensum tuentur & coniunctionem amant. Quare cum video aut audio bonos & doctos viros & iudiciis & voluntatibus nobiscum congruere & Ecclesiae & nostra causa gaudeo. Sum igitur & humanitate viri patris tui congressu & tuis literis valde delectatus, & utrique

gratiam

gratiam habeo, quod benevolentiam mihi vestram ostendistis. Fratris studia inspiciam, & cum Ebero de eo colloquar, ac meum iudicium tibi significabo. Profecto enim maxime opto, ut Iuventus recta & ordine discat, quod te quoque iam saepe cogitare non dubito, considerantem quantum oneris sustineat is qui format tenerum ingenium principis: quo in labore Deus & sua consilia & mentem discipuli regat. Quantum bonum sit bonus & salutaris princeps non obscurum est. Nec dubium est singulare Dei donum & opus esse talem principem. Sed tamen doctrina praeparari Deus mentes iussit. At eam militiam cum te vocaverit, spero etiam tibi adfuturum esse, & tuos labores adiuvet, eum oro. Bene vale. 2 Ianuarij. 1557.

Philippus

EIDEM

Non ed-

S. Clarissime Vir. Nosti Musarum cantilenam: ὅττι καλὸν φίλον ἐστί. quod cum ita sit ne fieri quidem potest quin te valde amem, cum orationis tuae suavitas eximia sit, & character est animi orationis forma. Quare cum & naturae tuae bonitas & orationis splendor invitent me ad te diligendum, scias me amicitiae tuae valde cupidum esse, tibique gratiam habeo quod mihi benevolentiam tuam quae

mihi

mihi gratissima est, prior significasti. In tantis dissidijs generis humanj profecto optandum est ut plurimi boni, eruditi, amantes publicae concordiae sese coniungant, ut minus deformis sit Ecclesiae species. Vides quo tendat benevolentia multorum, qui laxatione disciplinae & literarum vituperatione vulgi plausus captant. Sed tabellarius interpellat. Te oro ut saepius ad me scribas. Etsi autem vincor abs te orationis nitore: tamen amore & officio scribendj vinci me non sinam. Bene vale. 4 Iannar. Anno 1558. qui utinam nobis omnib. faustus & felix sit.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Non dubium est salutares principes diuinitus & dari & regi. Quare à Deo petamus praesertim in hac languida & delira mundi senecta, ut his regionibus in quibus Ecclesiarum nidulj sunt, det bonos gubernatores & custodes. Sed tamen hoc quoque vult Deus, recte erudiri & praeparari teneras mentes eorum quibus Genus aditum ad gubernationem praebet. Hanc igitur felicitatem gratulor principi tuo quod te doctorem habet qui recte formas ipsius iudicium & eum ad amorem doctrinarum & virtutum accendis. Oro etiam Deum sapientiae fontem, ut tuos labores adiuuet. Semper familia tuorum

Non ed.

principum

principum laude sapientiae & eloquentiae excelluit, & res maximas in Germanico Imperio consilijs rexit: Etiam & indolem ad idem decus in tuo auditore praeclaram esse existimo. Amabit igitur haec nostra studia, & propter ea nostro gregi favebit. Hanc ipsius voluntatem a te confirmari non dubito: Me igitur & alios qui reip. mediocriter serviunt in propagatione literarum ipsi commendato: inter quos commendari volo & Chesselium, cuius & natura est excellens & non tantum ijs virtutibus ornata quae diligentia nostra parantur, sed etiam alijs maioribus quae divinitus in bonis mentibus accenduntur. Et eruditio tanta est, ut in utraque lingua graeca & latina, eruditam antiquitatem feliciter imitetur. & ad haec studia adiunxerit philosophiam & Ecclesiae doctrinam: quare cum magno usui & ornamento Ecclesiae futurum esse spero. Talia ingenia sapientes principes propter utilitatem publicam & eligere & ornare valde prodest. Bene vale carissime Hubnere. Cal. Septemb. 1558. Illustrissimo principi Marchioni, auditori tuo: & tibi mitto orationem de pastore Ecclesiae nostrae.

Philippus.

Ill[mo] principi Ioachimo Friderico Marchioni Brandeburgensi &c.

Illustrissime princeps. Non dubium quin legittima imperia & salutaris

salutares principes Dei opera & beneficia esse: id grati agitare de,
bemus ut confirmetur in animis reverentia pulcerrimi ordinis. A,
dolescentes etiam principes eo maiori se doctrina & virtutum exer
citijs instruere debent ut ad munus in genere humano summum
accedant non rudes ac imparati. Scriptum est enim: Erudimini
qui iudicatis terram. Gaudeo igitur Cels. Tuam optima doc,
trina de Deo & de omnibus virtutibus excoli: Et quidem agita
tione doctrinae Deus se animis piorum communicat. Oro autem
Deum ut studia Cels. Tuae adiuvet, & efficiat ut olim patriam fe
liciter gubernes, & tua virtus posit universae Germaniae, sicut
multi principes Marchiones ornamento Germaniae fuerunt. Quod
Celsitudo T. mihi clementer & scripsit & aprum misit ago
gratias & pro munere & pro benevolentia: Et vicissim labo,
res meos Ecclesiae & Reip. offero. Bene & feliciter valeat
Celsitudo Tua. die 4 Ianuary anno 1558 qui annus ut sit
faustus & felix C Tuae, Ecclesiae & Germaniae, faciat filius
Dei, Dominus noster Iesus Christus. Ill. Cels. T. servus

Philippus Melan.

Illmo principi: Alberto Mar
chioni, Duci Prussiae &c.

S D. Illustrissime princeps, domine clementissime. Cum
hinc

Ed:

bine ad C V profecturus esset vir nobilis ex familia celebri Fasolt, virtute, prudentia & facundia eximia praeditus, petiuit a me ut literas sibi ad C V darem, praesertim quia de quadam controversia clementiam C Va implorat[urus] esset. Cum autem Virtus huius Viri nobilis mihi nota & probata esset, non gravatim ei literas dedi. Spero enim futurum, ubi C V ingenium eius inspexerit, ut eius industriam aliquando in rep. experiatur, praesertim cum ad naturae dotes egregias adiunxerit literarum & iuris doctrinam. De controversia nihil mihi sumo iudicij, nec dubito de iustitia Cel. Vae, sed Virum ipsum C Va commendo, & oro ut in negotio ipso propter huius viri & familiae Virtutem C Va bonitate sua & aequitate contentionem sedentem leniat. Ut in Deo: ita in sapientib. principibus bonitas eminet supra rigorem. Ipse audivi Ludovicum Regem Gall. eius nominis XII sapientem & magnanimum principem, magnum favorem in regno adeptum esse hoc exemplo, quod saepe sedens in parlamento in controversijs quae inter Regem & vicinos erant, sua voce pronunciavit pro adversario, Et recitat Artes similia multa alia. Hanc meam epistolam ut C V boni consulat reverenter oro. Deus aeternus pater D N. I C servet incolumem & florentem C Vm. Dat. Witebergae. die 22 octob. 1547.

C V addictis. Phil. Mel.

Testimonium Zachariae praetorij Mansfeld. praescribente philippo Melanchthone ex αὐτογρ.

non ex.

εὖ πράττειν. Ἐκ τῶν μουσάων κλέος ἔρχεται ἀνθρώ-
ποισιν, ἀληθῶς ἔφη Θεόκριτος. εἰσὶ γὰρ αἱ μοῦσαι
καλὴ διδασκαλία θείᾳ ὁρμῇ καὶ μαθήσει καταληφθεῖ-
σα σὺν δυνάμει ἑρμηνευτικῇ ἐν λόγῳ πεζῷ καὶ ἐμμέτρῳ.
Ταῦτα δὲ θεῖα ἀγαθὰ πάσῃ σπουδῇ κτᾶσθαι καὶ τιμᾶν
δεῖ, ὅτι καὶ θεὸς διὰ αὐτῶν ἐνοικεῖ ἐν ψυχαῖς ἀνθρώ-
πων, καὶ αὐτὰς προσαρμόζει αὐτῷ, καὶ βίῳ ἀνθρώπων
ὠφελιμώτατα ἐστί. Τοιγαροῦν οἱ βασιλεῖς τοῖς ἐπι-
τηδεύουσιν αὐτὰ δικαίως τιμὰς συντάττουσιν. ὅτι δὲ
ὁ σοφὸς αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων Κάρολος σέβαστος
ἔδωκεν ἐμοὶ Ἡρακλείδῃ Ἰακώβῳ βασιλικῷ δεσπότῃ
Σάμου καὶ μαρκετίῳ Πάρου ἐξουσίαν τοῖς φύσει
καὶ σπουδῇ προσέχουσιν ἐν ἐπιστήμαις καὶ μουσῶν
ἐπιτηδεύμασιν δοῦναι ἀξίωμα: Ἐγὼ τῷ Ζαχαρίᾳ
Μανσβελδυσίῳ μαθόντι τὴν χριστοῦ διδασκαλίαν
καὶ φιλοσοφίαν, καὶ εὐφυῶς γράφοντι πεζὸν λόγον
καὶ ἔμμετρον στεφάνῳ δάφνης ἔδωκα τὰς τιμὰς

ἄσ

ἃς οἱ νόμοι τοῖς ἐπαίνου ἀξίοις ποιηταῖς συντάττουσι.
ὅτι δὲ ἡ εὐφυΐα καὶ ἡ σοφία εἰσὶ δῶρα Θεοῦ, κελεύω
Ζαχαρίαν εὐσεβῶς τὸν Θεὸν τιμᾶν καὶ ὑμνεῖν,
καὶ τὰς ἀρετὰς κοσμεῖν, καὶ οὔποτε αἰσχρὰ γράφειν:
ὁσίως δὲ ταῖς μούσαις τὰς Χάριτας συμμίξας.
ἔτη α.φ.ν.ς. μηνὶ δὲ σω

Ἰάκωβος Βασιλικὸς δεσπότης Σάμου
καὶ Μαρκέτλιος Γάρου: ἵππαρχος
σεβαστοῦ Καρόλου —:

Eruditione & virtute praestanti: Matthaeo Hosto
linguae graecae professori, in Academia Franco-
furtensi: amico suo.

Non ed. S. D. Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,
inquit ille, ut nosti. Quod si in illis minutis insectis hic
inest sensus ut ament cognata, quanto magis nos decet mutua
benevolentia, qui intelligimus non solum ad societatem nos conditos
esse, sed etiam divina voce nobis praecipi ut coniunctionem amo-
ris tueamur: quod utinam & doctores & principes saepe &
vere cogitarent. Ego quidem mei ordinis amicitias appetere
me profiteor. Quare cum praedicari tua studia intelligerem: hanc
ad te

ad te epistolam scripsi, ut te ad rescribendum invitarem, idque quasi colloquium notitiae ac mutuae benevolentiae initium esset. Pagellam tibi auditor tuus de proxima Eclipsi exhibebit. Nam hoc quidem tempore non habebam recentes editiones meliores. Bene vale et rescribe. die XXV Novembris, qui quondam fuit dies Encaeniorum templi Ierosolymorum, quod Maccabaeus die XXV Novembris olim recuperasset et purgasset. quo exemplo deus ostendit se Ecclesiam suam servare. Philipp. Mel.

Narratio scripta à Philippo Melanchthone.

Anno 1547. 24 April. captus est in praelio non procul à Torga illustrissimus princeps Dux Saxoniae Johannes Fridericus Senior Elector. ibi annulum amisit seu casu seu vi detractum qui fuerat avi Ducis Ernesti. Erat autem ornatus grandi caerulea gemma pulcerrima quae à Turcis nomen habet. Hunc annulum gregarius miles postea in oppido vicino Salinarum ad Aurifabrum attulit, cum ibi esset Carolus Quintus, et cum se quereretur Dux Joannes Fridericus. Cumque pro annulo miles famelicus precium peteret, Aurifaber seu agnoscens annulum multis notum, seu suspicans esse Ducis Joannis Friderici, libenter emit

Non ed.

libenter emit, ac dedit precium, quanti erat aurum, & addidit duos aut tres Joachimicos pro gemma. Miles laetus hoc precio contentus abit. Aurifaber statim ad Ducem Joannem Fridericum accedit & monstrat annulum: quod si sit ducis Joanis Friderici ait se libenter ipsi eum reddere. Dux valde laetatur conspecto annulo, quo propter aui memoriam delectatus erat, & nunc tanquam bonum omen interpretatur annuli recuperationem. Interrogat igitur Aurifabrum unde acceperit, & quantum pro eo numeravit. Aurifaber seriem rei narrat, & ait se non petere precium: sed gratis reddere, ut Dux intelligeret, ipsum affici dolore propter eius calamitatem. Sed Dux reddidit quantum militi numeraverat.

Hic multa disputari possunt. An Dux habuerit rei vindicationem? An debuerit aliquid numerare Aurifabro quod officiose emerat? An miles potuerit petere ut rescinderetur venditio?

Ph. M. 1554.

Reuerendo Viro, eruditione et Virtute praestanti D. Alberto Hardebergio, Doctori Theologiae, docenti Euangelium fideliter in Eccl[es]ia Dei, in urbe Brema: fratri s. cariss[im]o.

Omnes ad Alb. Hardebergium ep[istol]ae non sunt editae. /

Non ed.

S. D. Reuerende vir & carissime frater. Dei beneficio ecclesiae in Eccl[es]ia & Academia nostra non solum pius consensus est omnium

um docentium, sed etiam dulcis & non fucosa amicitia, teq. omnes op-
tamus nobiscum viuere, si a Visurgi discedes, ac si me expulle-
runt hostes vicinj ut moliuntur, si uinam, spero tamen nos simul
uiuere posse in locis propioribus patriae meae. Nec frangor animo
propter crudelissimam uocem nostrorum hostium, qui dixerunt: Se
mihi non relicturos esse uestigium pedis in Germania. Com-
mendo me autem filio Dej. Si solus expellar, decreui Palaes-
tinam adire, & in illis Hieronymi latebris, in inuocatione filij
Dei, & testimonia perspicua de doctrina scribere, & in morte Deo
animam commendare. Studia Academiae ostendunt scripta.
Mitto aegrotanti Medmanno carissimo fratri nostro, exm. libelli
recens editi: & mitterem plura si haberem. Omnia .n. uendita
sunt, sed nunc recuduntur. Audio τὸν Βλαχιόρα τυφῶνα
scripsisse contra hanc meam lucubrationem suo more ἁμάξας
συκοφαντιῶν: Cum accepero tibi quoq. mittam. Ego & me &
meas sententias iudicio tuo & omnium piorum & eruditorum sub-
jicio. Historica quae essent ἀξιόλογα nunc non habebam,
nisi Pannonica. duobus locis Turcicae copiolae non magnae tru-
cidatae sunt. Occasio pugnae alterius fuit, quod arcem prodere
quidam conatus est. Praefectus re prius cognita, uenientes
Turcos

Turcos & repulit & interfecit. Dimicarunt inter se fratres duo, filij Tyranni Turcici, & utring. circiter quadraginta millia Turcorum interfecta sunt. Bene & feliciter vale carissime frater & rescribe. Noster Pastor iussit ut & suo nomine salutem tibi optem. Ego omnium Collegarum nobis tibi omnia fausta opto. 3 die Septemb.

Philippus Melanthon

EIDEM.

Non ed.

S. D. Reverende vir, & carissime frater, Utinam quantum in adversarijs crescit rabies, tantum pietas in nobis, & coniunctionis studium crescerent. Mitto tibi libellum scriptum contra virulentas Staphyli calumnias. Tales hostis communes omnium Ecclesiarum nostrarum negligunt Nostri: tantum domestica bella movent. Sed oro filium Dei ut nos gubernet. Existimo Paulum Eberum tibi de Actis francofortianis scripturum esse. Melius esset in synodo de illis materijs disserere eruditos, Et haec ipsa francofordiana deliberata novas contentiones movebunt, quae synodum conveniri cogent. Lascij voluntatem non existimo erga te mutatam esse: cui iam cum Vergerio certamina erunt, qui redit in Poloniam. Ego laboribus ita obruor, ut quotidie mortem expectem, Et tamen inimici mei prius me hinc expellere conantur. Bene vale & rescribe. die 2 April.

Philippus

EIDEM

Non ed.

S.D. Reverende Vir & carissime frater. Cum sententiae tibi meae de rebus maximis notae sint, literarum brevitatem velim te boni consulere, cum quidem occupationes meas noris. Tecum invoco verum Deum, sicut se patefecit in scriptis propheticis & apostolicis, & in symbolis. Etsi autem optarim me tecum quotidie colloqui; tamen, cum ne fieri quidem possit ut omnes in una urbe simus, sciamus unam esse Ecclesiam omnium, qui recte sentiunt, & simul Deum invocant, ubicunque sumus. Postulaverant principes Rhenani ut synodus convocaretur ad oppidum fuldam. Non potuit fieri. Qualis enim haec species fuisset? Eodem tempore Imperatorem ferdinandum Augustae conventum inchoare, & hos accedere ad conventum fuldensem? Et synodus docentium, nisi adessent aliqui principes, erat futura pugna, qualis inter Cadmaeos fratres fuisse scribitur. Et si quando erit synodus, te & alios doctos viros timentes Deum adesse volo. Et si haec synodus inchoata fuisset misissem ad te peculiarem nuncium. Nunc expectamus deliberationes Augustanas, quas ut Deus gubernet toto eum pectore oro. Hic narrant Regem Danicum patrem ex hac mortali

vita

vita discessisse: quã de re cum poteris ad me scribas. In Angliam redeunt multi exules: sed quo inclinatura sit Gubernatio, nondum audimus. Breui sum editurus responsiones ad articulos Bauaricae Inquisitionis, quos audisse te opinor. Hi mihi praebent occasionem repetendi praecipuas controuersias, & respondebo ibi τοῖς βλεπικοῖς φιλοσόφοις de Trinit. Mitto tibi pagellas quae ostendunt utcunque eadem esse Academica studia quae audisti. De Lasco noluisti me tibi scribere. ceteras accipio literas ipsius. Recte valet & non procul à Cracouia est apud amicos, Iamque in conuentu Petrocouiensi Nobilitas Polonica postura erat deliberationem de Ecclesijs: sed arte initio conuentus oppidum incensum est, ut discederetur nullo negotio constituto. Plura nunc scribere non potui. Bene & feliciter vale. die Polycarpi. Comiti Christophoro des exemplum orationis de Ludouico Bauaro. Salutem opto amicis omnibus, Danieli, Medmanno & alijs tuis amicis, quos iudico omnes & meos amicos esse.

Philippus.

EIDEM.

Non ed.

S. D. Reuerende vir & carissime frater. Vetus dictum est. Nullam esse harmoniam magis Musicam, quam haec est animi moderatio, quae in recte factis patienter fert Sycophantias. Ad hanc Musicam nos adsuefaciamus & necessaria faciamus. Mitto tibi

tibi libellum de diiudicatione controversiae Novicae, quem velo te legere ut Censorem, & mihi significare iudicium tuum. Plura nunc scribere non potui. Bene vale. die Brumae.

Philippus.

EIDEM.

Non ed.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Etsi & astra & prodigia denunciant magnos motus Saxonicae: tamen etiam ante haec tempora magnas poenas metui propter mores. Vidi adfectus docentium & principum, vidi populi licentiam & disciplinae dissolutionem. Nunc, ut Iohannes inquit, securis arbori impacta est. Oramus autem filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, ut pro nobis intercedat apud aeternum patrem, ut poenae leniantur & serventur reliquiae Ecclesiae, nec fiat Ethnica barbaries. Expecto avide tuas literas, etsi colloquii malim, & nondum spem colloquij abieci. Nam & decreta Conventus Augustani & vicinorum mandata tandem cogent me hinc discedere. Et migrabo non invitus, etsi hunc coetum doctissimorum hominum cum quibus iam annos triginta coniunctissime vixi, non libenter desero. Sed quo fata trahunt, retrahuntque sequemur. Colant culicem isti flaciani & devorant camelum, & tales antea quoque impedierunt inquisitionem veritatis, & auxerunt vulgi licentiam. Deus adsit nobis. Bene vale. 25 Augusti.

Philippus.

EIDEM

Non ed. - S. D. Reverende vir, & carissime frater. Post iter tuum venerunt huc pastores Ecclesiarum, Brunsvicensis, Hamburgensis, Lubecensis & Luneburgensis, ut sint διαιτηταὶ & arbitri inter Flacium & me. Dixi me non recusare, quo minus instituant reconciliationem: Sed velle me, ut de toto corpore doctrinae agatur. Illi diserte testati sunt, se non venire ut de doctrina instituatur collatio, tantum se reconciliationem tentaturos esse. Adhuc igitur cum Flacio deliberant, quos articulos mihi proponant. Nec certiora iam scribere possum, quia nondum ventum est ad ἐπίβασιν huius actionis. De tua causa nondum ulla mentio facta est. Te oro, ut & significes mihi vestra omnia, & ne properes. Spero enim fore, ut plures de hac causa in colloquium conveniant. Bene & feliciter vale carissime frater. Die 26 Ianuarij

Philippus.

EIDEM

Non ed. - S. D. Reverende vir & carissime frater. Dei beneficio adhuc mediocria sunt doctrinarum studia in hac vicinia. Ecclesiae etiam magis florerent, si disciplinam curarent principes & caeteri gubernatores, qui ideo gerunt arma ut sint disciplinae custodes. Dirigo igitur & disputationes & alia mea scripta ad consolidationem bonarum Ecclesiarum & ad explicationem praecipuarum

materiarum, quas velut in κατηχήσει scire necesse est. Et oro
Dei filium λόγον, ut ipse me & alios doceat & regat. Meos
dolores coram vobis exponam. De bellis non libet scribere. Vagan-
tur pœnæ per genus humanum propter multa & magna delicta:
Inter has ut servet Ecclesiam toto cum pectore vobiscum oro. De
Carolo si quid certi habetis, significa: ζώει ὅ γε ἢ τέθνηκε?
κεῖνον δ' ἀνεμώλια βάζειν. Bene vale & rescribe. Cal. Maij

Philippus.

EIDEM.

Non ed.

S. D. Reverende vir, & carissime frater. Nondum despero
colloquium nostrum, quo mihi valde opus est. Fortassis au-
tem propter bella rursus exulabimus: quod si fiet, ego quidem
ad te recta proficiscar. In quibus laboribus vixerim multi
norunt, & quamquam meam imbecillitatem agnosco: tamen hoc
adfirmo, me fideliter & quæsivisse fontes doctrinæ & alijs mon-
strasse, quantum ego quidem facere potui: Nunc expecto
exilia, aut alia magis tragica. Sed oro filium Dei, ut
nobis & Ecclesiæ leniat ærumnas. Legi tuas pagellas, quas
mihi misisti & probo, ac ut voluisti, lineas eius operis, de
quo scripsisti, ducere cœpi: sed Stancarica controversia im-
peditus sum, ne inchoatum opus pertexerem. Mittam
tibi meam responsionem de Stancari controversia. Spar-
git

git is de me uenenatissimas literas. Sed haec mala temporum ferre nos necesse est. Oro filium Dei ut nos regat. Hunc nostrum amicum Groningensem tibi commendo. Bene vale. die Joannis Bapt[ae]

Philippus.

EIDEM

Non ed S D. Reuerende uir & carissime frater. Nuncius properabat, ideo scribo breuius. Nec tamen habebam prolixum argumentum, quia postquam hinc discesserunt nostri Collegae editis condemnationibus Antagonistae nostri oblatam occasionem sibi abrumpendi Colloquij existimarunt. Ideo nunc nulli congressus fiunt. Audis haud dubie istic in tota Saxonia triumphos agi de illis bellissimis condemnationibus in Areopago Ambsdorfij natis. Oro Deum, ut me ab istis sophistis liberet. Bene vale carissime frater. Die 14 Nouemb. in urbe Vangionum 1557.

Philippus.

Saluto te reuerenter, iam prohibitus rescribere propter inopinatam tabellarij festinationem. Salutat te etiam M Caspar Peucerus.

Paulus Eberus.

EIDEM.

Non ed S D. Reuerende uir, & carissime frater. Pauca nuper scripsi, non tam de quaestione, in qua consideranti uera & perspicua testimonia Vetustatis nulla est ambiguitas, quam de meo dolore ingenti. Vides enim quantum nocuerit dissidium illud. Con-

firmatus

Confirmatus est error, & aucta insolentia hostium veritatis. de hoc meo dolore tecum loqui mallem coram: nec despero colloquium. Nam fortassis conventus Augustanus pariet edicta quae nos cogent vel nova exilia quaerere, vel pati duriora. Sed haec Deo commendo. Nunc respondere nostris vicinis cogor. Nam manifesta calumnia est, quod in scripto Lipsico, ubi fit mentio obedientiae, omit„tunt vocabulum: gebürlichen gehorsam: ut fuit scriptum in archetypo: etsi ne tunc quidem subscriptio addita est. Talibus artificijs oppugnamur. Et dicam aliquid de Stoica Necessitate & de tyranno. Coactus sum huic tabellario aliquid dare literarum. Bene & feliciter vale. die 29 Augusti

Philippus Melanthon.

EIDEM.

S D. Carissime frater: Ut, cum hic eras, tibi me totum ape„riebam, & in sinum tuum omnes meos dolores & gemitus effundebam, sapientia & integritate tua confidens: ita nunc tecum saepe prolixe colloqui cuperem. Sed nec possunt hi sermones committi literis, nec ad scribendum tantum est otij. Tuam illam epistolam, cuius facis mentionem in literis recentissimis, quas hic Petrus attulit, non accepi: Nec Henricus epistolam de qua scribis accepit. Nec tuae doctrinae, nec ritus

Non co.
gfidens)

ritus nulli hic mutati sunt, & eduntur libri utiles de toto doctrinae corpore. Vicini Sycophantae διυλίζουσι κώνωπα καταπίνουσι καμήλον: Et iam renouant Sloiam ἀναζήτησιν, de qua certe respondebo. Nulli sunt hic bellorum adparatus: Et in Academijs, Dei beneficio, studia mediocriter florent. Te oro, ut quoties habebis tabellarios certos, nobis scribas. Viro nera nobilitate generis uirtutis & conditionis praestanti D Lasco salutem opto. Heri in caena vir nobilis Polonus honorifice eius mentionem fecit. Salutem opto inclyto Comiti, & Symmys his Iacobo & Ioanni. Bene vale. XXX Aprilis. De tua supellectili scribam ad Conradum.

Philippus.

ESDEM

S D. Reuerende vir & carissime frater. Sumus in hac extrema & delira mundi senecta maiores fere imperiorum & confusiones quam fuerunt antea: Sed petamus Ecclesiam inter has ruinas regnorum seruari a filio Dej. Quam tristia spectacula uidit aestas superioris anni in Germania & in Anglia? Et hoc anno sydera denunciant horribiles motus. Oro filium Dej ut nos protegat & non sinat fieri barbaricas uastationes. In hac uicinia, Dei beneficio, adhuc mediocria sunt doctrinarum studia, ut pagellae ostendunt quas mitto. Te oro ut

ut libellum, cui titulus est: Examen: legas tanquam severus censor. quaedam inlixeram περὶ τοῦ λόγου. de tantis rebus colloqui te cum cupio, Et me fortassis huius anni tumultus hinc expellent. Bene & feliciter vale, & rescribe. Calendis Martij

Philippus.

EIDEM.

S.D. Reverende vir & cariss. frater. Gratiam tibi habeo quod ad nos interdum scribis, teq. oro, ut, donec colloqui possimus, literas mittas. non deerit tibi meum officium in eo genere. Dej beneficio in Ecclesijs nostris nondum facta est ulla mutatio: & mediocria sunt in Academijs studia doctrinae caelestis & aliarum artium. Etsi autem sperant aliqui, posse obtineri ne duriora imperentur, si de vestitu & cibis aut similibus nugis non pugnemus, tamen quid futurum erit tempus ostendet. Mihi minime placuit rixari de parvis rebus. Sed magno in dolore & fui annos decem & amplius, & adhuc sum, quod inquisitio rej necessariae impedita est propter quam causam nunc plecti etiam nos utinam multi agnoscerent: & vera invocatione ~~filij~~ Dej in fiducia filij petemus auxilium. In Suevicis Ecclesijs pelluntur pastores, & fit solitudo: ac multis locis nulli sunt congressus in templis. Talis est Reformatio, quam iactitabant facturam esse aureum saeculum. Bene vale

Non ed.

nale & rescribe. die Conversionis Pauli. Inclyto Comiti Alberto salutem & fausta omnia opto. Crucigerum Deus in scholam coelestem abduxit. Philippus Melanthon

EIDEM.

Non ed. S. D. Reverende vir, & amice carissime. Adiunxi epistolae ad Comitem scriptae literas in quibus tibi respondeo. Nec libet prolixe eandem narrationem repetere: tantum te oro ut in iudicando ἐπιείκειαν adhibeas, praesertim cum Confessio nostra nota sit omnibus. Nam in Ecclesijs nostris eadem vox Evangelij sonat, quam audivisti, Et scribimus in nostris lucubrationibus eadem: & in administratione Coenae Domini nulla facta e mutatio. Nec illud poema aulicum delet nostram confessionem, ubi quaedam inserta sunt, quae non sunt nostra. Cur toleratis inquies? Cur non opponitis scripta? Scio duriter haec disputari posse: Sed nolo harum regionum Ecclesias turbari, quae, si pastores pellerentur, prorsus fierent vastae, ut ad Rhenum & Neccarum accidit. De Adiaphoris ideo minus contendimus, quia alia maiora certamina sustinemus de Missa, in quibus utinam nostri non stabilijssent nervum pontificiorum errorum & pontificiae potentiae. Praeterea alioqui retenta sunt adiaphora pleraque in nostris Ecclesijs. Obsecro te concordiam inter nos tueamur, nec propter adiaphora inter nos ipsi dimicemus. Bene &

& feliciter uale. Omnino collegiu[m] tecum decreuj. die 29 Martij

Philippus Melanthon.

EIDEM

S D. Reuerende vir, & carissime frater. Deo gratias ago, quod nos defendit, eumq[ue] toto pectore oro ut Ecclesiae uerae opem ferat, & ser-uet sibi inter nos semen aliquod sanctum. Principibus cum semper ti-muerim, ac nostro praesertim non ignoras. Et q[uam]q[uam] magno in dolore sum propter ipsorum & nostram calamitatem: tamen propter doctrinae διχοστασίας in aliquibus materijs, magis doleo: quas ut Deus ex-plicet, toto animo pectore oro. Atq[ue] utinam aliquando pij Doctores colloqui possent. Secuturam arbitror mirandam conuersionem rerum Germa-nicarum, in qua prodesset uere Concordes esse doctores Ecclesiarum nostrarum ubiq[ue]. Ego hic, ut in hybernis, nunc sum: certam sedem nondum habeo: Hinc procul fugere decreui. Te autem oro ut saepe mihi scribas. Franciscus Hispanus vir optimus & integerrimus Basi-leae est: opinor ab ipso Refutationem Decretorum aliquot Synodi Tridentinae compositam esse, cuius exemplum an uideris nescio. De filio Ioannis Amsterdamij, Viri honestissimj scripsi ad Collegium uestrum. quaeso pugna ut studia adolescentiae iuuentur liberalitate Collegij. De conuentu Augustano haec erant recentissima. Dn[us] nos

protegat

praecipue aguntur. Imperator petit, ut principes de synodo dicant sententias. Hi petunt nouum instituj et adhiberj nostrarum Ecclesiarum doctores. De foedere etiam agitur. quod opinor ab Episcopis peti, ut mortuo Carolo Imp. defensores habeant. Et Rex ferdinandus communire se nolle uidetur. In Italia, postquam interfectus est Aloisius filius Pauli tertij Rom. Pontificis, Carolus Imperator occupauit Placentiam. Ea res existimatur nouos in Italia motus paritura esse. Te etiam atque etiam oro, ut saepe scribas. Bene et feliciter uale carissime frater. die omnia SSi tosx

Philippus Mel.

EIDEM.

Non ed. S. D. Reuerende uir et cariss. frater, Scio aliquot principes ualde petere ut docti alloquantur, idq. Ecclesia petit. Et quamquam illi impediunt, qui iam non procul a Lubeca decreuerunt se non adituros esse ullam aliorum synodum: tamen rerum magnitudo postulat ut priuato officio aliqui conueniant, et consensum de multis rebus constituant, quod spero et fieri posse, et Deo iuuante profuturum esse uerae Ecclesiae. Cur enim sinamus impediri recta consilia praeiudicijs nescio quorum. Iam edit libros contra me de stulta necessitate Nicolaus Gallus qui Ratisponae est. Vbi uidero, Deo iuuante respondebo. Te autem oro, ut ne properes ad certamen cum collegis. Oro etiam ut nulla dissimules. Precatione ad filium Dej primum nos armemus et in tantis naturae rerum, et hominum et imperiorum perturbationibus

nibus constanter agamus, & petamus ut Deus nos gubernet & ser-
vet Ecclesiae reliquias, & eius vulnera sanet. Ante duos menses
quidam Lithuanus & servilicas reliquias ex Italia attulit, quorum
etiam refutare coepi. Bene vale, & rescribe. die Georgij

Philippus.

Domini consulis filium commendavi viro erudito Antonio Wal-
thero, qui prodesse ei in exercitio styli poterit. Et hoc magis ex-
petebat adolescens, quam ut mox sine his exercitijs tantum ju-
ris lectiones audiret. Et volo tamen ut Institutiones juris au-
diat. Salutem patri & vobis omnibus opto. Bene vale.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater, Hoc cum scriberem cir-
ca vernum aequinoctium, concurrebant multa terribilia signa:
Coniunctio Saturni & Martis, & simul Cometa cuius cauda directa
erat in Belgicum. Cum igitur impendeant & bella nova & dissidia
doctrinarum, petamus ut filius dei nos gubernet. Tuas literas &
obtestationem memini, & cogito in ea synodo quam expectamus, cum
pijs & doctis de re tanta loqui. Vides enim quales sint quorundam
clamores, inter quos nostra vox non auditur, nisi adsint pij &
docti συνθραδμονσε. Sed haec coram, ut spero. Hunc Hyrinum
commendabis illustri comiti Christophoro. Praeceptorem Dani
elo attribui doctum virum qui mecum fuit annos amplius

tredecim

Non ed.

amplius tredecim. Bene vale. Philippus.

EIDEM.

Nota od. S.D. Reverende vir, & cariss. frater, Cum nec obscura nec parva sint Ecclesiae vulnera, multos annos & ingentem & adsiduum dolorem animo circumfero: At maius & tristius prodigium esse iudico in his, qui non sunt indocti, rabiem contra veritatem, & manifestas κολακείας, quam sunt Cometae aut monstrosi partus: Et tamen haec signa etiam mihi dolorem augent. Existimo & vos considerare Cometam, qui hoc Martio conspectus est. Nos primum vidimus die quinto Martij, cum vicinus esset stellae quae προτρυγητὴρ nominatur, in Astraea, quae significat doctrinas & leges: inde rapido motu ascendit ad Arcturum, postea ad minorem Ursam: inde longius ad Septentrionem vehebatur. Caudam Belgicum intueri iudicavimus. Ac eodem tempore fuit Saturni & Martis coniunctio. Ita ante mortem Philippi patris Caroli Caesaris concurrerunt & coniunctio Saturni & Martis & Cometa. Vestras considerationes velim te etiam nobis significare. De ceteris rebus scribam, cum audiero: An procedat Conventus Principum Germanicorum, in quo si erunt deliberationes τῶν δογμάτων, omnino vos hortor ut te DD. Principes aliquando accersant. Bene vale. die Coenae in Bethania

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater, Utrumq. vox divina prae-
dixit, Et fore in hac languida & delira mundi senecta maiores
generis humani confusiones quam fuerint antea, Et tamen filium
Dei certo etiam inter has Imperiorum ruinas sibi collecturum esse ae-
ternam Ecclesiam: Itaq. & preparemus animos ad ferendas commu-
nes calamitates, & nos hac consolatione erigamus quod filius Dei
certo colligit Ecclesiam in his ipsis nostris cladibus sonantibus Evan-
gelij vocem, etiamsi magna sit infirmitas. In hac cogitatione magis
etiam mihi leniuntur mei dolores, cum intueor passim familias
pias, & in his adolescentes in quibus & indoles bona est, & semina
sunt virtutum a Deo mentibus eorum insita. Talis est Edelartus
Hoffman Bremensis, cuius & natura avida & capax sit doctrinae, &
mores adeo modesti sunt, ut esse eum domicilium Dei dixissem.
Gratulor & parentibus talem filium, & tibi talem amicum gratu-
lor. Oro autem te, ut etiam meo nomine parentibus suis hortator
sis ut detine filij studijs. Nondum despero colloquium nostrum.
Ideo de dogmatum controversijs iam non scribo: De bellis ne libet
quidem scribere. Sed tecum oro veris gemitibus filium Dei ut
Ecclesias & nos inter aras suas regat & servet. Responsionem
ad Balticam Gorgonem editurus sum cum redibo Witebergam. Vi-
des moveri magna certamina de personis divinitatis, &

singular

singularum proprietatibus: de quibus mitto tibi quaestiones. Bene & feliciter uale & rescribe. Argelicae. die 26 Octob.

Philippus.

EIDEM.

Non ed. S.D. Reuerende uir & cariss. frater, Senis huius tabellarij opera mihi pergrata est: libenter .n. tecum quotiescunq. possum, quasi colloquor. Et fortassis aliquanto post, coram colloquemur uel in tua uicinia, uel in mea patria. Iam .n. expectatur editio Censurae Thuringicae seu potius Βλακικῶν de multis doctrinae partibus, περὶ ἀνάξιας σωίκως, περὶ ἀρτολατρείας, περὶ ἀντινόμων, ubi necesse erit me respondere. quod faciam, Deo iuuante, plane, sed communicatis sententijs cum pijs & doctis. Publicae tranquillitatis causa haec certamina hactenus defugi, quantum potui: Sed postquam irritare me inimici non desinunt, & errores cumulant, necesse est me testimonia mei iudicij relinquere, quod uolo congruere cum uera Ecclesia, id est, cum pijs & doctis omnibus. Bene Vale. die 20 Iulij

Philippus.

EIDEM.

Non ed. S.D. Reuerende uir & cariss. frater, Ex Pannonia tristiores querelae de dissidijs docentium περὶ τῆς ἀρτολατρείας scribuntur quam de bello Turcico. Crescunt & in Polonia de eadem re certamina: Ac omnino colloqui eruditos oportebat. Sed regnant in

in gynecaeis & in aulis Indocti, qui veras deliberationes impediunt. Oro autem filium Dei ut propter suam gloriam Ecclesiae opem ferat, & gemitus nostros exaudiat. Utile esset edi communes praemunitiones contra Serveti reliquias & contra Stenkefeldium, & contra Thammerum, item περι της αρτολατρειας. Harum gravissimarum rerum explicatio negligitur: Interea replentur sine fine rixa de lima veste. Scripsi ad amicos quosdam tibi bene notos de colloquio: horum expecto literas. Nam commune decretum fieri vellem. Neque velim te in concionibus pugnare, sed si Calvi te sugillant, potius dissidendum censeo quam cum indoctis & rabiosis rixandum. Si de migratione agitabis, coram nos colloqui velim. Bene & feliciter vale. die 27 Octob. quo meus pater, vir optimus ante annos XXXXIX placide ex hac vita decessit

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater, Accepi & tuas literas quas servo nostro tradidisti, & alteras quas Vitus Iuris consultus Audici filius attulit, & tibi gratiam habeo de assiduitate, qua in scribendo praestas. Sed velim te in optima causa tranquilliore animo esse. Ego hactenus nec distractiones maiores nec dissipationes mea fuga facere volui. Sed avide

&

& tranquillo animo expecto exilia, sicut & ad principes scripsi. Dixerunt adversarij se perfecturos esse ut non sim habiturus vestigium, ubi pedem collocare possim in Germania. Utinam hoc cito perficiant: ut filius Dei ad Iudam dixit. Erit mihi vel in caelo vestigium morienti, vel si vivam in hoc corpore, apud barbaros & doctos viros, vel in Germania vel alibi. Ac stultitiam inimicorum miror, qui se et dominos Germaniae esse existimant, & me his minis terreri. Te quoque oro ut sinas illos triumphare, nec a moderatione tua discedas. Deus dabit occasionem explicandae controversiae. In congressu Phorcensi nihil actum est praeter ea, quae in pagellis recitantur, quas mitto. De conventu Augustano tunc deliberabimus, cum res poscet. Nec arbitreris principes huius controversiae mentionem admissuros esse: & optarim ea de re doctos audiri. Denique te oro, ut tranquillo animo expectes ea, quae Deus nos agere & sustinere volet. Commendemus Deo viam in quam nos vocavit, & precemur eum, & ipse faciet. Bene vale. die 14 Novemb. qui est mensis Kaslev, id est ὠριώνειος. Ita sapiens vetustas mensibus nomina tribuit a sideribus.

Philippus Melanthon

EIDEM

S D. Reverende vir & cariss. frater, Quod existimas tuos ini- Non ed.
micos me sibi adiuncturos esse, longe falleris. Magis hoc
agunt ut me opprimant, quam ut te pellant. Incitantur adver-
sus me Regum & principum animi, cum quidem nihil ediderim
contra ipsorum sententias. Jam meus Thersites censuram scri-
bit contra me de multis doctrinae partibus, ac praecipue tuetur
τὴν ἀρτολατρείαν. Necesse igitur erit me respondere: Quod
faciam in eo loco, si vivam, ubi me non impedient aulici:
ac, Deo iuvante, Apologiam edam, quam spero pijs & doctis
gratam fore. Sum eo tranquilliore animo, quia manifestum est,
me & pacis studiosum fuisse, & moveri haec certamina ab
inimicis odio mei, non studio veritatis. Oro autem filium
Dei, ut Ecclesiam & me gubernet. Si vellem aulicis praesidijs
pugnare, non deesset mihi consilium: Sed me Deo commendo,
quem oro, ut & Danielo & Melmano animarum & corporum
vires confirmet. Te oro, ut mihi scribas, quoties habebis tabella-
rios, quorum probas fidem. Bene vale. die 20 febr.

Philippus.

EIDEM.

S D. Reverende vir, & carissime frater, Etsi multi a- Non ed.
mici, viri prudentes in ripa Rheni dissuaserunt mihi reditum
ad Albim

ad Albim: redij tamen, seu fato, seu quia post mortem uxoris meae necesse est me haeredibus meis tradere quantulumcunque est quod eis dare possum. Sed exilia nova expecto. Fuit in urbe Vangionum mecum ille tuus discipulus, quem cum viderem mutatum, gemens dimisi sine longiore disputatione. Nec mirum est frangi animos eorum, qui non sunt confirmati vetustatis sincerae testimonijs, cum vident sibi cum tanta multitudine & potentia dissentientium, imo & cum fortuna pugnandum esse. Mitto tibi formulam scriptam cum ex urbe Vangionum discederemus, ut occurrerem sycophantis, qui venenatissimas fabellas spargunt; in qua cum videas quantum paci consulere inter nostros studeam, Te quoque oro ut & paci & bonorum infirmitati servias. Quamprimum erunt tempestates meliores, locum colloquii decernam, nisi prius discedere hinc cogar. Fortassis & mors me cito ad tranquilliorem Ecclesiam dimittet. Non enim plus uno anno ab eo climacterico absum qui plurimis vitae corporum meta est. Ac profecto avide illius Academiae coelestis sapientiam expeto & expecto, in qua coram adspiciemus ea quae maxime cognoscere cupimus. Inimici mei iactarunt se expulsuros esse me ex tota Germania. Tantum potentiae se habere putant. Ego & ex Germania & ex hac vita dis

cedere

cedere, cum Deus volet, non recuso. Sed errant illi Ardeliones, si se dominos Germaniae universae esse existimant. Scriberem plura, nisi scirem multos insidiari nostris literis. Bene & feliciter vale, & rescribe. die Stephani. Philippus Mel.

EIDEM.

Nurem.

S. D. Reverende vir, & carissime frater, Heshusius adhuc Heidelbergae haeret & triumphat, quod antagonista discessit, qui τὴν ἀρτολατρείαν tuitus erat. Adiungit se τῷ βλαχικῷ συρφετῷ: eius generis applausus ut habeat palam me criminatur παραβαίνειν τοῦ ἄλτου καὶ τὴν τράπεζαν. Sed commendo Ecclesiam & nos in ea filio Dei. In hac vicinia cum Stoici nostri contendant omnia necessario fieri: tamen bona opera negant esse necessaria. Tales ineptiae dicuntur vere βλακώδεις, gementibus doctis & piis, quorum multi tamen aperte pugnant. Heri Senatui cuiusdam oppidi misi diiudicationem multarum controversiarum, de quibus ibi rixantur quidam praestigiatores. Amisimus Collegam & amicum, virum excellentem ingenio, eruditione & virtute laco, bum Milichium, cuius mors mihi & aliis magnum dolorem affert. Sed oro filium Dei ut publicas & privatas calamitates nobis mitiget. Pagellas de Synone mitto, quarum unam

Dno

Dn̄o Petro Medmanno uiro integerrimo mittas. Bene uale & rescribe. die 14 Nouemb. Philippus Mel.

EIDEM.

Non ed. S.D. Ex tuis literis intellexi Medmannum ad accersendum D. Bucerum eo ipso tempore profectum esse quo tabellarius noster Spira discessit. His si iam apud vos sunt, hortator esto ut mihi aliquid de praecipua Conuentus historia, non de parergis signi-ficent. Hic, Dei beneficio, tranquillitas est. Nunc autem non eo tantum tibi scribendum esse duxi, ut hunc Christophorum audi-torem & amicum nostrum tibi commendarem, qui tantum uiden-di Conuentus causa istuc proficiscitur: sed etiam quia post tu-um discessum hic legato Brunswicae ciuitatis fuit, de qua expo-nenda curam tibi esse duco, quae ad te pertinent. Petit ea ciuitas indicari sibi uirum idoneum cui tradant summam Ecclesiae gubernationem et ἐπισκοπὴν: quaesiuimus multos & in his tui mentionem fecimus. Legatis consilium nostrum de te praeficiendo suis Ecclesijs placebat, sed de lingua dubitabant quam dicebam emendatam esse Argentinae. Etsi igitur te absente nihil constitui potuit, & nos uerebamur ne te aula reten-tura esset: tamen si in has regiones redeundum esse putabis, nec te aula retinet, spero Brunsuicae tibi locum fore. Quod

autem

aulam abeunti consilium dedi, idem nunc do, ut aperte & ingenue
cum D Bedrotio & Andernaco & D Bucero de tuis reb. omnibus
deliberes. Horum prudentiam & fidem scio tantam esse ut tibi utili-
ter suasuri sint: Et ingenium tuum in Bedrotio iam animadvertisse
arbitror
videor. Priorem Augustinianorum collegij hospitem nostrum & tuae
litterae & alij mihi praedicant. Gaudeo sonare etiam Spirae vocem
Evangelij filij Dej, & ipsi Priori hunc animum gratulor, cupioque
ut Deus ὁ ἐνεργῶν τὸ θέλειν sicut Paulus loquitur, confir-
met & regat ipsum. Christophorum nostrum deduces ad Ander-
nacum. Nihil petit nisi ut in ea loca ducatur per occa-
sionem ubi videri princeps possit. Nihil est insidiarum
aut μηχανημάτων. Bene vale. die Martij 29

Philippus Mel.

EIDEM.

S D. Clariss. D Doctor, Duces Pomeranici a nobis petiv- Nova ed.
runt mitti in Academiam suam virum idoneum ad Theolo-
gicas praelectiones & disputationes. Respondi me ad te scripturum
esse. Habes autem & honestum stipendium in Academia Grips-
waldiana, si eo proficisci voles. Quaeso igitur ut cum D Mar-
tino Bucero deliberes, & re deliberata mihi respondeas: An
sis Gripswaldiam venturus. Meo iudicio tuis rationibus &

studijs

studijs vita Academica maxime congruerent, & de studijs ac Ecclesia bene mereri in munere docendi posses. Expecto a te planum responsum. Bene vale. die XXI Augusti   Philippus.

EIDEM.

Non ed. S.D. Reverende vir, & carissime frater. Semper ita iudicavi secuturum esse ingens bellum post illam victoriam Caroli, quae munit Rempub. non constituit. Et fax belli futuri est illa sophistica religionis depravatio, edita in conventu Augustano. Urget igitur ira Dei multas gentes, quam ut filius Dei deprecator leniat, toto animo pectore oro. Quicunque me casus oppresserit, aliquam mihi levationem affert conscientia rectae voluntatis, quod & veram & explicatam doctrinam iuventuti tradere conatus sum, cum quidem magna esset opinionum variarum confusio. Utinam, tecum loquerer coram de pluribus controversijs. Nam & Osiander nova deliramenta gignit. Te oro, et ut nostrae amicitiae sis memor, & ut scribas ad me donec colloqui poterimus. Etsi enim non possumus complecti literis ea quae maxime vellemus: tamen consuetudo scribendi benevolentiae significatio est. Bene & feliciter vale. die 14 Novemb.   Philippus.

EIDEM.

Non ed. S.D. Iacta curam tuam in Deum, & ipse te enutriet. Hanc

arcem

artem teneamus, in hoc portu acquiescamus, nec frangamur animis cum aulae nos negligunt. Si non videtur aula usura tua opera invenies aliam honestam conditionem. Et vides quantum sit certaminis futurum cum capitulo. De Brunswiga, si Medlerus eo non migrabit, ut non discessurum esse ex Thuringia arbitror, adnitar ut habeatur hujus ratio. Certe mea officia tibi non deerunt, si volueris. Commentum tamen et aulas vidisse eo prodest, quia cum miserias illas videmus, discimus magis amare hoc nostrum vitae genus scholasticum sincerius, et admonemur ut maiori cura Deum oremus et politias ipse gubernet. Nisi .n. Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Hic Dei beneficio tranquillitas est, et ut sit diuturna faciat Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi. Sed doctum et pium virum ex hac nostra Academia in caelestem Academiam evocavit Deus, Magistrum Martinum Frisium. Richwino des hanc pagellam. Bene vale. pridie Cal. April.

Philippus

EIDEM.

S. D. Reverende vir, et cariss. frater, Hanc epistolam cum scriberem die Maij 29. qui ante annos centum et sex Constantinopolis a Turcis capta est, multa cogitavi de furoribus docentium et gubernatorum, qui similes poenas attrahunt Germaniae

Non ed.

precor

Precor autem filium Dei, ut propter suam gloriam servet inter nos Ecclesiae reliquias. Adhuc sunt captivi pastor Ecclesiae Ienensis & Victorinus, duo modestissimi viri, pastor etiam senex. Edidit jam Sarcerius condemnationes similes Gorgoni Wimariensi. Ego quamquam senex, tamen exilium & opto & expecto. Interim dum hic sum, Deo juvante, adolescentibus utilia tradam, & eam moderationem, quam hactenus usus sum excuti mihi non sinam. Mitto tibi pagellas quae ostendunt, non solum Academiae studia, sed etiam meos dolores. Est hic nobiscum Hungarus qui triennio fuit Diaconus Constantinopoli, ac multa de Ecclesiis in Asia narrat. Leguntur ibi quoque scripta nostrorum. Deus & illis & nobis opem adferat. Bene vale carissime frater.

Philippus Melanthon.

EIDEM

S.D. Reverende vir, & cariss. frater, Quoties audio profecturum esse hinc ad vos seu scholasticum seu nuncium, literas ad te mitto. Fabellam igitur de meo silentio contemni a te velim. Sed profecto scriberem prolixius, si non metuerem intercipi literas. Vides quam sint in me intenti βδελυροὶ, quanta sit odii injusti crudelitas, quod unde sit ortum, & ad quem finem referatur ab iis, prorsus ignoro. Tibi etiam inimicos esse legi in scriptis τοῦ Βλακίου. Cum fuerint amplius triginta

annis

annis mei labores, quia in tolerandis quorundam ineptijs animi moderatio, multi sapientes viri norunt. Me igitur & Dei boni tate, & voluntatis mea conscientia, & iudicijs honestorum virorum adversus Sycophantas consolor. Quod vis a me formam verborum scribi: paulina est commodissima, & minimum habet peri culi: panis est κοινωνία σώματος. Non ait, ut Osiander di cebat. panis est Deus: sed est illud, quo fit societas cum cor pore christi. Vides quibus verbis in examine usus sim. Vel lem autem in communi deliberatione eruditorum explicari rem tantam. ac nunc ex francofordia amicorum literas expecto: ac tibi expressim significabo, quid illi scripserint. Bene vale carissime frater. die 14 Sept. Philippus.

EIDEM.

S. D. Post Saxonicorum legatorum abitum venerunt huc Me galburgenses legati: qui multo duriores conditiones pacis tule runt. Respondi: Malle me palam interfici quam talib. decretis iugulari. Oro autem filium Dei, ut ipse qui est λόγος æter ni patris vivens opituletur veritati, quam ipse patefecit. Si procedet Colloquium quod mense Augusto wormaciæ institutum est, necesse etiam erit τῶν ἀρτολατρειῶν mentionem fieri. Ad id tempus

id tempus velim te adesse. Teq. oro, ut, cum videas quanti sint impe-
tus hominum, illum conventum expectes. Bene vale die 9 Martij

Philippus

EIDEM.

S D. Reverende vir & carissime frater. Cum in manibus haberem
duo scripta edenda, alterum περὶ λόγου contra Libhanum qui
Servetiicas blasphemias renovat, alterum contra Cyricum Fragentem
de invocatione Mediatoris: ecce adfertur Illyrici liber in quo repetit
omnes priores criminationes, & fert conditiones pacis. Deo juvante
edam tres responsiones his diebus. Scripsit etiam Illyricus, me, quia
tibi sim amicus, non praeliari περὶ ἀρτολατρείας, Et tamen ipse
quid sentiat non dicit. Oro autem filium Dej ut nos gubernet, &
servet Ecclesiae suae reliquias, & reprimat Sycophantas, qui vulgi ad-
plausus captant, non quaerunt veritatem. Te oro ut per hunc tabel
larium mihi scribas. Consuli Danieli salutem opto. Dei beneficio
filius honeste vivit & discit. Bene vale. die 7 Septemb.

Philippus.

EIDEM.

S D. Reverende vir & cariss. frater. Pagellam tuam accepi, περὶ
λόγου, tibiq. pro hoc officio gratiam habeo quod describendi labore te one-
rasti. Res eadem in multis repetita est, Et si quis totus sentit,
non intelligit an existimet τὸν λόγον ὑφιστάμενον εἶναι. Scrip-
sit ad me etiam tuus amicus Radolphus epistolam insanam

in qua

in qua περὶ τοῦ πανταχοῦ disputat. Si noster conventus procedet, maioris discordiae initium erit: ac optarim te abesse ab eo certamine, in quo non servabitur illud platonicum: δεῖ δικαστὴν οὐ πάντη ἀλλ' ἐπιεικῆ. Tuum hospitem Davidem salsis ironiis usum esse audio, cum ea dixit quae narras. Oro autem filium dei, ut nos omnes protegat ac gubernet, & sit βραβευτὴς agonum Ecclesia. Scriberem plura nisi dolore impedirer. Bene V. 3 Aug.

Philippus.

EIDEM.

S D. Nec doctrinae nec rituum in Ecclesia nostra mutatio ulla facta est, Ac iniuste faciunt vicini quod nostris Ecclesiis alioqui maestis augent dolorem. Sed ut spero, illos adolescentulos oratores refutabo, praesertim cum certamina moveant de quibus dici plus potest quam de lima vestra. Ego me voluntatis meae conscientia in hac tota causa, quae iam annis triginta agitur, consolor. Non movi ulla nova dogmata: sed cum essent mota, quaedam ex magna caligine & confusione opinionum mediocriter evolvere studui, & existimo eum tibi laborem probari. Meministi etiam gemitus meos de quibusdam negotiis. Sed hanc commemorationem omitto. Benevolentiam inter nos perpetuam esse volo, ac literas iam a te expecto & flagito. Si illi qui in me debacchantur, veritatis explicationem

cationem pie quaererent, valeret aliquid apud eos memoria veteris amicitiae, nec tanta acerbitate in nos saevirent: Adficerentur etiam misericordia nostrarum Ecclesiarum. Sed haec alias. Salutem opto D. Jacobo, Iohanni, & caeteris amicis. Bene & feliciter vale. 4 Non. Mart.

Philippus Melanthon

EIDEM

S. D. Reverende vir, & carissime frater. Cum esset magna dissimilitudo opinionum ante annos fere triginta, inspectio Ecclesiarum praebuit mihi occasionem edendi summam doctrinae ita recitatam, ut multae controversiae diiudicarentur, & monstraretur forma orationis propria in multis. Eam rem profuisse ad coniunctionem qualemcunque Ecclesiarum existimo. Illi autem vulneri, quod adhuc praecipue lacerat Ecclesias, mederi non potui: Et ut in aegro corpore non omnia emendanda esse cogitatam. Utinam autem multi studerent & fovere tenera Ecclesias, & utcunque tueri coniunctionem. Sed videmus quosdam undique captare occasiones faciendi maiores dilacerationes. Si nominatim contra me scribent, vel ut Stoica deliramenta propugnent, vel ut ἀρτολατρείαν confirment, decrevi, Deo iuvante, de his maximis rebus explicate respondere, si vivam. Et libenter vere exilium suscipiam, ut liberatus ex hoc ergastulo, ad precationem & ad studia plus habeam temporis. Post Francofordiensem mercatum plura

ra ad te scribam, quo cum iam proficisceretur meus Gener, ut meum fratrem Germanum, & alios quosdam viros doctos allequatur, dedi ei literas ad Laskium, qui tranquillum hospitium francofordiae habet. Scripsi ad eum eodem argumento, quo iam ad te scribo. Mitto pagellas meo more. Bene vale. die 21 Aug. Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir, & amice carissime. Dei beneficio nulla hor. sus adhuc mutatio vel doctrinae vel rituum in nostris Ecclesijs facta est. Studia etiam philosophica hic mediocriter florent. Et fieri singulis septimanis usitato ritu commendatur aliquibus ministerium, qui in alijs Ecclesijs docebunt. Ex hac ipsa nostra Ecclesia & specie publica potius de nobis iudicate, quam ex pagellis, quibus quaedam inserta sunt quae non sunt nostra. Sed tamen de adiaphoris non valde pugnavimus, quia sunt pleraque relicta esse ex veteri in nostris Ecclesijs. Non fuit igitur rixandi causa. Sed de alijs maioribus rebus magna & sunt, & fuerunt & erunt certamina, praecipue de oblatione. Aulici nos ferantur nihil nisi vel in medijs rebus obtemperemus Imperatori, missurum exercitus in has regiones, qui vastent Ecclesias, sicut in Suevia vastatae sunt. Aiunt non necessarijs rebus non esse tantas calamitates accersendas. Sumus igitur minus duri in illis medijs rebus,

quae

quarum pleraq. nondum sunt abolitae. Sed de oblatione impetratum est ab aulicis, ne oneretur Ecclesia instauratione sacrificij pontificij. qua de re re difficilius est certamen, quia nervum stabiliverunt jam olim nostri doctores, quod scis nos saepe gementes & lachrymantes deplorasse. Comes Albertus scribit me à Iulio pecunia corruptum esse. Hanc falsissimam calumniam refutare possum ipsius Iulij & totius aulae testimonio: teq. oro ut me excuses. Deo iuvante constantiam praestabo in confessione necessariae doctrinae, ubicunq. ero. Spero me tecum esse brevi collocuturum. Dicas Comiti, adeo non mutatam esse doctrinam in hoc oppido, ut nunc Typographi edituri sint tomum lucubrationum Lutheri optimarum, qui continet enarrationes in psalmos & prophetas. Exemplum mittam. Vosq. oro, ut si in hac servitute non facimus omnia, quae vos in libertate facitis, misericordia nostri afficiamini: nec augeatis nostros dolores falsis criminationibus. Scio gratia sint iudicia multorum: Et alij alias causas suae vehementiae vel iracundiae habent. Te & tui similes, doctos & sapientes viros decet fovere nostros coetus, ne inter nos tanquam Cadmei fratres dimicemus. Bene & feliciter vale. die 18 Martij

Philippus Melan.

EIDEM

S. D. Reverende vir & carissime frater. Cum inclytus

Comes

Comes mihi hospitium offert, & debeo ipsi & patri gratiam. Sed nunc non exilium tantum, sed etiam mortem expecto. Nam hic annus climactericus in hoc astu valde languefacit corporis mei vires, antea quoque multis aerumnis debilitatas. Cedam autem libenter ex horum temporum sophistica. Nostri inimici audacissime negant propositionem: Bona opera sunt necessaria, & citant dictum ex secunda epistola ad Corinthios scripta: οὐ κατ᾽ ἐπιταγὴν λέγω: quod diserte Paulus opponit erroribus illorum, qui Platonicam communicationem in Ecclesia doceri postulabant. Volo, inquit, vobis liberum esse modum donandae eleemosynae. Insulse vero a non praecepto ad praecepta opera dictum illud transferunt. Audi aliud sophisma impudentius scriptum. Quidam ut τὸ πανταχοῦ defendant, jam fingunt duplicem communicationem idiomatum, alteram physicam, alteram dialecticam. Has ineptias in editione responsionis ~~ad~~ de Bavaricis articulis, quae jam integra prodibit, taxabo. Profecto, nisi Deus petulantiam sophistarum compescet, secutura est horribilis confusio doctrinae. Tenentur adhuc captivi Victorinus & Andreas. Haereo quid addam. Iudicium tuum flagito de voluntate humana: probes ne formam illam explicationis, quam sensi in responsione Bavarica. Bene vale & responde. die Jacobi

Philippus Mel

EIDEM

S D. Si tantum possem fundere lacrymarum, quantum & Albis noster & Visurgis noster undarum vehunt: tamen exhauriri meus dolor non posset. quem multos iam annos circumfero in animo propter dissidium περὶ δείπνου, de quo manifesta est Antiquitatis sententia. Utinam in rei tantae explicatione dexteritas in iudicandis veterum sententijs potius adhibita esset, quam contentionis asperitas. Si pax fuisset, potuissent plures colloqui, & communicato consilio huic malo mederi: Sed arma impediunt salutares deliberationes. Tibi consilium do ut potius istic discedas quam ut hoc tempore turbulento cum Collegis rixeris. Ego saepe cum doctis & pijs de hoc negotio locutus sum, & spero Deum aliquando daturum esse occasionem, ut inter pios concordia de ea re constitui possit. Nunc vero belli tempore, quid fieri potest? Hoc dissidio repressus est Evangelij cursus, & confirmata potentia adversariorum ac audacia. Utinam cum Iacobo isthic coram loqui possem. Bene & feliciter vale. 6 febr.

Philippus.

Haec aestas habebit ingentes tumultus, quorum initia fortassis istic videbis. Audio & Helvetijs bellum illaturum esse Carolum: de quo etsi consilium dicitur Imperator adhuc occultare: tamen moveor multis coniecturis, ut existimem id bellum moturum esse.

EIDEM.

Rde

S. D. Reverende vir, et cariss. frater. Etsi Lipsiae rursus decrevi scribere: tamen hanc epistolam dedi tuo civi, antequam Lipsiam iret. Consilium de profectione ad Academiam et aulam meae patriae inu-tile videtur. Non enim arbitror tam diu ibi mansurum esse istum Thra-sonem, donec eo venias: Nec si ibi esset, concessurum esse princi-pem Electorem theatricam disputationem quae tumultus in populo excitativa esset. Mihi Academia nota est: Sunt ibi docti et boni viri aliquot, qui te amanter exciperent, Sed populi voluntates alienae sunt. Et in nova gubernatione Princeps medicorum doctrinam sequitur, quae iubet ὅμοια μὴ κινεῖν. Ubi ad nos Thraso re-dierit, et provocabit te ad disputationem: respondebis Te non de-fugere placidam collationem, sed velle te adhiberi Iudices. Si pro-cedet ad fulmen anathematis ut fecit in Academia mea patria, oppones iustissimam responsionem, quod sine causae cognitione iniustum sit ferre sententiam. Simul autem vellem te Collegio vestro exhibere non disputationem, sed tantum collectionem veterum testimoniorum, Augustini, Ambrosij, Prosperi, Tertulliani, et graecorum, Theodoreti, Macarij, Basilij, Nazianzeni, Dyonisij, Originis, Clementis. Ex his ostendas papisticum dogma novum esse. Non fuit autem tam novum dogma invehendum in Ecclesiam, et nova adoratio

instituenda

instituenda. Hæc testimoniorum commemoratio plus prodest argumentis. Testimonia quæ illi pro ἀρτολατρείας citant, uera sunt, aut supposititia. Decreui & ego colligere uetustiora testimonia. Bene Vale. Calendis Jan. Philippus.

EIDEM.

S. D. Reuerende vir & carissime frater. Nihil habeo quod Scribam, nisi uersum antea ad te scriptum: Pellitur e medio Sapientia, ui geritur res. Sed addo: fraudibus etiam præsidia quæruntur. Audio hoc agi, ut Westualus fiat lector in Academia Heidelbergensi: quod eo moliuntur quidam, ut sit magnanimus ibi defensor τῆς ἀρτολατρείας. Is scripsit etiam ad Erfordiensem Concionatorem, ut mihi bellum inferat de hac propositione: Nihil habere rationem Sacramenti extra usum institutum. Non defugio certamen & peri culum. Sed τῷ ἀμαυνομένῳ βέλτιον ἐστὶν: & oro filium Dei ut hos ingentes fluctus sedare uelit, & nos regere. Contationem & necessariam & profuturam esse iudico, Ideo oro ut non properes. Bene & feliciter vale. 20 Iunij Philippus

EIDEM.

S. D. Reuerende uir, & cariss. frater. Aliquanto minus defor mis esset Ecclesia, donec multi nostri ordinis inter se & sententijs & uoluntatibus congruunt: Tueri igitur nostram amicitiam studebo. Et

Et enim maxime auidus sim tui colloquij, tamen nunc nihi [illegible] suscipienda erunt ad te accedam. Nam isti noui liberatores orbis terrarum, qui pinxerunt pileum & gladios exemplo Bruti, ita liberant Germaniam, ut maior sit metuenda vastitas: Nec obscurum est, qui fuerint tubae horum tumultuum. Sed Deo Ecclesiam & nos commendo. Osiandro latine respondeo. Quod velles me περὶ ἀρτολατρείας scribere, rem prius deliberare volo. Sunt autem a quibus explicatio impediatur. Et dat poenas totum genus humanum talis prophanationis. Sed dolore impedior quo minus prolixe de hac re scribere possim. Bene vale & rescribe. Medmanno mitte epistolam ad ipsum scriptam, cui nuper nihil literarum misi, quia cogitabam eum in castris esse. 3 Iulij

Philippus Mel.

EIDEM.

S. D. Reuerende vir & carissime frater. Et Hugonis & Paschasij, & Vigilij Martyris & Longobardi expressa testimonia sunt de loco corporis: Sed haec aetas tamen sit audax & tamen irreuerenter de vera antiquitate Ecclesiae sentiat, res ostendit. Nunc vicini nostri ituri ad Conuentum Ratisponensem fecerunt προβουλεύματα, ut veteres nominabant, & damnaturos esse eos qui non probant Stoicam necessitatem, item τὴν ἀρτολατρείαν. Quid agi recte potest cum talia parerga adferuntur? Si

procedet colloquium, hic certe vocari petam. Oro autem filium dei ut nos gubernet, et illustret ipse veritatem, et veram invocationem. Novum certamen movet Prage Cynicus, qui Canisius nominatur, de invocatione Mediatoris, de qua aliquid dixi in pagellis quas mitto. Bene vale. die 17 Iunij Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir, et carissime frater. Non si tantum fonderem lacrimarum possem, quantum volvit undarum aut hic noster Albis aut Visurgis vester istic, exhauriri meus dolor posset. quem circumfero jam annos multos propter dissidium de re maxima, de qua scribis. Nec dubitatione crucior, cum Antiquitatis sententia sit manifesta: sed dolore ingenti excrucior, quod multi tantum ex consuetudine judicant, nec inquirunt quid vetus Ecclesia senserit, aut notha testimonia, et sparsa mirabilibus imposturis arripiunt. In Theophylacto Oecolampadius vertit, quod in suo codice invenit, cum sententiam tamen neg[?]aque probaret. At in nostro codice non erant illa verba de transelementatione. Possem multa recitare de veterum dictis, quia diligenter inquisivi utriusque partis testimonia. Questus audi gemitus piorum et doctorum, qui dolebant multa ~~magna~~ mala stabiliri confirmato verbo de illa conversione. Et nunc nostri vicini vociferantur de lima nostra. Dum hanc tantam rem confirmant errores, armant Papistas.

pistas. Malim de his rebus coram tecum loqui. Te adhortor, ut ne animum tuum dubitatione crucies: ac libenter plura tecum disseram. De descensu ad inferos oravi utrosq. ne in publicis concionibus certamina moverent. Retineri articulus potest, etiamsi non omnes gradus ingentium dolorum christi intelligimus. Certe sic fuit apud inferos, ut victor. Credo repressam esse Diabolorum potentiam singulari modo: Et mortui multi exsuscitati sunt, & Christus docuit exsuscitatos perspicuam doctrinam de Messia. Non est necesse multa quaeri. Scribam alias copiosius, Teg. oro ut quamprimum mihi significes an hanc epistolam acceperis? Heri allatae mihi sunt literae a Francisco Dryandro, qui nunc Argentorati est cum familia. Commentariis Augustanus fortassis edita parat, quae mandabunt nobis. Veteres mi grati colori. Deum oro, ut nos regat & servet aliqua doctrinae hospitia. Bene vale & rescribe carissime frater. Pridie Iacobi

Philippus Melanthon.

EIDEM

S. D. Reverende vir, & carissime frater. Dedi tabellario vestro ante paucos dies brevem epistolam in qua significavi querelas huc scriptas esse περὶ δείπνου κυριακοῦ ad pastorem nostrum: Ea de re arbitror nunc respondere pastorem. Haec te scire utile est, ut concordiam urbis vestrae facilius retinere possis. Disputant Nestorianos esse qui non fatentur τὸ σῶμα πανταχοῦ εἶναι

ῦras. Hoc ne Papistæ quidem unquam dixerunt. Utinam docti aliqui colloqui possent: Sed omnem colloquendi facultatem sustulerunt illi ipsi, qui libertatis uindices se esse gloriantur. Quæso ut Petro aliquid des literarum de hoc negotio. Bene vale. Calend. Septemb.

Philippus Mel.

EIDEM.

S. D. Reuerende vir, & carissime frater. De itinere tuo & Herbertj ualde solliciti fuimus propter latrunculos, qui passim uagantur. Sed simul cogitauimus dictum psalmi: Circumuallat Angelus domini timentes eum. ac vidimus multa exempla manifestæ protectionis diuinæ his annis. Gratis igitur pectoribus celebramus Deum ego & alij omnes hic, quod vos saluos Bremam reduxit. De alijs rebus plura per Petrum tabellarium scribam, qui post biduum iter ingredietur. De quæstione quam Lascius renouat, scripsit hunc ad pastorem querelas Joannes Amsterdamus. Oro te, ut, quantum potes, des operam ne in urbe uestra certamina moueantur. Utinam de usu cœnæ populus diligenter doceatur. Extra usum nihil habet rationem sacramentj. Et in uero usu certissimum est adesse filium Dej, & efficacem esse in uera consolatione, qui inquit Ego in eis. Scribam ad Amsterdamum, ne certamina moueat. Tu quoque tua prudentia & moderatione, quantum fieri potest, Deo iuuante, tranquillitatem urbis tuearis. Bene uale. die 29 Aug.

EIDEM.

Philippus.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Etsi magis ad nos pertinet cura de dogmatum controversijs: tamen & pannonica bella omnes scire refert, ac, ut sunt πολλὰ πολέμου κενὰ, existimo varias fabellas ad vos perferri. Sed scito duos exercitus Ferdinandi in Hungaria esse, Alter in Lepisio est, ut recuperent Transylvaniam, quam occupaverant Ductores filij Ioannis, tradendam Ferdinandi filio Iohannis. Ibi recens ex nostris quingenti milites interfecti sunt, & erepta nostris machinae. Alter exercitus ducitur a filio Regis Ferdinandi, Ferdinando versus Budam contra Turcos. Hic exercitus Archiducis Ferdinandi adhuc, Dei beneficio, incolumis est, & recens duas arces occupavit. In altera vi capta trucidati sunt 600 Turcj. Nec usq. ad initium Octobris alia digna fide ad me perscripta sunt. In Hungaria recens noctibus XVII continuis conspectae sunt duae stellae inter se dimicantes, altera orientalis, altera ab occasu volitans. Tandem vicit Orientalis & progressa est ad Meridiem. In Polonia & in Pannonia adeunt crescunt certamina περὶ τῶν ἀρτολατρείας, ut necesse sit pios & doctos communis deliberationis consilia quaerere, sanandis aliquorum animis. Bene vale & rescribe. 13 octob.

Philippus

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Plurimum prodesset

me jam

me iam scire sermones Comitis cum duobus principibus, ut scis. Iam
enim constitutum est, ut conveniant multarum Ecclesiarum doctores in
oppido Phorcensi, quia & principes multi convenient ibi ad sacrum nup
tiale Marchionis Badensis Caroli. ibi deliberatio erit de Wimariensi
scripto. Nostri neminem mittunt. Te suadeo ne quid ibi disputetur,
& ne nova certamina accendantur. Miror cur in sacro nuptiali
hac agi velint, cum profecto res tanta subito agi non possint. Ego
ad illum Phorcensem conventum me non mitti, gaudeo: et existi
mo certo consilio me non mitti. Oro Deum ut liberet me ex so-
phistica horum temporum. Licentia quaeritur a vulgo, & praestigijs
sophismatum confirmantur vulgi cupiditates & ἀρτολατρεία. Edi
tum est scriptum Hildesheimense, cuius architectum esse Mor-
linum audio: tibi etiam inserta sunt suggillationes, sed sine noie.
Oro filium Dei ut nos gubernet. Bene vale & rescribe. die 10 Sept.

Philippus.

EIDEM

S.D. Reverende Vir & cariss. frater. Scripsi tibi in proximis literis
quas tradidi familiae Doctoris Frisij ad Comitem Christophorum pro
ficiscentis: jam in vicinia nostra factum esse προβούλευμα conventus
Theologici, quod damnari iubet eos qui non probant τὴν ἀρτολα
τρείαν: Nec additur quomodo ea de re doceri velint. Existimo
autem principes illos ad quod missum est flagitaturos ut audiantur
extales docti & honesti qui sunt Francofordiae & Argentorati: In

eo

ei certamini te adesse velim: & ita ad id tempus dissertas consilia
tua te adhortor. Vides quanto furore hanc postremam mundi aeta
διχοστασίαις hostes Filij Dei misceant, de qua cum magno dolore quo-
tidie cogito, & Filium Dei oro, ut ipse opem ferat Ecclesiis, & nervos
τὰς διχοστασίας ex illo coetu qui veritatis studium habet, auferat.
Nam profecto non humanis consilijs reprimi Diaboli potentia potest:
ac gemitus piorum spero non fore irritos. Bene & feliciter
vale. die 20 Iunij Philippus.

EIDEM.

S. D. Carissime frater. Cum esset initio magna opinionum con-
fusio, et Augustae Anno MDXXX Confessio exhibenda esset,
nemo complecti integrum doctrinae corpus voluit. Ego magno
cum periculo complexus sum, ac tot iam annos laboro ut extet
summa doctrinae proprie explicata. Idem ago in hac Symboli
Nicaenj enarratione, ut posteritas habeat integram Ecclesiae doc-
trinam. Mitto autem tibi ut sapienti Censorj, libere, vere, dex-
tre iudicanti: Nec curo vel odia tyrannorum, vel sycophanta-
rum rabiem. Oro ut legas & iudicium mihi tuum significes.
Mittas quaeso in Britanniam literas & pagellas Cantuariensi in-
scriptas. Bene vale. 28 May. 1550. Inclyto Comiti
& tuis collegis salutem opto. Item viro optimo Nicolao Bu-
cel. & Petro Medmanno. Philippus Mel.

EIDEM.

Reverende vir et carissime frater. Tuam epistolam de pastore Stadianae Ecclesiae scriptam accepi post Lipsici mercatus dies, ac statim Henrico Brunsvicensi ostendi. Is narrabat eum Brabantum, qui adhuc adest, antea non gubernasse Ecclesiam, et a tam difficili gubernatione abhorrere. Alter in Brussiam profectus est. Cum autem de alio deliberaremus, censuimus hunc honestum et doctum virum ad te mittendum esse, Ioachimum Newman Wismariensem, quem iudicamus idoneum esse ad gubernationem frequentioris Ecclesiae propter multas eximias dotes. Primum natura est moderata in omnibus actionibus et mores sunt casti et sancti. Est enim paterfamilias et tibi specimen praebuit eruditionis et integritatis. docuit alias fideliter, et paupertatem modeste tulit. Eruditio est eximia et prudentia et facundia ornare ministerium potuit. Scio te censorem ingeniorum non hebetem probaturum esse hunc virum ubi aliquot dierum consuetudine naturam, mores, iudicij gravitatem consideraveris. Oro te valde oro ut hunc Ioachimum Senatui Stadiensi diligenter commendes. Si quid iudicare possum, in hoc viro commendando profecto non erramus: Itaque et Ecclesiae bene consules, et honesto et docto viro benefacies si autoritate tua impetrabis ut Stadiensis Senatus hunc Ioachimum

in

in deligendo pastore alijs antecesserit. Deum petamus, &
Ecclesias foveamus, & tales viros tueamur, quorum agmen &
vere exercitus Christi. Minus deformis est Ecclesia donec ali-
quos habet tales pastores & quidem concordes, qui eam ornant eru-
ditione, sanitate iudicij, bonis exemplis, & vera pietate. Be-
ne vale. Cal. May. 1551 Philipp. Mel.

EIDEM.

S. D. Reverende vir, & cariss. frater. Est omnino egregia virtus
& adfici amicorum aerumnis & partem eis ostendere. Tu cum
utrumque facias, tua virtus laude digna est, & Deum oro ut vi-
cissim tibi benefaciat, sicut scriptum est: Beatus qui intelligit super
egenum & pauperem, In die mala liberabit eum dominus. Scias
autem, Dei beneficio, me tranquillo animo esse. Tecum una cu-
perem, ut haberem cum quo colloqui & deliberare de magnis rebus
possem. Nunc enim mortuo principe Georgio Ascanio, magis
etiam sum solus, quam fui antea. Ac fortasse bella haec regionum
obtrudent mihi causam migrationis, etsi non minus rabiem ingenio-
rum quam bella fugere decrevissem. Mitto tibi pagellas de Mediatore.
Prior pars manifesta est, & tamen in aula Marchica libellus
circumfertur contra bonum simplicissimum & ministrorum pastorem
scriptus

scriptis. Valde autem te oro, ut de utraque parte tuum mihi iudicium significes. Nunc Senatus Augustanus misit mihi Stenckfeldii scripta, et flagitat refutationem, quam tibi mittam. De multis magnis rebus tecum colloqui cupio, et, Deo iuvante, colloquar, quas non possum in epistola complecti. Anglica Ilias sane miserabilis est. Si quid scis de Cantuariensi et Lasco significa. Nam ego audio Cantuariensi ademptam esse gubernationem. Ducem et optimum adolescentem Regem crudeliter fraude suorum necatum esse, et Ecclesiam ibi hoc tanto vulnere accepto ruinis dissipari. Bene et feliciter vale. prid. Cal. Novemb. 1551.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Nomen Stancarii audivisse te opinor. Italus est et linguam Ebraeam praeclare didicit: aliarum literarum et artium rudis est: et natura contentiosa et cavillatrix est, ac stolidissime defendit τὴν ἀπειροκαλίαν. Is gloriatur se collegisse aliquot centurias errorum in meis scriptis. Cum proferet, iudicabunt eruditi. Nam ego nondum scio quid reprehendat. Tantum haec de re jam vociferatur: Non vult dici Christum mediatorem secundum divinam naturam et humanam, sed contendit mediatorem esse tantum secundum naturam humanam. Scis in tertio libro senten

tiarum. dist. 19 hac de re disputari. Erasmo significas mihi tuas cogita-
tiones. Vetustas quomodo loquuta sit non ignoras. Et apud Epi-
phanium sunt haec verba pag. 488. σημαίνει δὲ καὶ τοῦτο λέγων
φάσκων ὁ ἅγιος ἀπόστολος παῦλος· εἷς θεὸς καὶ εἷς μεσίτης θεοῦ
καὶ ἀνθρώπων ἰησοῦς χριστός, ὃς οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσον
θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών. ὁρᾷς
ὡς ἄνθρωπον αὐτὸν ἀπεφήνατο ἀλλ' οὐ ψιλόν. τὸ γὰρ μεσίτης
θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἐπειδὴ τοῖς ἑκατέροις μεσιτεύει, πρὸς τὸν
πατέρα αὐτοῦ, θεὸς ὢν φύσει, γνήσιος, γεγεννημένος, πρὸς
δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἄνθρωπος φυσικὸς γνήσιος ἐκ μαρίας
δίχα σπέρματος ἀνδρὸς γεγεννημένος. οὕτω γὰρ μεσίτης θεοῦ
καὶ ἀνθρώπων, θεὸς ὢν καὶ ἄνθρωπος γενόμενος, οὐ τραπεὶς τὴν
φύσιν, ἀλλὰ κατὰ πρὸς τὰ ἀμφότερα μεσιτεύων. haec ille.
Nec vero his suffragationibus multum tribuo: sed fundamenta con-
sidero. Mediator est et Deus et homo, et ut possit sustinere poe-
nam, et vincat, et sit aequivalens precium. Et invocamus in quan-
tum Mediatorem, Et suffragatur nobis epistola ad Ebraeos. Peto
ut rescribas. De Calvinismo quod meo nomine circumferri
scribis, risi et vanitatem eorum qui spargunt, et credulitatem
eorum, qui has nugas audiunt. Genus sermonis laetatur illam prae-

dictionem

dictionem quam misisti, a me non esse scriptam. Sed aliam me scripsisse multi norunt, in qua praedixi non fore diuturnum foedus Gallicum: id euentus comprobauit. Scis me abesse a bellorum consilijs. Etsi enim scio aliqua esse iusta bella, tamen quales habeamus duces & milites experti sumus. Oro filium Dei, ut ipse Ecclesiam suam regat & protegat. Bene vale. die Brumae. Torgae. Salutem opto tuis omnibus, Hardmano & Nicolaö & alijs amicis

Philippus.

Cogita. Filius Dei λόγος dicitur, quia sic patefactus est quod in creatione per eum ut λόγον res condita sint: & in reconciliatione patefactum et decretum redemptionis & restitutionis. Sed est imago totius patris, non tantum illa decreta redemptionis & creationis. Item cum liberrime conditum & receptum sit genus humanum non satis est dicere filium esse illa decreta, quia filium esse semper necessarium est. Usitate dicitur: Simul esse personas tres in sanctis: quaero quo ordine? Augustinus ait qualiter mitti filium in corda credentium: Sunt ne filij & spiritus sancti distincta officia? Aliquid de hac re in primo sententiarum dist. 15 dicitur. Et Athanasius expresse ait: Quoties dicitur in aliquo esse spiritus Sanctus intelligitur & ibi esse verbum per quod datur Spiritus sanctus, & de persona loquitur, & tantum de natura divina. Stancarus

carus in Academia francofurtensi movit certamen & contendit Chrum tantum esse mediatorem iuxta humanam naturam. Etsi sunt quaedam talia dicta in Longobardo: tamen nos pronunciamus tres esse gradus ἰδιωμάτων. Quaedam soli naturae divinae competunt ut non mori, Quaedam soli humanae, ut pati mori, lacerari &c. Quaedam toti personae, ut esse mediatorem & Sacerdotem. Quia Mediatorem oportet talem esse qui exaudiat, videat corda patris & nostra. Quaeso vigiles & rescribas.

EIDEM.

S. D. Reverende vir, & cariss. frater. Si una communis legatio nomine omnium Ecclesiarum aut certe plurimarum quae puriorem doctrinam profitentur missa fuisset, ut ante annum suadebam, nec labores, nec pericula, nec calumnias metuissem. Sed cum nos soli mitteremur, secuturae erant novae reprehensiones. Quare sparsa belli fama, seu potius moto bello, regressus sum ex itinere. Nec huius mei reditus reprehensiones curo. A belli consilijs procul alienus sum, nec quid agatur scio. Nunc aiunt cinctam esse obsidione Ulmam. Accepi recentes literas à Francisco Dryandro qui narrat Argentinam tunc nondum quidem à foederatis sollicitatam fuisse, ut se eis adiungeret. Studia doctrinae dei beneficio, hic adhuc mediocria sunt, & oro deum, ut ba-

rum

rum regionum tranquillitas diuturna sit. Utinam & Imp. & principes de communi defensione patriae aduersus tyrannidem Turcicam uigilarent. Certum est enim maiores exercitus Turcicos & Tartaricos adduci in Pannoniam, quam illi Turcici antea adducti sunt. Nos assiduis uotis & gemitibus Filium Dei commendemus, quem scimus ideo humanam naturam assumsisse, ut ipse nos sustentet & seruet. Osiander nouos libros contra me edit, quos nondum uidi, cum quidem Nemo ei responderit mollius quam ego. Tuum iudicium ut audire cupio. Bene uale. Calendis May. A° 1552. Philippus.

EIDEM.

S. D. Reuerende uir & cariss. frater. Mense Martio fuit conuentus in urbe ad Salam Naeburga, in quo duces Saxonicae omnes, Marchiones Brandeburgenses, & Landgrafij Hassiaci beneficio diuino, hereditarium foedus renouarunt: Et existimatur haec coniunctio ad pacem harum regionum profutura esse. Simul etiam omnes decreuerunt, se deo iuuante retenturos esse doctrinam Confessionis Aug^ae^; & non recepturos corruptelas papisticas aut alias. Haec consilia Deus adiuuet. Tibi spero hanc narrationem iucundam fore. Oro ut sis memor Ioannis Ruineij Oldenburgensis, qui possit esse usuj uel in aula, uel in urbe aliqua, syndici officio. Vir honestus & modestus, & [illegible] prudentiam & eruditionem iuris

utiliter

utiliter in tali munere versari posset. filios tres habet & unam filiam. Precor ut de eo cogites. Bene & feliciter vale. prid. Cal. Apr. 1555

Philippus.

EIDEM

S. D. Reverende vir & cariss. frater, Tibi quidem gratiam habeo quod & saepe & copiose scribis, & libenter te remunerarer αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον, ut Hesiodi verbis utar: Sed nunc quidem quales tabellarios habeam nescio. Duo sunt genera argumentorum de quibus maxime cupio scribere. Alterum περὶ δογμάτων, de quo etsi tibi penitus mea mens nota est: tamen collatio sententiarum utrique grata esset. Alterum est deliberatio de dissidiis de quibus scribis. De his sanandis cum nihil habeam consilii, scribam quid possum. Et causas scis, cur illud malum sit insanabile. Doctos colloqui necesse erat. Sublata est autem omnis colloquendi facultas per illos ipsos, qui se iactitant esse libertatis vindices, qui tantum serviunt aurae populari: quorum aliquos nihil dubito, etiam repugnante conscientia, tueri quosdam errores stabilire. Quotidie autem oro filium Dei, ut ipse opem ferat Ecclesiae, & nos gubernet, & reprimat errores. Moneo etiam doctores, ne fontibus non inquisitis contentioni se admisceant. Audio cieri diligentia alias controversias aliquot cucullorum: De hac etiam dicam, Deo juvante, cum edent contra me scripta vicini nostri, quae jam

jam circumferunt inter se. Audio enim velle eos defendere contra me Stoicam ἀνάγκην, & alia quaedam movere. Haec cum videat, iu-dico me Ecclesiae hoc officium debere, ut respondeam: qua in re tuis etiam consilijs utar. Bene Vale carissime frater. Mitto tibi pagi-nam, in qua sunt annotata quaedam de gentium migrationibus, quae leges ut spero cum voluptate. Mitto alterum exemplar Comiti Ol-denburgio. Iterum vale. 21 Junij 1555. Rescribe an has lite-ras & paginas Stirpes Christi acceperis. Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir, & cariss. frater. Scio te virum eruditum & sapientem multa cogitare de communi infirmitate generis humani, & nosse consolationum fontes qui & in doctrina Ecclesiae proponuntur & in aliorum sapientum sermonibus. Sed vox divina in Ecclesia ostendit portum harum miseriarum, ut de Stephano scriptum est (nam hanc epistolam nuncio dedi die Stephani) Ibat ovans animis, & spe sua damna levabat. Cum igitur aliquanto post in luce clarissima Deum & filium eius D. N. I. C. & totum agmen caeleste visurus sis, minus doleas quod nunc oculi sint hebetiores exiguo tempore. Oro autem filium Dei D N I C ut te & nos gubernet. In his Academijs studia eadem sunt doctrinae quae audisti. Et honesti ac docti viri omnes te diligunt & saepe honorificam tui

mentionem

mentionem faciunt. Pagellas vobis mitto, meo more, quae et de
mea studia ostendunt. Metuo novum bellum, de quo plura scire
potes. Nam apud vos collegi copias Comiti Alberto dicitur. Oro filium
Dei, ut nos omnes gubernet & protegat nos. Bene & felici-
ter vale. die Stephani. 1555. Philippus.

EIDEM

S. D. Reverende vir, & carissime frater. Multi principes pe-
tunt, ut synodus indicatur nostris Ecclesiis. In ea synodo necesse
erit loqui & de illa controversia de qua scribis. Sed vide volun-
tatem quorundam. Convenerunt in oppido Mollen prope Lubecam
Gubernatores ex aliquot litoris illius urbibus qui iam foedus fe-
cerunt, se non venturos esse ad eam synodum & de hac ipsa quaesti-
one de qua scribis decretum fecerunt, se defensuros esse τὴν ου-
σιχέωσιν. De hac tota re vel in synodo si procedet, vel
alias tecum coram loquar: quia nec literis ista committere
possum, & iam alio magno labore occupatus sum, in responsione
adornanda de multis doctrinae articulis, ad quendam potentem
& bonum principem. Bene vale. die 6 Martij. 1556. De-
bonesius filius Contilis Daniel advenit & recte valet. Tribuam ei
locum in mea mensa, & studia inspiciam. Heri mihi scrip-
tum ex Italia ne de praeceptore deliberem. Philippus

EIDEM.

S D. Reverende vir, & carissime frater. Etsi in conventu Ratis-bonensi decretum est de colloquio: tamen Episcopi statim contra-dixerunt, Et sunt talia decreta σχήματα πολιτικὰ λόγου, ut nominant utrique, Herodotus & Thucydides. Nec existimo ullos gubernatores istic tecum velle institui disputationem. Pellitur è medio sapientia, ui geritur res. Oro autem filium Dei D. N. I C. ut gubernet te & nos omnes. Si res ad disputatio-nem deducitur, initio erunt veterum scriptorum expressa, sicut tanta manifesta testimonia proferenda de utraque quaestione, περὶ τοῦ πανταχοῦ, ac περὶ τῆς ἀρτολατρείας. Ac urgenda est Regula: Nihil extra usum habere rationem Sacramenti. Re-tes autem, ut ex Academiis aliqui mittantur. Bene & feliciter vale. in paschate Anni 1557. Philippus.

EIDEM.

S D. Reverende vir, & carissime frater. Crevit, ut vides, non mo-do certamen, sed etiam rabies in scriptoribus qui τὴν ἀρτολατρείαν stabiliunt: Itaque confugiamus ad filium Dei D N I C, & peta-mus ut ipse sit βραβευτὴς huius certaminis. Incitantur aulae & gynaecea. Quare de literis ad regem scribendis primum hoc con-sulo, ut reverenter scribas te orare ne rex credat calumniis, sed tibi aurem alteram servet, Ac petas, ut cum tanta sit ipsius au-toritas, ut piam synodum indici curet. in qua explicetur tan-ta

ta controversia, & non tantum inimici tui audiantur, sed etiam alij docti viri. Aut, si ad colloquium Wormatiense aliqui convocaturi sunt multorum principum legati, seu delecti ad colloquendum, mittat Rex suos aliquos: Omnia necesse est tum & nostros inter nos de hac causa conferre, cum alij aliter colloquantur etiam ex nostris. Talem generalem responsionem primum mittas. Interea & confessionem tuam componas, & exprime dicas quousque progrediaris: quas propositiones retineas, & quas non retineas, & sine rixis adde aliquot illustria testimonia antiquitatis sincerae. Haec παρασκευή necessaria est, si res ad synodum deducentur. Interea autem velim te in concionibus non saepe ad hanc quaestionem digredi. Nescio quid publice moneam. Deum oro ut nos omnes gubernet. Bene & feliciter vale. die 9 May. 1557.

Philippus

EIDEM

S D. Reverende vir, & cariss. frater. Etsi synodus non convenit in urbe Parthenopea: tamen odia non sunt extincta, nec sunt consumptae artes inimicorum quibus nos opprimere conantur. καὶ τοῦ Δανικοῦ βασιλέως ἀντίγραφον πρὸς Βλαχιόν τινος πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν ἑωράκαμεν. Noli.. vultum ergo illi non porria. Sed nos teneamus illud psalmi: Sileas Domino, & ora eum. Neminem irrito, & oro

filium

filium Dei ut nos gubernet & protegat. Senatus Noribergensis noluit
accedere πρὸς τὴν σύνοδον. Responderunt & alij quidam, se eò non
accessuros, ne nouas distractiones faciant. Macedo mihi scripsit hono-
rificum testimonium de francofurtianis articulis, Cui hodie de te
& me scripsi. Mitto comiti Christophoro, tibi & Medmanno libellos
χρονολογικούς, quorum lectionem non inanem vobis futuram
esse spero: Reg. oro ut exhiberi cures & mihi rescribas. Ebreus
Lipsiam expatiatus est. Possem multa scribere, sed literis non sunt
committenda. Bene vale & rescribe. die 18 May. 1558.

Philippus Melanthon.

EIDEM.

S.D. Reverende & cariss. frater. Haud dubie cito peruagabitur
Germaniam liber editus titulo Ducis Saxoniae Joan. Friderici,
quem tan Gorgonem & Palladis Aegidem applausores ipsius
multis opponent. Audio adhibitos esse architectos τὸν βλα-
χιον, τὸν ἑατωλῆρα id est Sacerinum, & Mortinum. Ubi lege-
ris quaeso ut aliquid de tuo dolore mihi significes. Tigurinos
responsuros esse arbitror. Polonici Conuentus acta nondum sci-
mus, de quo tibi scribam quicquid ἀξιόλογον habebimus. Dio-
bus incendijs audio impeditos esse Congressus in eo oppido, ad
quod nobilitas conuocata fuit. Oro filium Dei ut nos
gubernet. Bene vale. die 6. Feb. 1559.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. In mercatu Lipsico scripsi hanc epistolam, ut narrabit hic civis noster: Ubi cum interpellationes fuissent manu assiduae, non potui prolixe scribere. Ea nocte quae sequuta est laetissimum diem paschatos, ex oppido Iena captivi abducti sunt Pastor ecclesiae Ienensis senex tibi notus Andreas, & Victorinus: quia non approbarunt Areopagiticum librum. Gothae his diebus auditi sunt a principibus, & in carcerem reducti. In Augustam conventuri sunt, ac deducetur ut flagitetur Pontificia Synodus, quam nunc & Rex Gallicus & Burgundus petunt. De his tantis rebus scribam plura, cum domum rediero. Bene vale. die 20 April 1559. Philipp. Mel.

EIDEM.

S. D. Reverende vir & carissime frater. Nondum scimus quid de Gorgone Vinariorum principes responderint. Solius Macedonis responsionem vidi, quae non est timide scripta. Ostendit sibi non placere confirmari τὴν ἀρτολατρείαν & supplicia piorum. Sed quicquid resciscam tibi significabo. Nunc pagellas mitto de Osiandricis articulis, in quibus est & quaestio de humana voluntate, Ubi non solum labyrinthos inextricabiles construunt, sed piis ostendi praesidia contra Stoicas deliberationes. Hunc nostrae

candiam

cundam & piam commemorationem inimici mei atrociter reprehendunt: Sed huius iudicium ut mihi significes valde te oro. Vides quales sophistae adhibiti sint ad illam iniuriarum Gorgonem scribendam. Sed precemur filium Dei, ut opem ferat suae veritati: Et existimo non diuturnos esse qui falsa resultant. Comiti christophoro & Hardmanno salutem opto & mitto pagellas. Bene Vale & rescribe. die 20 Martij 1559. Phil. Melanthon.

EIDEM.

Reverende vir & cariss. frater. Antequam Lipsiam profectus sum, domi ad te scripsi: Erat in mercatu maior negotiorum concursus. Sed tamen cum Lipsiae ad me civis uester venisset, hanc epistolam priori addidi. Hic intellexi legatos principum Palatinorum, Wirtenbergici & Hessiaci in itinere esse, petituros a nostro Electore ut Synodus indicatur. Quae sint illorum consilia de forma Synodi, & de gubernatione disputationum nondum audivi. Sed quicquid rescivero, tibi significabo. Curato etiam agi apud Senatum Bremensem, ne sinant rem deduci ad theatricam disputationem. Plura scribam, cum domum rediero. Bene vale carissime frater. die quinto Ianuarij 1560. Philippus.

EIDEM

S. D. Reverende Vir & carissime frater. Prius, ut ratiocinor, accipies

accepi literas cum nostro datas quam has. in illis quod mihi de theatrica disputatione uideatur scripsi: simul etiam significaui ueteris & purioris Ecclesiae testimonia allegenda esse. ad quae & ego prouocaui in libris scriptis ad Ducem Wirtebergiacum, qui me atrociter accusat, quod naturas in Christo dirimam. Petiui non solum ut me prius audiat quam condemnet, sed ut simul ueterem & puriorem Ecclesiam audiat. Et maneo in hac sententia, ut non instituas publicam disputationem, nisi prius dentur iudices ex Ecclesijs quas nominare utrique poteritis. Deinde initium facias a ueteris Ecclesiae testimonijs. Epistola tua, quam hic senex attulit iracunde scripta fuit. Meam Contentionem seu moderationem accusas, de qua causas grauissimas scribere possem: sed nunc solam hanc commemorabo. Oro te, ueniam ut mihi des qui solus non uolui formulam de re tanta componere. Adsentit mihi & Sturmius in urbe Vangionum, quod formulam cum paucis componere nollem. Totos iam uiginti annos expecto exilia propterea quod ostendi me ἀρτολατρείαν non probare. Cumque uideas qualis rabies sit in his qui sederunt in illo litore centurias suffragiorum? existimes me contentionis meae causas habere. Impedior & quotidianis occupationibus ne integrum opus instituam.

institutam. Sed decimo & oro filium Dei ut nos doceat & gubernet. Bene vale. die 12 Iannar. 1560.

Philippus Melā.

EIDEM

S D. Reverende vir & cariss. frater. Avidissime tuas literas expecto, teq. oro, ut, quales poteris mittere ad nos scribas. He, ri hic narratum est Tilemanum rediturum esse Rostochium: mihi non videtur verisimile. Dux Wirtebergensis misit formulam περὶ μνημείων ad nostrum principem, in qua re, tinet & pingit τὸ πανταχοῦ. Petiuit ut exhiberetur his Academijs: sed non est exhibita. Recens editae sunt vete, ris scriptoris Macarij conciones, in quib. pag. 382 haec sunt verba: καὶ ὅτι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προσφέρεται ἄρτος καὶ οἶνος ἀντίτυπον τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ αἵματος, καὶ οἱ μεταλαμβάνοντες ἐκ τοῦ φαινομένου ἄρτου, πνευματικῶς τὴν σάρκα τοῦ κυρίου ἐσθίουσιν. Scio te li, benter tam veteris testimonium lecturum esse. Bene vale & rescribe. Anno 1560. die 9 feb.

Philippus Melanthon.

EIDEM

S D. Reverende vir & cariss. frater. Etsi non existimo Sena, tum permissurum esse ut theatrica disputatio instituatur: ta, men

men quicquid erit velim te in promptu habere Antiquitatis erudi
tionis illustria testimonia, & in primis hoc urgere: Cum novum
sit pontificium dogma pugnans cum priori Antiquitate, agi
tandem esse quid sentiendum sit. Nuper Dux Wirtebergen
sis ad Electorem Saxonicum misit decretum in quo defenditur
τὸ, πανταχοῦ εἶναι σῶμα: Et subscripserunt multi Abbates:
Hi nunc sunt dogmatum Architecti. Confessionem civis viri
qui in Parlamento Lutetiae fuit, & nuper supplicio affectus est,
quaeso ut mittas nobis cares. Pagellas tibi mitto. Bene &
feliciter vale. die 28 febr. 1560.

Phil. Mel

EIDEM.

S. D. Reverende vir & cariss. frater. Cum heri alteram epis
tolam scripsissem, quam nuncius adfert, postridie venit huc Ma
gister Rostochiensis Posselius, vir doctus qui mihi narravit certo
Heshusium redire ad Academiam Rostochianam, sed tamen glo
riari se ad disputationem accessurum esse Bremam. Cogitavi
horum Conciliorum Architectum esse Morlinum, & is habet socios
harum tragoediarum artifices. Scribam Davidi Chytraeo ne
instituant disputationem theatricam quae non parvos motus
excitatura sit, si procedet. Tibi etiam hortator sum, ut si
te in certamen vocabunt: postules tibi quoque concedi ut
adversas

accersas Petrum Magylirum, me & alios quosdam amicos. Novi genesin Merlini, & saepe ei praedixi, Eum motuum quae sedari non poterit. Si Senatus Bremensis & collegium nostrum permittent institui theatricam disputationem, multi sapientes judicabunt nos imprudenter facere. Et hanc meam opinionem pote viris cordatis in collegio nostro ostendere. Bene vale. prid. Cal. Maij 1560

Philippus Melanthon.

Reuerendissimo Domino Archiepiscopo Ecclesiae
Cantuariensis, sapientia & pietate praestanti
Domino Thomae &c. patrono suo colendo.

cl.

S. Reuerendissime Domine Archiepiscope: Scimus utrumque voce diuina praedictum esse: & futuras esse maiores confusiones generis humani in hac ultima & delira mundi senecta quam fuerunt antea, et tamen etiam inter imperiorum ruinas filium Dei collecturum esse aeternam Ecclesiam. Hac me consolatione in his Germaniae tumultibus sustento. Comperimus hoc anno mirabiliter protectas esse Ecclesias in ea ora pannoniae quam nominamus Transylvaniam. Eluxerunt Turcae magnos exercitus Tartarorum: Hos in Pannoniam ducturus erat Walachorum tyrannus crudelissimus. Hic in ipso apparatu tantae expeditionis a suis propter crudelitatem interfectus est. Ita dilapsa multitudine servatae sunt Ecclesiae pannonicae. De bellis Germanicis ideo nihil scribo quia nostrae literae

tarde

tardi ad vos perferuntur. Interea multa fiunt magis ἀξιόλογα.
Nunc vero mitto ad R D T duos libellos, ac oro R D T ut cu-
ret alterum exhiberi inclyto Regi, alterum eius Doctori. Cognovi
autem modo de his nostrorum hominum studijs istic iudicatur: ta-
men mihi placet nostros honorifice ad vos scribere. Et Mathema-
tum studia commendari Regi omnium eruditissimo honestum est.
Bene et feliciter valeat Reverenda dominatio tua. Salutem opto
illustri & Reverendo viro Joanni à Lasky. die 4 Iulij 1553.

R D T. addictus Phil. Melanthon.

EIDEM.

Cf.

Reverendissime Domine: Et epistolam & libros quos misisti reddi-
dit mihi Germanicus adolescens ex Anglia in patriam rediens
mense Maio. Legi certamen, & doleo eos qui quaerunt veteres tes-
timonia, non velle perspicuitatem rerum agnoscere. Nec vero
dubium est quid saniores in vetere Ecclesia senserint. Sed impos-
turas audi. Multis libris novae & notae sententiae attexta
sunt. Id in Theophylacto accidisse certum est. Nam quod Oeco-
lampadius in suo Codice, cum quidem rem non probarit, vidit
tamen: id in nostro Codice prorsus deerat. Idem accidit in Beda
libris, quos tamen arbitror apud vos reperiri incorruptiores. Mitto
vobis partem enarrationis Symboli Niceni & mitto longam

Confessionibus

censoribus, Tibi, Lascio, Bucero, Petro Martyri, & alijs doctis & can-
didis. Bene valete. 28 Maij 1550. Philippus

D. Nicolao Buscoducensi

Non ed. S. D. Carissime d Nicolae, Non sum Stoicus, & aliquanto fortius
cum Stoica secta bellum gero, quam nostri Duces ad Danubium & Albim
bella gesserunt. Quare non fatali necessitate nos in has miserias inci-
disse iudico, sed placuit nos statuo quod multa ἐνονοία telerta. Cumu-
larunt sibi pericula nostri principes longi temporis πολυπραγμο-
σύνῃ, & auxerunt odia multis non necessarijs ... Nacti
igitur occasionem inimici simul & ipsos & veritatem opprimere co-
nantur. Nam post hoc bellum sequuntur edicta, ut Synodi sen-
tentia recipiantur: & aliqui recipient. Nec nulla sunt pecta
populi & docentium quae irritarunt iram Dei. Quare veris ge-
mitibus petamus a Deo veniam & mitigationem publicarum
& privatarum aerumnarum. Hispani milites ecclesiarum
pastores interfecerunt in vicinia Witebergae: & in his sanctum
senem pastorem Ecclesiae Kembergensis, primum maritum.
Nec vero dubito Deum vindicem sanguinis sanctorum & infa-
ntium primitivorum esse Hispanorum crudelitatem & fac-
turum conversionem horum tumultuum mirandam. Commen-
do tibi hos adolescentes Tilemannum & Henricum, Tilemannus

melius

metuit fore ut parentes eum auellant à literis. Tuâ igitur autoritate perficies ut rursus in Academiam aliquam mittatur: Lonaniensem aut Heidelbergensem, ubi Mysillus docet, & doctrina Ecclesiae recte traditur. Bene vale. 10 Maij 1547.

Philippus

Ad Joannem N.

S. D. Reuerende Vir, & amice carissime, Saepe intuens hunc Albim nostrum cogito: Non si tantum funderem lacrymarum, quantum hic fluuius undarum uehit, exhauriri meum dolorem posse, quam multis annis circumfero in pectore propter dissidium de Coena Domini, in quo tam multa disputantur extra causam. In usu non & substantialiter adest Christus, & est efficax in uera consolatione. Cur mouentur disputationes de inclusione extra usum. Dixeo eadem quae leguntur in meis scriptis. Et in eam sententiam fuit facta formula Concordiae ante annos sedecim inter Lutherum & multos qui ex Ecclesijs superioris Germaniae huc aduenerunt. Deum oro ut nos omnes gubernet. Bene vale. 1552.

Philippus Mel.

Nun cs.

Non ed Anno quadragesimo septimo, Cum Imperator Carolus Vitebergam
obsidione cinxisset, habentq. secum in castris Electorem nuper cap-
tum Ioannem fridericum ducem Saxoniæ: euocat ex oppido ad Col-
loquium priuatum Lucam Pictorem iam senem. Eum cum in
tentorium deductus esset, sic Carolus compellat. Saxoniæ Dux Elec-
tor Ioannes fridericus nuper à me in acie superatus & ad Mol-
bergam captus mihi egregiam tabulam in conuentu Imperij Spi-
ræ à te elaboratam obtulit, cuius aspectu cum aliquoties sua-
uiter sim recreatus, postea semper magnifeci picturas tuas. Cum
autem interea mihi de obitu tuo nonnihil nunciatum fuisset, &
te filium ingenio & industria non minus præstantem reliquisse:
nunc de te accuratius percontanti nunciatum est, Te in hoc op-
pido superstitem esse: Eam igr ob causam iussi te hic adesse, ut
te coram alloquerer. Lucas humiliter gratias agens Cæsareæ
Maiestati submissionem suam & obsequia uerbis simul & gestu
reuerenter declarauit. Ibi pergit Imperator: Est inquit Mech-
liniæ in conclaui meo tabella, in qua effigiem meam cum puer
essem delineasti. Scire autem ex te uolo, quæ fuerit tunc ætas
mea, & quis gestus. Respondet Lucas: Octo annorum ætas
tua erat, cum Imperator Maximilianus te dextra circumducens
iuberet Belgicam nobilitatem & ciuitatis iuramento promittere obe-
dientiam

dientiam. Cum autem picturam ordirer, tua Maiestas saepe ad diuersa loca respiciebat, ut solent pueri. Ibi praeceptor, qui tuam naturam norat, dicebat te mirifice delectari aspectione teli, iussitq. ad parietem aduersum collocari eleganter fabrefactum iaculum. Ab ea cuspide, cum non deflecteres oculos, effigies postea absoluta est. Hac commemoratione Caesar impendio delectatus est: Quare incredibili Caesaris mansuetudine adductus Lucas capti domini fortunam & patriae statum secum perpendens, nihil in tanta opportunitate captauit, sed senili more in lacrymas resolutus & in genua procumbens pro capto principe deprecatus est. Ad ea Caesar nonnihil subridens, placidissimo uultu ait: Perficiam ut captus princeps dominus tuus clementiam meam experiatur. Et Lucam munere donatum a se in urbem remisit.

Haec philippus Mel. anno vitae ultimo: id est LX: quo & obijt. Nonis Martij.

Falsum nam obijt XIII. Cal. Martij An. 1560. et Melanthon ipse in quadam epla huius voluminis facit mentionem sui Anni climacterici magni 63. et vixit Annos 63. menses II.

Q. de prodigio quod accidit in oppido Nebra: ubi [illegible] post partum [illegible] ex utero flamma cum sonitu: quae [illegible] ambusta, & partus (filiola) interfecta.

Allegoria Q. Mater illa misera significat Ecclesiam. filiola politias. Seruabitur Ecclesia [illegible] politijs

Scriptum Philippi περὶ τῆς ἐπιθέσεως χειρῶν: ad
Vitum Theodorum: Cuius fit mentio in inter eptas Philippi
ad Vitum:

// In historia Ecclesiastica Eusebij lib 6. pag 144 recitatur epla Episcopi Hierosolymorum, in qua multis v̄bis defenditur Origenes, qui concionabatur, cum non esset consecratus more sacerdotum, ut sic loquar. Et in libro juris Canonici, cui titulus 6 liber Decretorum dist. 24 scribitur Laicos rogatos posse publice docere. Verba canonis sumpta sunt ex Synodo Carthaginensi. Sed de administranda cœna Dn̄j maior ē q̄stio. Irrepsit enim opinio de mutatione panis: hanc potestatem dicunt certo ordini commendatam esse. Sed opponi potest manifestum testimonium satis grave Synodi Nicenæ q̄ cōstituit ut Diaconi absentibus presbyteris Cœnam Dn̄j administrent. Nondum igr̄ erat persuasio de potestate mutandi panem tradita certo gradui. Hæc historica mihi quidem grata sunt, & me interdum confirmant disputantem in tanta temporum confusione de veteri ordinatione sive electione ministrorum. Nunc persuasio receptissima est pontificiæ partis: Ecclesiam talem politiam esse in qua nemo potestatem habeat docendi publice aut administrandi Cœnam Dn̄j, nisi consecratus sit ab Epō tenente titulum, & quidem à Pontifice Romano acceptum. Hunc ordinem nocant Successionem ordinariam, & pene Leviticæ sacerdotij παρῳδία est. Quid velit tuus collega nescio: sed tamen non opinor eum

enim defendere illas opiniones pontificias, quas si tuebitur, noua cient & maiora certamina. Dicam autem ordine quae in ministris constituendis necessaria sint. Vocatio seu Electio necessaria est. Hanc Paulus mandat Tito: Constitue presbyteros. Postea uides in probatissimis historijs fuisse uniuersalem morem primae Ecclesiae, vocari [eligi, id est] Episcopos per populum id est honestissimos homines in singulis ordinibus. Et adhuc uestigium moris manet quod Episcopi a Collegijs eliguntur. Sic nunc uocantur ministri in nostris Ecclesijs uel per principes, uel senatuum uoce: Et est pia & iusta Vocatio. Principes & Senatores dupliciter habent ius uocandi. primum quia sunt, & uult deus gubernatores curare ministerium Ecclesiae, Deinde sunt praecipua membra ecclesiae. Ut igitur Athanasium Ecclesia Alexandrina vocauit: sic te, sic Brentium Vestri Senatores, id est, praecipua Ecclesiae membra uocarunt: nec refert quod multis in Senatu placeat, satis est aliquos esse. Haec uerissima sunt & simplicissima: Nec dubium est Vos iuste uocatos & legitimos ministros esse, & non esse ἀλλοτριοεπισκόπους

Post Vocationem seu electionem olim accedebat Comprobatio quae fiebat per vicinos Episcopos, duos aut tres, ut recitant multae historiae. Hi manus imponebant electo. Hunc morem & nos seruamus, ut scis, ac delector ritu. Nota impositio manuum celebratur in Genesi, in historia Iacob, cum benedicit filijs Ioseph, & deinceps Moysi. Item

hostijs

hostijs manus imponebantur. Et Christus manus imponebat infantibus: ἐπέθετο αὐτοῖς τὰς χεῖρας inquit Matthaeus. Magna ministerij vis est: magna dignitas, Ideo honestissimum est electum ministrum sisti coram Ecclesia, commendari Deo publica precatione, confirmari collegij testimonio: Haec olim summa cum gravitate fiebant, ut adhuc fieri optarim. Sed vides quae sit Ecclesiae [disciplinae] dissipatio. Vix a Collega tuo impetrari posset, ut ad talem ritum in templum veniret. Si hunc morem amat, ut amari eum decet, cur non renovat? Et instaurari in Ecclesijs frequentioribus certe utile esset. Sed tamen et hoc dico Vocatum seu Electum voce superiorum, fungentem ministerio Evangelij etiam sine altero ritu impositionis manuum, vere ministrum Evangelij esse, posse docere, ac administrare sacramenta. Nihil enim addit iuris aut potestatis Impositio manuum, sed est declaratio et comprobatio tantum. Et valent et Sacramenta propter ordinationem divinam, sicut vox Evangelij. Evangelium est potentia dei ad salutem. Nec differunt veri pastores et mercenarij hoc ritu, sed differunt genere doctrinae et voluntate. Quod autem nequidem liceat nobis petere ritum ordinationis ab Episcopis qui nunc titulum tenent, et profitentur se impugnare doctrinam Ecclesiarum nostrarum manifesta ratio est: quia neminem sine impijs vinculis ordinant. Et Paulus inquit: Si quis aliud Evangelium docuerit, anathema sit. Nec propterea extinguitur universa Ecclesia, sed manet Ecclesia apud nos; ubi sonat vox

Eglij, ibi & ministerium & ius electionis & approbationis manet, iuxta il-
lud: Ascendit, dedit dona hominibus, alios prophetas, alios pastores, alios doc-
tores. Certum est enim hanc sententiam affirmari, quod in Ecclesia, in
qua recte sonat Euangelium, sint haec dona, sit ministerium verum. Scio
oportere perpetuam esse Ecclesiam, & eam non pendere ex titulis Episcoporum, sed
nunc eum esse coetum, qui sonat vocem Euangelij: Ergo & ministerium in
eo certum est. Doleo quidem divelli nos ab illis qui tenent ordina-
riam potestatem: sed ipsi nos sine nostra culpa abijciunt. Censeo
igitur quantum possum, & omnibus suum hortator ferendi hoc nostrum
corpus, quod Ecclesiam Dei esse sentio, & dissipari nollem: Et ne dissi-
pationes exoriantur multas iniurias perferendas esse semper censui. Hac-
tenus quae de impositione manuum ego saepe cogitare soleo: Et a te
expecto, quid tibi videatur.

Phil. Mel.

Amplissimis viris, Sapientia, Iustitia, fortitudine
praestantibus, Consulibus & Senatoribus inclytae
urbis Pragensis: dominis suis cum observantia colendis

S. D. Amplissimi viri. Scio vos ea sapientia & gravitate praeditos F Non ed.
esse, ut non ex aliena praedicatione de ijs quibus aliquod munus pub-
licum committitis, sed inspectis & exploratis ipsorum ingenijs iudicium
faciatis. Itaque cum extet specimen eruditionis "Magistri" Matthaei Collinj, nihil ei
mea

mea commendatione opus erat. Sed tamen quia arbitrabatur meas
literas vobis gratas fore, si meum testimonium cum vestro iudicio congru-
ere intelligeretis: gessi homini amico morem, et flagitanti dedi hanc
epistolam. Possum autem de Collino fortassis certius iudicare, quia annos
circiter octo assidua ei nobiscum consuetudo fuit, quae maxime naturas
ac mores patefacere solet. Itaque cum et ingenio polleat, et mens sit
honesta et pia: adiunxit ad caetera studia optimarum artium summam
diligentiam cognoscendae doctrinae christianae et Ecclesiasticae antiquitatis,
cumque egregie instructus sit solida eruditione, et mores sint pleni officii et
pietatis, spero eum magno usui patriae futurum esse. Quare vestrum iu-
dicium de eo laudo, et reip. huius animum vestrum gratulor, quod
literarum studia restituitis, et idoneos doctores quaeritis: Ac precor De-
um ut hos conatus vestros plenos pietatis adiuvet. Nam profecto
sine literis et eruditione florere Ecclesiae non possunt. Saepe subit
animum meum ingens admiratio virtutis eximiae, quae fuit
illo tempore Senatus Pragensis, cum in densissimis tenebris Univer-
sae Ecclesiae solus ille Senatus et agnovit puriorem doctrinam Christi
et profiteri ac defendere ausus est. Hae tantae res aeterna laude
dignae susceptae non essent, nisi doctrinae studia etiam apud vos
viguissent. Postea qualis fuerit ecclesiarum vestrarum status,
cum desideraretur eruditio, non ignoratis. Praeclare igitur facitis
quod rursus ornare Ecclesias et patriam doctrina et literis co-
namini

namini, Eam ad rem cum aliorum doctorum virorum quos istic habetis industria multum conducere poterit: tum vero huius Collini operum assiduitatem & fidem inventuti plurimum profuturam esse spero. Bene valete. primo octobr. 1540. Phil. Mel.

Magnifico Viro, Rectori Academiae Pragensis,
& Amplissimo Senatui eiusdem Academiae
Viris Clarissimis & doctissimis: patronis
suis cum observantia colendis.

S D Clarissimi & doctissimi Viri: Videmus divinitus plaerumque Ecclesijs esse adiunctos coetus deditos literarum studijs. Ut Prophetae quasi scholas habuerunt, & deinde Apostoli, & post Apostolos Polycarpus & similes certa collegia auditorum instituerunt. Quare non dubium est ad Ecclesiarum conservationem opus esse scholis bene constitutis. Quod si quis tamen non satis perspicit, vestras ciuitates contempletur: quae cum ante annos centum fuerint eruditissimae & florentissimae, postea neglectis aliquandiu literarum studijs, nonnihil, ut pace vestra dicam, factae sunt squalidiores. Itaque consilium & diligentiam optimorum virorum in urbe & Academia vestra valde laudo, qui dant operam ut doctrinae studia rursus accendantur: ac precor ex animo, ut hos honestos & pios conatus Deus pater liberatoris nostri Iesu Christi adiuvet. Etsi autem scio istic esse multos

F Non ed.

multos & virtute & eruditione excellentes, quorum opera in docendo
usui esse pt: tamen vobis etiam hunc Magistrum Collinum duxi com-
mendandum, qui cum malit in patria quam alibi vivere: videtur partem
aliquam scholastici muneris egregie posse sustinere. Nam & eruditione
preclare instructus est, & naturae dotes habet non vulgares, acumen
ingenij, iudicij dexteritatem, facundiam. has virtutes ornat optimis
moribus, & singulari diligentia in omni officio. Nec vero dubito, quin
ubi familiarius illum nosse ceperitis, verum hoc testimonium vestris
suffragijs comprobaturi sitis. Quare rogo ut eum amanter complectamini
& ad societatem scholastici muneris admittatis. Utinam autem ita re-
stituantur studia in multis locis, ut scholarum consensus etiam concor-
diam pariat ecclesiarum, ut tanquam una voce Deum celebremus, &
Scholae ac Ecclesiae pariter hymnum illum Angelicum sonent, gloriam Dei
predicent, & in terra pacem tueantur apud bonos [pios]. Quid hac harmonia
dulcius aut melius cogitari pt! ad quam quidem efficiendam aut
conservandam Scholae bene constitutae multum adferunt momenti. Quare
& precor ut floreat Academia vestra ornata veris artibus quae sunt
utiles vitae hominum & Ecclesiae Christi. Et cum multorum benevolentiam in-
ter eruditos iudicem salutarem esse reip. de mea voluntate hoc affirmo
me amicitiae vestrae cupidissimum esse, & hunc animum summo stu-
dio declarabo, si quam in re vobis gratificari potero. Bene & fe-
liciter valete. 3 octobr. 1540. Phil. Mel.

Ad Collinum. refer ad eas q̄ s̄ ad eundem.

S D. Carissime Colline. Non, si tantum lacrymarum fundere possem, quantum noster Albis aut vestra Multavia volvit undarum, Christiani viri meus dolor possit quem circumfero assiduum διὰ τὴν διχοστασίαν περὶ μεταβολῆς ἄρτου. Et nostri vicini de linea veste vociferantur: de hac tanta re tacent. Nemo in his regionibus hac propositionem scripsit praeter me: Nihil habere rationem Sacramenti extra usum institutum. Jam si μεταβολὴ τοῦ ἄρτου sic proponitur ut fiat adoratio in circumgestatione et similibus spectaculis, flagitatur manifesta εἰδωλομανία. Mallem de hac tanta re coram tecum non loqui tantum, sed etiam deplorare ingentem Ecclesiae calamitatem. Oremus autem filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum ut ipse haec magna vulnera Ecclesiae sanet. Sunt inter articulos τοῦ ἀρχιερ. et alij quorum absurditas manifestior est, de quibus consilium facilius potuit. Odit Diabolus praecipue eruditos et utiles doctores. Ideo Carissimo tibi struit insidias. Sed primum te munito petitione auxilij divini, deinde considera, qui sint inter nostros proceres literarum patroni. Horum studijs interdum levantur quidam ut apud Sedechiam erat Jeremiae patronus Eunuchus. Bene vale. Mitto tibi pagellas. Mense Maio 1550.

M Giganti

Philippus.

Reditum

= Non est. F

Non ed. F

S D. Reditum faustum & felicem opto Collegae tuo, quem ego tibi hoc tempore commendatiorem esse volo, quia nunc maxime praesertim eos qui dolent quod coniunctissimus esse voluntatib. & sententijs. Ita leniuntur pijs aliquam ex parte dolores, qui propter multas Ecclesiae aerumnas excruciantur. Sphinx Augustana passim perturbat Ecclesias: Sed oremus Deum ut nos tegat. Brentius, Nepos, Musculus viri integerrimi ex suis Ecclesijs pulsi sunt. Haec sunt initia huius novae νομοθεσίας quam praedicabatur facturam aureum seculum. Bene vale. 23 Iulij

Ad M. Collinum.

Non ed. F.

S D. Cariss. frater. Quales non gemitus fuisse existimas Zachariae, Simeonis, Mariae, Elisabethae & similium, cum viderunt in templo sacrificantes pharisaeos! Ut eius temporis Ecclesia oppressa fuit servitute: ita nunc oppressa est. Et tamen ut tunc pij vere invocabant, admixti illi polluto agmini: ita nunc sub tyrannis multi sunt pij recte invocantes, hi quia non possunt uti alio ministerio, interea horum ministerio utuntur, sicut & in baptismo eorum ministerio utuntur. Quod vero addunt illi pharisaei sacrificuli alias opiniones de suo: hae non ad te pertinent. Tu vera fide sumis, & ad confessionem animo paratus es. Scio multa duriora contra disputari posse: Sed his qui sunt in servitute, quid aliud consuli potest? Et illi disputatores non liberant nos ex servitute. Multi etiam has ipsas res, de quibus disputant, non

recte

recte intelligat. Habet hypothesin ille tuus censor τῶν περὶ quor[um] nostrorum μεταβολῶν, quae non ad hanc rem pertinet. Christus inquit: Ego in vobis. Et nunc adest sumenti ἐνεργεῖ. Sed de hac re tota tecum coram colloqui malim. Tu innovationem tuam non sinito turbari, sed hanc servitutem tolerato, et interea quod facis, iuventutem recte doceas, et hanc cum de dicta interrogabunt te hi, quibus necesse est respondere, tuam confessionem exponere. Bene Vale et rescribe. die 10 Maij 1559.

Ill[mo] et Reverendiss[o] principi, Sigmundo
Archiepo Magdeburgensi.

Ill[me] et R[me] princeps. Reverenter ago gratias Cels. V. quod nuper miserae mulieri, matri multorum filiorum et filiarum clementer eleemosynam dedit, Nec dubito Deum vicissim C V pro talibus officijs benefacturum esse. Profecto in his publicis periculis opus est omnibus auxilio Dei. Heri literas accepi, in quibus scriptum est Carolo Petrowi, cum qui occupavit Transsylvaniam pro Iohanne filio Regis Ioannis per insidias in convivio interfectum esse. Ea res novis motibus occasionem dabit. Scriptum est etiam mihi ex Vienna, mandato Turcici Venetos legatos in conspectu Turcici Imperatoris dissectos esse. Ac signa maximarum mutationum impendentium manifesta sunt.

Nunc autem ut ad C V scribam haec causa est. Hic M Erdmannus natus est in Marchia, diu utiliter docuit Juventutem, et postea didicit studiose doctrinam Ecclesiae, et vir est honestus, timens Deum, et prudentia et modestia eximia preditus. Maxime autem cuperet C V in iudicijs alicubi servire, vel in urbe Meideburg vel alibi. Quare reverenter oro, ut C V locum aliquem ipsi tribuat. Non dubito industriam, fidem et modestiam eius C V placituram esse. Bene et feliciter valeat Celsitudo vestra. Cal: Junij. 1556

EIDEM.

Non ed. Ill^me et Rever^me princeps. Cum C V et Ecclesiis velit ornatas esse idoneis doctoribus et clementer faveat bonis ingenijs, propterea sub[illegible] non dubitavi hunc M Valentinum Heltum Lucawaldensem C V commendare, quem spero usui et ornamento Ecclesiae Dei fore. Nam et latine graece et ebraice preclare doctus est, et in Academia Lipsica recte didicit fontes Ecclesiae Dei. Cumque mores sint honesti et pij, naturam et moderationis et tranquillitatis amans est. Scit autem C V quantum referat in Ecclesijs tales esse gubernatores qui et recte doceant, et ament pacem, nec inutilibus rixis publicam concordiam et pacem in pijs turbent. Utiliter igitur consulunt principes Ecclesiae, si bona et modesta ingenia eligant et provehant. Orat autem hic Valentinus Heltus reverenter studia sua aliquamdiu ancor in Academia innavit[illegible] reditu[illegible] secundiuq[illegible] aliumque postea deferat operam suam Ecclesijs C V. Oro igitur reverenter ut

ut C V hunc valentinu clementer opera iuvat. Compperiet enim C V hoc beneficium in virum doctum, modestum et concordiae publicae amantem collocari. Sit C V curam conservandi doctrinae studiu Ecclesiis pertinere ad Ecclesiae gubernatores, quo in fastigio etiam C V collocata est. Bene et f. Valeat C V. Cal. Maij 1550.

Illmo principi, Joanni Alberto
Duci Megalopurgensi etc.

Non ed.

S. D. Illustrissime et clementissime princeps. Etsi sciebam C Vestram propter multas gravissimas causas post pugnam saxonicam in magno dolore esse, et ipse in magno maerore sum et luctu: tamen ut iam scriberem ad C V necessaria quadam officij ratione adductus sum. Vocatur ad Ecclesiam Neobrandeburgensem vir honestus et eruditus M Joannes Garcaeus qui in Academia nostra longo tempore vixit: postea Hamburgae fuit inter Ecclesiae pastores. Et iam lector Theologicus est in Academia Gripeswaldensi, et habet honestam coniugem et filios sex et duas filias. Is propter pietatem et excellentem virtutem libenter serviret Ecclesiae in C V ditione: Et suum eum hortator ut ibi esse malit, sed audio aliquid dubitationis esse de stipendio. Erasmo Alberto Senatus centum promiserat et C V curaverat addi centum ex monasterio quodam. De eo stipendio nihil diminutu erat. Vere affirmo doctum et integrum virum

virum esse, nec dubito C V ubi enim audierit phalanum esse & doctrinam, & formam concionum. Quare & ego reverenter oro ut C V perficiat, ut numerentur stipendium non diminutum. Bene & pie collocabit C V hoc beneficium, & orabit filium Dei tota Garcei familia nobiscum ut protegat C V: quod & nos precamur, toto pectore. Vale. prid. Id. July. 1553. Ph.

Eruditione & Virtute praestanti M Casparo Orthamanno, gubernanti studia doctrinae literarum & optimarum artium in urbe Leoberga, amico S.

Non ed.

S D. Carissime fili. Meministi igitur & hanc sententiam, in eo ipso scripto Isocratis Christiane, cuius mentionem facis. καλὸς θησαυρὸς παρ᾽ ἀνδρὶ σπουδαίῳ, χάρις ὀφειλομένη. Gaudeo igitur & mihi in animo tuo talem thesaurum repositum esse: etsi profecto tua & Ecclesiae causa magis gaudeo, te & multos praeditos bonis ingeniis veram & utilem doctrinam didicisse, ut semen sanctum reliquum sit, quod restituat posteritatem. Etsi enim magnis fluctibus semper quassatur Ecclesia: tamen Deus aliqua agmina servat, ne notitia filij in terris extinguatur. Te quoque opto partem esse seminis sancti, ut vocat Esaias, quod custodit doctrinam. Academia, Dei beneficio, adhuc sonat eandem ~~vocem~~ veram doctrinae vocem quam sonabat cum aderes. Te hortor, ut ad philosophica studia redeas aliquando post. Hor-

tum

dum enim in Saxonia finem bellorum esse metuo. Sed Deum oro ut has aerumnas mitiget. Bene & feliciter vale. Idib. Martijs quo die ante annos 1590 Iulius interfectus est, cuius mors insignis exemplum est, quam facile ex summo fastigio excuti potentes possint. Sed salui & incolumes sunt, quos Deus custodit. Iterum vale

467

EIDEM.

S D Carissime Caspare, Scio tibi notas esse diuinas sententias & sapientum dicta de Concordia tuenda. Saepe etiam recito versus quos ex Solonis poemate sumpsit Plato. οὐ χρυσὸς ἄλλος οὐδ᾽ ἀδάμας οὕτως ἀστράπτει πρὸς ὄψιν, ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφροσύνη νοέοις. Sed dici maius nihil potest hoc dicto Iohannis ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστι· καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐν τῷ θεῷ μένει, καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ. Itaque propter voluntatem Dei, & Ecclesiae utilitatem tueamur amicitiam nostram. De Academia scito: propter Contagia luis quae vagari Witebergae coeperant, discessimus lectores in vicinam Angliam. Speramus autem nos breui Witebergam redituros esse, praesertim cum iam in his regionibus aliquamdiu pacem seu halcyonia fore speremus. Nam Dux Saxoniae Elector exercitus sui partem ducit in Pannoniam. Mitto tibi pagellas quarum lectionem non iniucundam fore tibi & caeteris arbitror: Breui mittam libellos alios. Bene V. Salutem opto viro honestiss. patri tuo. 13 Augusti.
Angliae.

Non ed.

EIDEM.

Non ed. S. D. Doctissime frater et carissime Ortmane: Extra literas quas ad Senatum vestrum scripsi, eo misi Viro clarissimo affini meo doctori Paxmanno, ut cum legeris, deliberetis an exhibendae sint. Prodesse certe tibi cupio, nec deerunt tibi officia mea, etiamsi in patria tua locus docendi tibi non tribuitur, ac peto mihi exprimum significari, quid impetraveris. Nam et sapientes quaerunt virum eruditum, cuius scholam commendent. Ejus urbis professionem tenet Vir excellens eruditione et virtute Sigismundus Gelous, quem tibi notum esse arbitror. Bavari vestri mores sapienter tolerato. Vincit tandem veritas, etiam nobis tacentibus, ut in meis exemplis cernere potes. Bene vale. die sexto Augusti. 1559. Ph.

Venerando Viro, eruditione et Virtute praestanti
D. Joanni Rudolpho, pastori Ecclesiae Dei in
Schwiniz, fratri suo cariss.

S. D. Venerande D. pastor et cariss. frater. Locustas esse cancrorum speciem non dubium est. Et hodie Cancri sic nominantur lingua populi usitata in hispania, Locusta. Etiam cum Johannes Baptista vicinus esset Jordanis, existimo eum a locustis cancris usum esse, praesertim cum eo utiliores essent, quia Judaei eis non vescebantur. Et locustae proprietas est cum serpentibus pugnare, quos prehensos chela circa

circa collum strangulat: Sic piris doctor strangulat pharisaicus impostores, prebentes circa collum. Delector ergo ipsa consideratione historiarum & naturarum, cum cancros video in mensa, nec vescor avide. Sed tua benevolentia mihi grata est, etsi nolim te mea causa sumptus facere. Habeo autem gratiam tibi & pro benevolentia, & pro munere, ac oro ut huc redeas ad renunciationem gradus theologici, quae fiet die Mercurij proximo. Audies .n. orationes & commonefactiones non ingratas. Bene vale. pridie Trin. Witebergae 1556.

Senatoribus cuiusdam oppidi in Bohemia.

Non ed.

S.D. Humanissimi viri, Celebrata est & a Romanis Scriptorib. virtus gentis Hermundurorum quae vestram regionem tenuit, Et hoc proximo seculo vestri maiores in defensione doctrinae purioris virtutem & pietatem suam ostenderunt. Semper igitur praeclare sensi de gente Bohemica, & gratitudinem nos ei debere iudico propterea quod ad fontes doctrinae Ecclesiam revocavit. Comperi etiam gravitatem & candorem eximium esse in iis qui mihi familiariter noti fuerunt. Quare & ipsi genti gratulor hoc decus quod multi in ea doctrinae studia amant & colunt: & gaudeo vos amanter de nobis sentire, ac opto ut unum simus in Deo, sicut ipse filius Dei in agone suo universae Ecclesiae precatur. Honestorum hominum

filios

filios, quos huc misistis, Deo iuvante, recte erudiri & gubernari curabimus, & oramus filium Dei D N I C custodem Ecclesiae suae, ut ubique sibi aeternam haereditatem colliget, & nos & discentes faciat organa salutaria. Garceo viro docto & honesto cum adolescentibus hospitium praebuit Doctor Forsterus, Vir honestus & eruditus, qui hic & Latine docet & Ebreae linguae interpres est. Huius consuetudinem spero profuturam esse adolescentibus, ac studia doctrinae ipse inspiciam. Etsi autem res ostendit, quod scholam habetis, Dei beneficio bene constitutam, vobis curae esse doctrinae studia: tamen vos adhortor ut eo magis scholam foveatis, quia alibi tristissimis bellis, alibi odio veritatis studia literarum impediuntur aut delentur. Certum est autem filium Dei sua agmina ibi seminaturum esse, ubi mediocria sunt doctrinae studia. Hunc filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis & resuscitatum oro ut oppidum vestrum, & vos, & vestros protegat, & gubernet. Bene & feliciter valete. Calendis Iul. 1553. P. M.

Egregia & eruditione & virtute praedito D. Andreae
Martino, in aula Illustris Dnj Ernesti Baronis
à Kraig etc amico suo.

Non ed — S. D. Honorificam tui mentionem fecit Vir illustris, dominus tuus in literis quas ad me scripsit. qua ex re magnam capio voluptatem, Nam ipsis literis & nostrae Ecclesiae, quae est Ecclesia Dei & Domini nostri Iesu Christi ~~honorificam~~ testimonium dat, meos auditores bene moratos esse.

Cum.

Cum autem apud nos honeste vixeris, & optimarum artium doctrina praeclare excultus sis, scio tibi non deesse iudicium vel de moribus tuis regendis, vel de adolescentum, quos doces institutione. illud tantum duxi ad scribendum esse, te, & monendum & orandum, ut in docendo iracundiam frenes. Melius est etiam precari lenitate. gratum mihi facies, si de tua schola mihi scribes, & de toto consilio institutionis eius iuventutis quae tibi commendata est. Bene vale. pridie festi S Martini, quo ante annos centum magno praelio victus est ad Varnam exercitus Vngaricus, amisso rege Vladislao. Utinam Deus nunc grassantes Turcos reprimat. Pecuniam inventam inter caseos nostros dedi Casparo Gaudentio.

Philippus Melanthon

EIDEM

in inclyta Academia Rostochiana

S.D. Carissime Martine. Cum iam alias epistolas nuncio dedissem, narravit mihi Iodocus Bibliopola te ex Borussia redijsse domum. Ea mihi narratio pergrata fuit, ac opto ut Deus ad vos etiam virum optimum Doctorem Ioannem reducat. Etsi enim scribit Pindarus non esse discordiam in gente hyperborea nec morbos, tamen in Borussia & rixas & animorum morbos esse invenisse te opinor. Mitto tibi carmina de coniugio, quorum lectio erit tibi iucunda & Davidis causa, & propter dulcissimum coniugium tuum, quod ut sit sanctum & felix faciat

Deus

Non ed.

Deus. Bene vale in die Encaeniorum quae Ierosolymae repurgato templo ante annos 1716 instituta sunt. die 25 Novembris qui Ebraeis ab Orione Kesil, nomen habet Kisleu. Philippus

EIDEM.

Non ed. S D Politiam tuae scholae & legi & probo, ac Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut regat & iuvet studia tuorum discipulorum, ut ipsis & reip. sint salutaria. Te quoque adhortor ut hos labores non gravatim perferas. Quantum tibi solatii esse debet, quod scis Deo placere has operas, imo in hac tua schola inter adolescentes assidere angelos Dei pueros, custodientes te & tuum gregem, sicut assidebant ad Christi pueri cunas, ut nunc Ecclesia nos admonet, cum Natalem Christi celebrat. quo tempore velim pueris & psalmum secundum inculcari, in quo nominatim Deus principes viros alloquitur. Quae scribis de Ceremoniis legi, & meum iudicium tibi & aliis notum esse arbitror. De adiaphoris Ceremoniis nunquam movi certamina, nec moveri ab aliis volui. Vituperanda est pontificum tyrannis, qui suis legibus conscientias oneraverunt. Caeterum doctrinae puritas pariter ab omnibus tuenda est. Si mihi plus otii esset, expaciarer semel in Boiemiam. Saepe .n. de reb. gestis fortissimae gentis cogitans, intueri illam terram parentem fortissimorum virorum cupio. Bene vale. Deus faciat ut hos venientes annos die tibi & discipulis tuis faustos & felices.

die 19 Decemb.

Philippus Melanthon

Idem Philippus praescripsit Gregorio Burmanno.

CONCLUSIO

Recte facit qui se potius consecrat studio doctrinae christianae, quam alteri quaestuosae professionj, etiamsi parentes vocent eum ad quaestuosas artes.

Non cd.

R. Est non ex nostro ardore, sed ex praecepto Dej. praeceptum Dej est, ut primum quaeramus regnum Dej, non quaestum. parentes tantum propter quaestum avocant a studio theologico. Ergo in hoc casu voluntas parentum non est vocatio. Sed obtemperandum est Deo vocantj nos ad studia iuvandae Ecclesiae.

2. jlle qui constituit servire Ecclesiae in docendo, debet ~~anteferre~~ afferre solidam & integram doctrinam, quantum fieri pt. Ergo is qui vult servire Ecclesiae in docendo, jam mandato Dej tenetur, ut dedat se studio sacrarum literarum.

3. Tunc voluntas parentum est vocatio, quando non impediunt, nec abducunt a ministerio, & tamen in alijs studijs spectant honestos fines. Exm. Si adolescens dicat se non posse aut nolle suscipere pericula & labores docendi in Ecclesia. Hic parentes habent jam liberam electionem. Si eligant studium iuris, ut iste tamen serviat reip. & pari publ. hic e honestus finis. Iam voluntas parentum

parentum est vocatio. Sed parentes non habent ius cogendi filium contra ministerij gloriam. Habemus enim omnes generale mandatum Dej, et de discenda relligione, et de iuvando ministerio. Ideo Paulus inquit. Qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat.
Parentes non habent ius impediendi ministerij. Sicut Christus ait. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Math. 8.

Ex autogr. Phil. M.

Clariss. Viro, Nobilitate generis, eruditione et virtute praestanti, D. Erhardo a Kunheim, amico suo in Academia Francofurdiana.

Non ed. S. Saepe cogito hanc dulcissimam sententiam, scriptam a duobus summis Viris, Platone et Xenophonte: Nullum animal recte regi posse, nisi a superiore natura. ut Equi non reguntur ab equis, sed ab hominibus: ita et homines a superiori natura regendos esse, videlicet ab heroica; quod ego quidem ita corrigo: a Deo, aut per excellentes homines instructos a Deo. Quare non solum distinxit Dominus hominum gradus et multitudini praefecit pauros, sed etiam ornat felices gubernatores consilio et virtutibus supra caeteros. Amemus igitur hunc ordinem a Deo institutum, in quo cum videos natos in familijs nobilibus excellentes ingenijs et virtutibus, mirifice laetor, et gratulor reip. talia seminaria. Quare cum naturam tuae bonitatem, studia et mores saepe considerauerim, teque natura duci ad

institiam

iustitiam, veritatem, fidem, candorem & modestiam animaduerterim, & has virtutes doctrina confirmari. semper te dilexi, etiamsi propter meas occupationes minor fuit familiaritas inter nos, quam volebamus. Iam vero cum etiam ad me scripseris, & testem habeam tuae erga me beneuolentiae epistolam candidissime scriptam, vicissim ad te literas misi, tibique perpetuam beneuolentiam polliceor, ac filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum pro nobis crucifixum & resuscitatum oro, ut te seruet incolumem, & gubernet totum cursum vitae tuae. Quid decue- rim, & qualis sit vita mea, tibi & alijs hominibus iudicandum re- linquo. In tanta opinionum confusione, magno labore quaesiui de toto doctrinae corpore explicationes veras & simplices: ac in tanta mole vnum, etiamsi quid alicubi desideratur, monendus fueram. Nunc vides quam crudeliter in me saeuiatur. Sed Deo me commendo, quem oro ut nos regat sua luce, & ut Ecclesias sibi colligat, ut sint vnum in ipso. Bene vale, & rescribe an hanc epistolam acceperis, quam subito longa scripsi. die 5 Augusti 1552

Philipp. Mel.

Ad Culmannum Norimbergen-
sem Theologum.

S. D. Venerande vir, & amice colende. Mediocri diligentia per- legi totum scriptum tuum, quod si non misisti tamquam reprehensione nostrae sententiae, nolo acerbe iudicare. Etsi enim quaedam

generaliter

Non ed.

generaliter dicta sunt, de quibus coram sciscitarer, si una essemus: tamen candor est omnibus conveniens aliena scripta non flectere ad deteriores sententias, nimis dura interpretatione, ea praesertim quae ab ijs scripta sunt in nostris Ecclesijs, quorum pia est voluntas. Nec volui mihi aut Ecclesiae plus accersere certaminum. Illud autem ingenue dico, Me aliquanto magis quid Osiander dicat, & suam enarrationem intelligere. Ille diserte definit Iustitiam esse quae efficit ut iusta faciamus, & procul removet remissionem peccatorum: Vult nos iustos esse divinitate in nobis habitante, quod item & Sapiens vetustas inter Ethnicos dicebat nullam esse excellentem virtutem sine motu divino. Ac nos quidem in Ecclesia planissime fatemur habitare Deum in renatis non solum ut motus salutares tribuat, sed etiam ut vitam aeternam in nobis inchoet, et ut Petrus ait, faciat nos socios naturae divinae. Idque declaro: Dici consolationem à filio, & ostendi patrem audita voce Euangelij et per filium dari spiritum sanctum, qui est substantialis laetitia & flamma dilectionis, & vivificari credentes, sicut inquit Ego vitam aeternam do eis. Haec omnia cum planissime dicamus, tamen alia quaestio est: Quomodo accipiat homo remissionem peccatorum & reconciliationem, seu imputationem iustitiae? Num propter inhabitationem, An vero propter obedientiam filij? Quandocunque autem accedimus ad

Deum

Deum, primum accipi oportet remissionem peccatorum & reconciliatio..
nem, ut Petrus in Actis docet, Et psalmus inquit, Beati quorum re..
missae sunt iniquitates. Nec ibi quaestio est de inhabitatione, sed an
Deus tibi remittat peccata, & An placeas Deo? Etiamsi igitur verbis
videtur aliud dicere Osiander: tamen reipsa hoc dicit, Renatos novi
tate vitae iustos esse. Nos, etsi renovatio necessaria est, tamen re..
tinemus hoc dictum: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.
Et dicimus in renato oportere lucere hanc fidem, quod propter obedientiam
filij sit iustus, id est, acceptus Deo. In tuo autem scripto
videris miscere utramque sententiam, studio fortassis conciliationis. In
pag: 22 definis Iustitiam Christianam esse habitare Christum in nobis.
Alibi in pag 32 commodius loqueris. Si est in vocabulo Iustus
haec significatio: accipiens remissionem peccatorum, & placens Deo,
Certe fatendum est propter obedientiam filij Dej hominem iustum, id
est acceptum esse. Deinde quod fit in nobis vivificatio per filium,
dato Spiritu sancto, certissimum est hominem reconciliatum esse tem
plum Dej. Sed fides accipiens remissionem peccatorum intuetur non
hanc habitationem, sed obedientiam filij Dej, quae ut antea ad te
scripsi in infinitum anteferenda est ijs actionibus quae in nobis fiunt.
Scis autem magno consensu multas Ecclesias de hac tota doctrina
edidisse suas responsiones: ideo sum brevior: Teque oro propter
gloriam

gloriam Dei & propter Ecclesiam, ne te ab illorum consensu seiungas.
Ne Brentium quidem opinor velle ab illo consensu dissentire. Scio
verum esse hanc sententiam, quam tot iam annos Ecclesiae nostrae pio
consensu docent. Hoc enim agimus etiam cum habitat in corde Deus:
tamen haec consolatio praelucere debet, Placere personam propter obedientiam filij Dei, qui est umbraculum et ἱλαστήριον Ecclesiae suae.
Osiandri fulmina pauciores movent: quia in posterioribus editionibus absurdiora scripsit, et σκιᾶ τινὶ λόγον ἀνατρέπει & multas manifestas calumnias et βωμολοχίας coacervat. Unde tantum fruitur incendium odij adversus me nescio: Sed Deo
Ecclesiam & me commendo, teque oro ut hanc meam epistolam
amico animo scriptam esse statuas. Bene vale, & rescribe.
Ao 1553. Philippus Melanthon.

Venerando viro, eruditione & virtute
praestanti D Ioanni Giganti, pastori
Ecclesiae Dej in oppido Silesiae Freistad
amico suo carissimo

Non ed S D. Venerande & carissime Gigas, Deum aeternum patrem
Domini nostri Iesu Christi oro, ut ministerium tuum gubernet, semperque
tibi adsit, ac reprimat furores anabaptisticos & omnes verae doctrinae
corruptelas. Cum Paulo nuper collocutus sum, qui ostendit se
audaster

473

audacter à nobis dissentire. Respondi ei placide, etsi magno in dolore sum, tam varias Ecclesiae dilacerationes intuens. Saepe mecum confero omnium aetatum iudicia & testimonia, nec invenio simplicius doctri-nae genus hoc nostro quod amplectimur, idq. non dubito perpetuum esse consensum piorum & eruditorum in Ecclesia Dei. De sponsalibus in tertio gradu, cum prohibitio tantum sit humani iuris, si sunt honesti homines & voluntas divelli, concedas aperte ut coniungantur. Ante sponsalia fuissem dissuasor, sed nunc mitigemus επιείκεια hanc legem. Non prodest diu pendere tales causas sine diiudicatione, quia du-bitatio conscientiarum impedit invocationem Dei, & parit odium, aut contemptum religionis, & alia scandala. Adhibitis igitur senioribus ex senatu pronuncia, iuvante filio Dei. Bene vale. die 29 Maij, quo ante annos 93 capta est Constantinopolis, quo tristi exemplo monitos omnes Deum ut Ecclesias vestras & earum hospitia regat & servet.

Philippus Melan.

Illustri & Magnifico Domino Ioanni Comiti
Tarnoviensi: patrono suo.

S. D. Illustris & Magnifice Domine, Non dubito, Te, quum & — 61.
sapientia excellas, & melius noris remp. & sensus atq. voluntates Turcicae gentis quam alij, iam prope aspicientem ruinas Pannoniae & cogitantem de reliquae Europae periculis, magno in dolore esse, & par-
tim

tim principum socordia, partim ignaviam detestarj. Mihi certe, quoties in publicos congressus Ecclesiarum venio; quoties aliquam eruditam commentationem instituo: totum corpus metu venturae vastitatis cohor-resit. Sed in his terroribus, hac me consolatione sustento, quam omnes qui non sunt ἄθεοι infixam animis tenere debent, Ecclesiam Dej semper mansuram esse, etiamsi regnorum conversiones erunt. Pene eodem tempore praesens forma horum trium regnorum constituta est, Pannonicj, Polonicj et Germanicj, inde usque ab Ottone nostro, qui et regem vestrum coronavit, et apud nos Electores tanquam Ephoros instituit, ante annos quingentos: quod spacium usitata periodus et quasi aetas est regnorum. Qualiscunque igitur conversio erit, non tamen frangamur animis, sed a deo auxilium speremus, qui nominatim promittit apud Esaiam, cap 46 se etiam senescentem Ecclesiam in aluo sua gestaturum esse. Haec quum ad te scriberem, et aliquid de rep. dicendum esse putarem, Eclipses commemoranda esse duxi. Nam Germanici conventus historiam scribere, prorsus non libet. Liti-gant de copijs contra Gallum mittendis, ac disputant, dum ille vicinos Spirae agros urit et vastat. Deum oro, ut Ecclesias suas et honestas ac pias artes tegat, quarum patrocinium etiam tibi com-mendo. Et cum Adamus Kanusky adolescens modestissimus et literis bene excultus à te mihi literas attulerit, rursus tibi eum commen-dandum duxi: Nam et modeste apud nos vixit et scribentj

Copia

copiae latini sermonis non deest. Quare te oro ut ad eam bene-
[illegible]liam, quam eum ante complexus es, nunc aliquid studij addas,
[illegible] quod specimen modestiae & diligentiae tuae apud exteros exi[mi]-
um praebuerit. Bene Vale. die 17 April. quo ante annos ter mille
octingentos, quadraginta quatuor Noë ex arca egressus est. Utinam
ut tunc servata est in diluvio Ecclesia Dej: ita nunc in regnorum
diluviis servetur. 1544. Philip. Mel.

Ad Theodoricum à Molczan Mechelburgensem.

S D. Clarissime Vir, generis nobilitate & virtute praestans. Non excu-
sabo me apud virum & sapientem & candidum prolixe, Tantum hoc oro
ut unico verbo illius epistolae opponantur alij multi mei de Luthero hono-
rifici sermones, in multis post ipsius obitum scriptis: in funebri lau-
datione: in praefatione in tomum secundum proxime editum &c. De-
inde excerpitur illa una vox ex epistola, & quidem epistola ad
Carlowizium scripta, cuius iudicium & voluntatem non ignoras. Et
in fine adfirmo, me veritatem antelaturum esse meae vitae. Quid
requirunt amplius à me illi Aristarchi nostri? qui tam acerbe de
ea epistola iudicant. Et fortasse, quid significet φιλόνεικος, non
considerant. Non est crimen sed πάθος utilitatum heroicis na-
turis, quod nominatim Pericli, Lysandro & Agesilao Scriptores tribuunt:

& omnino

Non ed.

Et omninò erant in Luthero heroici impetus: Nec mirum est, nos, quorum naturæ sunt segniores interdum mirarj illam vehementiam, præsertim cum tam multis controversijs motis, quædam hæreant de quibus malim tecum coram colloqui quam in epistola instituere vel querelam vel disputationem. Mitto tibi orationem de Cruci gero, ac tibi pro tuo munere gratias ago: Teque oro virum gravissimum, ne voluntatem tuam à me abalienarj sinas, dum quidem & mediocriter studijs literarum servio, et in explicatione rerum difficilium constantiam præsto, & quia tam multas controversias satis insolutas non sine periculo ex...lus. Bene vale. XII Septemb. An. 1549. Philippus Melanthon

AD CANCELLARIUM Mar
chionis Electoris

Non ed. 4 S D. Magnifice D Cancellarie, Cum inter cæteras curas publicas

// plicam Ecclesiarum salutem & literarum studia complectaminj, & pro vestri ingenij excellentia libenter adiuvetis studiosos, & semper singularis vestra benevolentia fuerit erga nostrum parentem & erga nos, confugimus ad vos tanquam ad præcipuum patronum, & vos oramus ut nobis operam feratis. Intelligimus hic agi ut reditus Sacerdotij in Soltwedel quos Illustrissimus princeps studiorum causa nobis attribuit, alio transferantur. Id si fiet, in Academijs manere

non

non possumus. & cogemur deserere literas & optimas artes quas mediocriter discere incepimus. Et extant testimonia nostrorum laborum quae etiam doctis placent. Ac speramus, deo iuvante, nos olim utiliter servituros esse Ecclesiae dei. Quare vos propter Deum & propter vestram erga studiosos benevolentiam obtestamur, ut perficiatis ne reditus illi a nobis alio transferantur adhuc annis aliquot. cum quidem speremus studia nostra & mores doctis viris non displicere. Hoc illustrissimi principis beneficium vestra autoritas nobis conservare poterit. quod ut faciat reverenter oramus, & perpetuam animi gratitudinem Illustrissimo principi & vobis pollicemur. Bene valete.

Philippus M. Glenpeit filius D
Georgij Bucholzerj.

D. Wenceslao Lincko: Ecclesiae Aldenburgensis Oeconomo.

S. Gaudeo praefectum esse ludo literario Theodoricum: Reliquum est ut & tu incites ad amandas literas cives tuos, & adolescentem ipsum moderaris. Vides quae sit aetas. Toto caelo errat, qui putat quicquam prudenter aut ratione fieri a iuvenibus, id quod Tu tali aetate Vir non ignoras. Quo magis sollicitus sum de hoc iuvene. Scripsi ad eum cohortatus ad modestiam, Utriusq. multis verbis docere in templis. Rogas cur faciam! Aetas non est par tanto oneri. Proinde si quid abs te

Non est

tantae rei

abs te peteré mihi licet, hoc contendo acriter ut caveas ne hic puer in templum pertrahatur. Plus satis enim negocij futurum est in schola, atq utinam totum scholæ destinetis. Crede mihi non temere hoc consulo multo usu iam doctus, & quid periculi sit sacra committere lævioribus & quantum scelus negligere pueros, qui ad literas admoti sunt. Vale Christe te & familiam tueatur. die Viti. Philippus.

Eruditione & Virtute præstanti, Magistro Georgio
Otmano, συμφιλοσόφῳ & amico suo.

Non ed. · Doctissime Georgi: Non dubito te natura tua bonitate motum ut pecuniam, sicut scribis, misero illi missurus sis, Sed tamen quod ea in re mei etiam rationem habere te scribis, delector amore erga me tuo, Tibiq gratiam habeo, ac inter nos perpetuam amicitiam esse volo. Honestum est nos qui virtutis doctrinam colimus, etiam virtutis officiis inter nos colere, & amicitia coniunctos esse. Id & paci publicæ utile erit aliquando. illud autem te oro, ut de toto negocio, de quo scribis, magis in consilium adhibeas tuam φιλοστοργίαν ἢ ἀκριβολογίαν δικανικήν. Scis illud Euripideum, quod convenientissimum est humanitati tuæ: τὰς χάριτας ὅστις εὐγενῶς χαρίζεται, ἥδιστον ἂν βροτοῖσιν. Bene Vale & nos ama. Illyricum scito Brunswigæ esse, & arbitror ibi hac hyeme eum mansurum esse. Iterum vale Cal: Septemb.
Phil. Mel.

Martino Sidemanno

Non edita } Cariss. Martine. Laudo, amici malum cum tuum ducis, inquit ille
apud

apud Plautum. Ita tu quoq. & ille συμβουλευτὴς Comitis Alberti laude
digni estis quod de amici salute solliciti estis. Huc transtuli familiam, non
ut mihi hic latebras quaererem, aut ut ipse manerem, sed ut propius adducerem familiam ad ea loca, per quae in patriam mihi iter faciendum esse co-
gitabam. Et me iam vocat Academia Tubingensis. Sed infixus est pectori
meo & intimis sensibus amor illius nidi ad Albim, & amicorum qui
ibi sunt in vicinia, ut non sine magno dolore ab iis discedere possim.
Itaq. brevi rursus ad Albin accedam. Hodie expecto reditum mei tabella-
rii quem Witebergam misi: Et respondeo literis Academiae Tubingensis:
Ideo non possum iter ingredi: Itaq. pericula Deo commendo. Videor
enim mediocri diligentia hactenus usus: Nec Deus plus postulat quam
mediocrem cautionem, Caetera vult sibi commendari. Nam omnia
pericula humanis consiliis vitari non possunt. Verum illud Euripidis, #

τί δεῖ δ᾽ τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς φρονεῖν λέγουσι σοῦ
γὰρ ἐξηρτήμεθα δρῶμεν δὲ τοι αὖθ᾽ ἃ τυγχάνεις θέλων.

Bene vale. 5 Junii. quo ante annos 1900 & paulo amplius ad Leuctra
punivit Epaminundas Lacedaemoniorum libidinem & crudelitatem. Uti-
nam Deus & Hispanicam scaevitiam atq. superciliem puniat: quod quidem
futurum esse non dubito. Iterum vale. 1547. Northusia

Philippus.

Georgio principi Ascanio.

S. D. Illustrissime & Reverendissime princeps. Ut in psalmo dicitur: Ca:

psallam

Psallam Deo meo quamdiu fuero, seu ut Eobanus reddidit: perpetuo laudes domino mea lingua loquentur, Ipsius et laudes omnia vita canent. Ita nos denique postremus fideliter propagemus vocem Filii, sive hospitia Ecclesiae tranquilla sint, sive armis principum turbentur. Quare libenter scripsi conciunculas istas, etsi scio nullam esse ullius hominis aut angeli sapientiam ac eloquentiam tantam, quae illi magnitudini rei par est. Sed Deus vult nos suam doctrinam in Ecclesia sonare. Huic obtemperemus; Speremus et servaturum esse Ecclesias et scholas aliquas, non in arcu et gladio, sed in Deo nostro Iehovah, ut propheta verbis utar. Tot iam annis dedi operam fideliter, ut multas controversias explicarem, cum quidem Aula et multi Theologi in me saepe atrociter incurrerunt. Hoc meum studium spero Deo placere. Volui item harum regionum Ecclesias concordes esse, ac saepe aulam ad pacis et concordiae retinendae curam hortatus sum. Hanc meam sedulitatem utinam alii, qui plus potuerunt, adiuvissent. Nunc quoque si potero ullos vel ad pacem vel ad moderationem flectere, non deero occasioni. Sed illae furiae quae in his terris bellum civile excitarunt, etiam de me interficiendo cogitarunt, Nec ego recusarem mori, si mea morte eorum odia placare possem, ac pacem civibus illi concederent. Bene vale.

P.M.

Francisco Dryandro Hispano.

N m ed.

S.D. Cum epistolam tuam legerem, in qua narras quas Ecclesias adieris, gaudebam videri Christo multarum ecclesiarum istic curam cognoscere.

Sic

Sic Basilius Asiam peruagatus est, ut ipse narrat. Fuit igitur ea pars
literarum magnae voluptati, ὅτι εὗρεν συμφωνοῦντας τοὺς διδασκάλους.
Reliquam vero partem legens, in qua fratris est historia, varie afficiebar.
Ipsi gratulor hoc tantum decus quod in confessione non frustra est animo: Sed
dolebam parentes, & te propter parentes in luctu esse. Verum te adhortor
ut fratre Christo sis fortior. Deinde magnopere te rogo ut in Germania
maneas. Ego quam primum erunt tempestates mitiores, ad te proficiscar.
Nam bellum in his regionibus accensum certorum hominum scelere dissi-
pabit ecclesias: Et quicunque vicerit, Tyrannides barbaricae sequentur.
Ego ex his locis quae copia doctorum & bonorum virorum in utraque
Academia egregie exornata fuerunt, magno cum dolore discedam.
Seriem rerum quae gesta sunt, brevissime annotavi. Bene vale vir
optime, & amice carissime. XXIII Ian. in Colonia veteri Sorabor.

P. M.

D. Iusto Ionae, docenti Euange-
lium in Salinis.

ed.

S. D. Meministi Hesiodi dictum, qui ait vicinos magis amandos
esse quam cognatos, qui procul absunt. At contra nos arma sumpse-
runt vicini principes, quos singulari studio colimus: Alij nos dese-
runt. Rex Danicus qui procul abest, nostris aerumnis pie affici-
tur. Misit etiam liberaliter viduae D. Lutheri, Tibi, pastori Ecclesiae
nostrae & mihi, singulis quinquaginta Ioachimicos. Sed ex singulorum

pecunia

pecuniam unum Ioachimicum in itinere senex nuncius, civis noster, vir integer sumpsit. Exhibuit itaque singulis XLIX: Et ego [Greek] addidi Nuncio, de meo liberaliter. Sunt igitur penes me XLIX Ioachimici tibi reddendi quos decreveram ad te mittere per hunc tabellarium, sed mutavi consilium, metuens periculum. Mitto igitur literas regias, et pecuniam dabo tuo nuncio si quem mittes, vel exploratae fidei homini, si quem iter facere intellexero. Nuncio huic dedi mercedem. Bene vale. Cal. febr. 1547. Phil. M.

Cuidam amico.

Nov. ed. S. D. Carissime amice: Et nos et Ecclesiam Deo aeterno patri domini nostri Iesu Christi commendemus et petamus ut nos in Ecclesia et studiis honestarum hospitia adversus Diaboli furorem defendat, ac certo statuamus non fore irritas preces nostras. De repulso et capto Marchione Alberto et ab aliis accepi literas. Ago gratias Deo qui adiuvat nostrum principem qui non afficit ulla iniuria Mauritium et Albertum. Accidit igitur Alberto, ut fieri solet divino iudicio: [Greek]. Scripsi Witebergae ut recuderetur Menii liber aliquoties a me emendatus de defensione legitima: quem velim a te legi propter historias. Nondum transfero familiam potissimum propter parvulam puellam, filiam Sabini febrim. Sed, Deo iuvante redibo in Saxoniam nostram quam primum potero. Docent ibi iam M. Paulus, Stoleius et ut opinor M. Floccius. Pro lepore et perna tibi gratias ago. Carolus Imperator conatur ex Noriberga depellere Osiandrum et Vitum: Interea simulat se non gerere bellum

cum Ecclesia. Sed Deus reliquas servabit [illegible]. Bene et feliciter vale.

P. M.

Clarissimo Viro, eruditione et Virtute praestanti
dn. Hieronymo Oedero, doctori artis medicae
ἀρχιατρῷ inclyti Ducis Pomeraniae, adfini
et amico suo carissimo.

S. D. Clarissime dne Doctor, et amice carissime: Ὕβρις καὶ μάγνητας ἀπώλεσε καὶ Κολοφῶνα, inquit Theognis. Insolentia nos afflixit, qui cum causam honestam haberemus, tamen non dedimus operam, ut eam moderatione et diligentia in rebus necessariis ornaremus. Multo magis perdet insolentia Lycaonem, qui nunc in Saxonia novum bellum accendit, qui ad causae impiae defensionem adiungit superbiam et ἀσωτίαν in patriam. Nos vero sciamus Deum Ecclesiae suae reliquias et semen sanctum inter hos tumultus generis humani servaturum esse. Hac te consolatione erigas et eo suavius infantulam filiam tuam recens natam complectare, et in eius labellis et genis dulciora oscula figas. Gaudeo tibi filiam natam esse, et Deum oro ut te et matrem et filiam servet incolumes. Ego huc accessi accersitus cum [illegible] de [illegible] Academiae restituendae, meque causae probabiles moverunt. Cum enim manifestum sit Collegarum nostrorum coniunctionem studijs prodesse: distrahi eos nolebam. Sed quo arctius nos firmissimo vinculo iunximus, eo facilius laedimur, quod ficimus prodesse Ecclesijs servari

gaude

hanc doctrina sedem. Sed Deo commendo exilium. Illustriss.o principi Phi
lippo scripsi, ac vobis eam epistolam exhiberi iussi, vosq. oro ut eam Illustriss.o
principi exhibeatis. Bene & feliciter vale. Salutem opto omnibus doctis viris
in Academia nostra docentibus. die 3 sept. 1547. P M

Paulo Ebero.

Non ed. Mitto tibi versiculos in curru compositos, qui tamen malam gratiam Mu
sis nostris retulit: Nam in aditu Bavariae eversus ita mihi quas„
savit dexteram sub nuptiis ut vocant, ut ea nondum uti possim:
Effecit ut literas mittam manu aliena scriptas. 1541 P M.

Clarissimo Viro, eruditione & Virtute praestanti
D Casparo Peucero, filio s. carissimo.

Non ed. S D. Carissime fili: Assiduis gemitibus filium Dei, Dominum nostrum
Iesum Christum oro, patrem orphanorum, ut nos orphanos omnes protegat.
Somnia mihi significant tuam coniugem peperisse: quod utinam cum tota
familia sit incolumis. Die Mercurij venimus Dresdam. Hodie mane, ubi
delicae, diu locuti fuimus cum D Mordisio. Exordia adhuc sunt
placida, Dei beneficio: Ex aulicis audio aulam nos non diu huc retenturam
esse: Nec de negocijs publicis quicquam ἀξιόλογον audivimus.
Apparatus profectionis ad conventum Francofordianum praecipuorum
animos occupatos tenet. Inter Burgundum & Gallum nondum pax
facta est. Id congruit cum valicinijs: ἀεὶ τὸ [illegible] ἔχθρον τῶν

+

Bene & feliciter vale. De Anna Sabini Dexterior cura. Commendo Deo & tibi nostros. die Louis. Philippus.

Erasmo Benedicto.

S. D. Carissime Erasme, Non dubito patriam tuam, totam videlicet Silesiam una nobiscum optare & flagitare instaurationem Academiae nostrae, à qua videt ornatas esse ecclesias suas, & tam multa ingenia ex-culta in tota vicinia, optima doctrina caelesti & philosophica. Nuper hic fuerunt fratres Aurifabri, Doctor Andreas & magister Ioannes. Causa tam longi itineris doctoris Andreae haec praecipua fuit, ut me adduceret ad litus Balthicum. Sed si procedet instauratio alveolorum, ab huius collegii non discedam, quorum coniunctio studijs profuit. Et si procedet singularis locus apud nos erit, quod ei dici volo. Si Vir clariss. D. Michaël Consul ad conventum profectus est, literas ej mittito. De Ecclesia & ad ipsum & ad te scribo, ut ex pagella addita intelliges. Nescio an absente Dno Michaële agi de ea re cum alijs possit. Sed vos deliberabitis. Bene vale & rescribe. Prid. Cal. Sept. Salutem opto honestissimae matronae coniugi D. Michaëlis, & dulcissimis liberis. Dominus nos servet incolumes.

EIDEM.

S. Clariss. vir & cariss. frater. Ex narratione Zachariae non satis intellexi, An etiam in munere ecclesiastico diutius velis. In scholis

scholis q̃ sit ingrata erga nos resp. omnes experimur. Tua vero aetas, cum dilig. prudentia & gravitas ornare Ecclesiam potest, & passim desiderantur gubernatores Ecclesiarum. Heri etiam huc Lubecensis Senatus misit lr̃as & petit indicari virum idoneum ad suae Ecclesiae gubernationem. Te indicarem si tale munus tibi imponi sineres: Et offerit Deus plura loca. Scribe igr ad me de tua voluntate. Ex tuis literis nedum cognosco tuam voluntatem q̃ ex Zachariae oratione. Quam sint turbulenta tempora vides? Sed tamen Deus suas Ecclesias deleri non sinet, dabit alicubi nidulos invocantibus ipsum. de tuis quaestionibus respondi & velim monstrari D Gigantj, qui legat in indicem. Sum brevior propter angustiam temporis. Bene vale, & rescribe cum de voluntate tua, tum de quaestionibus. die Iacobi. Salutem opto D Giganti & vobis omnibus.

Responsum & vide in alio volumine.

Cuidam amico.

Non ed.

S. Me vero magnopere delectaverunt lr̃ae tuae, vir optime: Tantum abest ut vererer, ut aequo animo acceperim. Sed cuius priorem epistolam dedisti ad me non venit, quod quo casu acciderit scire non possum. Neque ego interim habebam alium per quem ad te scriberem: Et non est tutum per quos libere istuc mittere literas. Ita statuas pluris me illud tuum genus orationis & talem animum tuum amantem verae pietatis facere quam illas opes universas quas tenent οἱ Ψευδαναπαλοι δυναστεύοντες ἐν τοῖς μοναστηρίοις, με-

τρούντες

τρομοῦντες τὴν εὐδαιμονίαν τοῖς τῶν ζαχέρος ἀλαθοῖς. Rogo, ut me inter tuos amicos numeres. Si te in illo uitae genere in quo uersaris ἀγαλλιάζουσιν οἱ κυριεύοντες πρὸς τὰς ἀσεβεῖς λειτουργίας: tutissimum erit ἐὰν τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. Non grauabor te aliquantisper, dum nactus eris commodius hospitium ξενοδοχεῖν. Bene Vale, & quod facis Euangelium orna. Dominica πρὸ τῆς εὐχαριστίας Philippus.

Reuerendo Uiro, eruditione & Virtute praestantj
D Ioanni Hesso, pastori Ecclesiae Dej in Urbe
Vratislauiensj, Doctori Theologiae, amico s. cariss.

S. Ego hortator fui huic M Ioanni Pecelto Swidnicensj, ut ad uos proficisceretur, ubi existimabam in locis tranquillioribus facilius inuentiurum munus Ecclesiasticum quam hic in istis regionibus in quibus metuimus ἐμφύλιον πόλεμον, Sed tamen Deum oramus, ut pacem noli.[illegible] Integritas autem & eruditio huius M Ioannis eximia est, & diu nobis cognita & perspecta. feliciter docuit Budissinae & Torgae: postea principem scholam Brunsuicensem gubernauit, detectus ab ea rem singulari consilio. Nunc cum aetas sit matura Ecclesiae gubernanda, optarim eum officio aliculi Ecclesiae, quam ad rem uobis eum commendo. Bene Vale. 28 Octob. 1546. Philipp.

Eidem.

S Intelligo Isaaci patrem quaeri de Sebastiano paedagogo filij Verum

Verum mihi credas affirmanti, nec assiduitatem nec diligentiam unquam
Sebastiano defuisse. Tanta est autem contumacia ingenij in puero ut regi
ac coherceri se non patiatur, Ac ferocem antea tantum esse putaui,
nunc comperi etiam astutum esse, ac nos plane deridere, proinde ut
Sebastianum exagitauit, affixis in pariete maledicis scriptis & alijs con-
tumelijs. Commendaui eum viro docto, & cuius grauitatem & assidui
tatem probo. Apud hunc ut habitet hac hyeme uolui, ne euagetur noctu.
Nam apud Sebastianum negabat se mansurum esse, Et ego gaudebam
eum committi duriori gubernatori. Promittit se obtemperaturum esse.
Nunc cum instat tempus, mutat consilium, rursus uult apud Sebas
tianum esse, non aliam ob causam, nisi ut sit liberior, uel potius ut
nos ludos & delitias faciat. Nisi patri viro optimo parcendum esse
ducerem, mihi crede, hanc petulantiam durioribus exemplis punirem.
Minus ei succenserem si ingenio infirmo esset, Nunc uideo Alcibia
deam naturam esse, in qua cum ferocia ac petulantia coniuncta est
astutia. Hactenus in studijs ita uersatus est, ut aliquam nobis
spem faceret, si mores regi possent. Nam ea quae tradit praeceptor discit
& recte recitat cum praeceptor reposcit. In sua habitatione tantisper
manet, dum illa didicit aut scripsit quae sunt proposita: postea abit
contempto Sebastiani imperio. Quid futurus sit deinceps, si petulan
tia confirmabitur aetate, facile iudicari potest. Mitto tibi exemplum
literarum quas heri ad praeceptorem, quem audit scripsit. Scriptum

plenas

plenas ironiarum, quæ mihi profecto stomachum mouerunt. Censeo igitur puerum aut reuocandum esse aut patris autoritate duriori Gubernatori committendum, cui ita sciat se oportere obedire, ut patris imperijs. Si habet patrem patronum adversus Gubernatores, quos nunquam riget enim, etsi Ego quidam patris naturam non noui. Velim igitur excuses Sebastianum, & patri meum consilium exponas. Bene Vale. die 20 Septemb. 1538. Philippus.

Eidem.

S. D. Accepimus tuas literas Lutherus & Ego de Bohemo Medico, redditas à Michaële Carnoniano. Sed mi Hesse inuidit nobis ob. fortuna Bohemum illum medicum. Nam paucis diebus post, cum iam accepisset tuas literas humanissime scriptas, decessit e uita. Extinctus, ut multi suspicantur veneno à quodam ὁμοτέχνῳ. Maximum sui desiderium reliquit amicis omnibus. Erat enim & probus & in curanda mentagra ac pestilentia felicissimus: cuius rei possem multa exempla narrare. Itaque & æmuli, cum alioqui detraherent illi caeteras artes & laudes, tamen hæc duo præconia relinquere ei cogebantur. Ac mihi visus est etiam de alijs morbis prudenter iudicare. Ego plane familiariter doleo eum nobis tam immatura morte ereptum esse: sed postquam ita Deo visum est, fati vis ferenda est. Hæc ad te scripsi ut intelligeres nuntio Michaeli non fidem aut diligentiam sed fortunam defuisse. Commendo igitur tibi

tibi Michaëlem, si qua in re adiuuare poteris. Noui plane nihil habemus. Nam de pacificatione quam Moguntinus molitur, votum adhuc magis est quam spes. Utrinque certorum hominum cupiditate consilia pacis impediuntur: etsi noster princeps non desinit summo studio ac fide de pace agere. Christus fortunet honesta consilia. De Turcis hic silentium est, de quibus si quid habes certi, obsecro te ut mihi significes. Bene ac feliciter vale. Lutherus iussit tibi suis verbis salutem adscribi. Donnerstag μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου τριάδος.

Philippus.

Reuerendo Viro, eruditione & Virtute praestanti D Ambrosio Moibano Doctori Theologiae, pastori Ecclesiae Dei in urbe Uratislauia: amico s[uo] cariss[imo].

et.

S D. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, sed uenientes adferebant manipulos suos, inquit Psalmus, ut scis, significans inter magna pericula propagari doctrinam & colligi aeternam Ecclesiam. Sed Deus aliquam Ecclesiam a quo inuocatur proteget, & seruabit reliquias quas quidem pij doctores fouere etiam debent. Hic M Ioannes Pecel Sindricensis, Vir honestus & doctus est: feliciter olim Buditzinae & Torgae docuit, postea Brunsuigae ~~Ecclesiam~~ principalem scholam gubernauit, & ad id munus singulari consilio delectus est. Nunc mo[r]tor talore in loca tranquilliora proficiscitur & suasi, cum aetas, eruditio, mores congruant Ecclesiasticae gubernationi, ut potius serviat in

ministerio Evangelij. Quam vos Ecclesiam ei aliquam commendare optarim. Bene vale. die 28 octob. 1546. Philippus.

Eidem.

S. D. Credo equidem te ut multos alios pios pene contabescere cura & mæstitia in his publicis & Germaniæ & Ecclesiæ periculis. Hostis barbarus est in vicinia: præsidia tarda sunt, signa cenat, & quod est indignissimum hac natione ἄνευ στρατηγοῦ. Fratres Cæsaris impediti sunt. Etsi igr magnæ mutationes rerum metuendæ sunt: tamen nos qui scimus Ecclesias fructibus deleri non posse, non frangamur animis, sed speremus a filio Dej auxilium. Stat pro populo suo Dux magnus, inquit Daniel, de his ipsis temporibus. Salutem opto D Hesso, & toti Ecclesiæ vestræ, quam Deo curæ esse non dubito. Bene vale. die 29 Decemb. 1541. Phil. M.

Viris optimis & pietate præstantibus D Joanni Hesso, D Ambrosio Morbaro, D Andreæ Winglero, amicis carissimis

S. D. Non dubito vos cæteris Ecclesijs debere hoc officium confirmandj τὰς χειροτονίας, ut Paulus docet in epla ad Titum, & testatur Sinodus Nicena: Quare Deum precor ut vocationem Bartholomæi comprobet, & ministerium adiuvet, sicut promisit se pijs ministris adfuturum esse. Et si horribiliter grassatur Turcica barbaries: tamen spero & confido Ecclesias Deo curæ futuras esse

esse. In principibus quid spei sit nescio. Ego me hac consolatione sus-
tento, quod scio scriptum esse apud Danielem de his ipsis temporibus:
Tunc stabit Dux magnus & praehabitur pro filijs populi sui. Hoc Duce
Christo reliquiae Ecclesiarum ac studiorum servabuntur. Fuerat exortus
apud nos inter Duces Saxoniae tumultus a Canonicorum furijs exci-
tatus de oppido Episcopi Misnensis. Sed Dei beneficio rursus sedatus
est. Labore & magnis contentionibus Landgravij perfectum est, ut
iterum dimissi sint exercitus, quos contraxerant Duces Saxoniae, ut
ex ipso Bartolomaeo audietis. Bene & f. valete. 17 April. 1542.

P. M.

Clarissimo Viro, eruditione & virtute
praestanti D. Joanni Aurifabro Vratisla-
viensj, amico suo carissimo.

Non ed.

S. D. Carissime & doctissime Joannes: Ut quisq. natura est opti-
ma, ita maxime acres motus habet τῆς φιλοστοργίας. Quare non
dubito & honestissimae coniugi tuae mortem patris ingentem dolorem
allaturam esse, & te valde ipsius luctu, & tua orbitate excruciavi.
Sed te oro ut illam celes mortem patris, domine propriuit, et tuum
animum veris consolationibus erigas. Meministi dulcissimam
Esaiae vocem gratulantis quietem pijs, cum ait eos praeripi tristis-
simis spectaculis publicarum calamitatum, iubetq. vos in cubili suo
suaviter quiescere & expectare resurrectionem. Rursus ille te &
filiam, & vestram filiolam complectetur, & dulcissimis suaviolis
vos excipiet aliquanto post. Eius temporis cogitatione nos a
luctu

[illegible] abducamus. Ego etsi vix à conspectu belli deflectere oculos possum: tamen etiam nunc illam veterem consuetudinem, dulcissimam et sermones plenos sapientiae christianae quos habebat in conventu [illegible], bonorumque recordor, ac desiderio eius valde afficior. Sed brevi nos futuros esse scio non in tyrannorum conventu, sed caelesti consuetudine. Bene vale. Georgio scripsi ut respondeat [illegible]. Salutem opto Clariss[o] Viro D Doctori Hofmanno. Servesta. 21 Ian. 1547.

P. M

Eidem.

S D Carissime Iohannes. Notae tibi sunt veteres historiae, quae narrant quam difficilis fuerit instauratio urbium post excidia. Templi Ierosolymorum extructio, quoties impedita est post reditum populi ex chaldaea. Sed tamen instauratum est tandem templum. Ita etsi tardius fortassis procedit restitutio Academiae nostrae: processura tamen spero, Deo iuvante, Ac princeps respondit se curaturum esse, ut reditus pendantur. Quare cum primum certi aliquid sciemus, te revocare decrevimus, Et arbitror te in Academia vivere malle quam usquam alibi. Οὐδὲν γλύκιον πατρίδος: Sed nunc mihi patriam esse statuo nostram consuetudinem, ubicunque una esse nos Deus volet. Et coniunctionem nostram profuisse studiis iudico, et adhuc profuturam spero. Bene vale. Salutem opto D [illegible] et filiis, quos ad Academiam ut spero reduces. 4 Aug. 1547. Salutem opto Winglero Viro optimo, et filio.

Philippus Melanthon.

Reuerendo Viro, eruditione & Virtute praestanti
D Iusto Ionae, Theologiae Doctori, amico suo.

ed. S D. Coram, ut spero, Deo adiuuante de ea deliberatione colloquemur, de qua ad me Brunschwigam misisti literas. Video utrig. longiora exilia proposita esse, quae feremus, ducente nos filio Dei, qui ideo sedet ad dextram aeterni patris ut det dona hominibus inuocantibus ipsum. Mihi leuat maestitiam conscientia rectae voluntatis, & studij uerae illustratae doctrinae. Sed tamen ad hanc consolationem adiungo cogitationem promissionum diuinarum. Affirmat Deus se in afflictis habitare. Sumus igr domicilia Dei, quae & reget & custodiet. Bene vale. die ascensionis filij Dei in caelum

Eidem. P M

Non ed. S D. Quod auiditatem tuam scribendo non impleo, non fit filij tui negligentia, qui toties flagitat literas, ut interdum stomachose obiurgem interpellantem, Sed eo rarius scribo, quod ea de quibus colloqui solemus cum una sumus, literis mandare non licet. Res Gallicas scio te a me non requirere: Nam istic satis inflate praedicabuntur, Alia significare mallem quae magis ad nos pertinerent, quaeq. te scire prodesset, ὅτι νεοὶ ἔισι παρασκευαὶ ad conuentum de duabus rebus praecipuis, de Ecclesia & de pace Germaniae, sed de utraq. re scio nullas esse serias deliberationes. de exilijs tyraonis assiduae & anxiae sunt disputationes τῶν νομοθετῶν. Nos igitur causam nostram & Ecclesiam Deo commendemus qui scit illustri & euidenti testimonio declarauit se affici cura nostri, cum humanam naturam aeterne

æterno & immutabili fœdere sibi copulavit, quando filius ὁ λόγος humanam naturam assumpsit. Quid potuit esse maius amoris vel testimonium vel vinculum? Huius fœderis cogitatione nos consolemur, & nostram Spartam ornemus, ac principes & politias Deo commendemus, hosq. pijs votis iuvemus: Consilia enim non audiunt. Bene Vale. 16 Decemb. 1543. Philippus.

Eidem

S. D. Etsi mihi nihil est iucundius quam tecum per literas quotidie confabulari, quoniam aliter colloqui non possumus: tamen saepe scribere piget, quia expectationi vestrae satisfacere non possumus. Conventus non suppeditat idoneum argumentum. Ut enim Nestor ait exercitum otiosum ad Troiam rixando tempus perdere: ita hic fit. Nondum quicquam certi habemus: sed tenuiora sunt omnia quam initio, ἀλλὰ ὅμως ἐλπίζομεν. Quid hic agatur, qui sermones ferantur, scripsi ad Doctorem. Moguntiae accidit res ridicula. Quidam sacerdos in convivio Thrasonice suam praedicavit fortitudinem, multa minatus est Macedoni: dixit se illi cataphractum occursurum esse. Abit e convivio furens vino & naturae morbo, induit panopliam. Concubina claudit ianuam, ne ille furiosus aliquam pugnam ordiatur. Inclusus magis insanit, seq. suspensis lodicibus demittere per fenestram, cumq. essent ruptae lodices, illiditur solo, ita ut postridie mortuus sit. Historia est vera, quae fortassis est omen earum rerum quae nostris inimicis

inimicis impendent. Bene & feliciter vale. die 14 Martij. 1539.

Eidem

Ed.

Reverende D. Doctor, & amice carissime. Hodie mane tristissimas literas accepimus, quarum alteras ad illustriss. principem Electorem, alteras ad Reverendum pastorem Ecclesiae nostrae de morte Reverendi viri & carissimi patris & praeceptoris nostri D. Martini, cum magna significatione maestitiae ingentis scripsisti. Erat ille omnino currus & auriga Israel a Deo excitatus ut Evangelij ministerium restaurarent & repurgarent, quod res ipsa ostendit. Necesse est enim fateri per eum patefactam esse doctrinam, quae supra conspectum humani ingenij posita est. Tali doctore & Gubernatore orbati magno dolore afficimur, non solum propter nostram Academiam, sed etiam propter universam totius orbis terrarum Ecclesiam, quam doctrina, consilijs, autoritate Spiritus sancti regebat. At plurimum cogitationes periculorum & tempestatum quae postquam ille ex hac statione mutatus est, impendent, movemur. Scimus quoque te in magno luctu esse propter similes causas quibus nos angimur. Oremus igitur Deum aeternum [illegible] Christum, qui dixit, Non relinquam vos orphanos, ut deinceps Ecclesiam suam regat & servet, & pro beneficijs quae per D. D. Lutherum exhibuit ei gratias agamus, & Lutheri memoriam retineamus. Hunc autem nuncium ad te misimus, ac petimus ut mox nobis significes quo die huc adfuturum sit. Bene & f. vale. Datae 18 Feb. A° 1546.

D. Doctori Casparo Crucigero.

Charissime Caspar, Non si tantum lacrymarum fontem possem, quantum flumen aquae Albis & vestra & nostra moenia praeterfluens pleno al- veo volvit, exhaurire meus dolor posset, quo exercitior propter cladem in qua noster Princeps, qui certe dilexit Ecclesiam & iustitiam, captus est: & multae causae magnae in hoc luctu concurrunt. Misericordia Captivi ingenti afficior, video sequuturam doctrinae mutationem, & novas dis- tractiones Ecclesiae. Deinde quantum decus, dissipata schola nostra, extin- ctum? Nos divellemur. Profecto si quis adhuc locus esset consi- liis, istic in consuetudine vestra & ad aras vestras vel mori ma- lim, quam in hoc exilio vagari, in quo tamen quotidie contabesco. Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi servet Reverendum D Pasto- rem, te & Paulum, & alios collegas. Quid petat hic tabellarius ex literis ad Paulum scriptis cognosces. Oro gratificemini adolescenti de quo scribo. Bene valete. Calendis May. 1547.

Eidem.

S D. Hanc epistolam hodie cum scriberem, dies admonebat de Vic- toria Machabaei, quam scis XIII die mensis febr. Adaray invictis Ni- canorem superbe minantem templo. Etsi autem gratias ago Deo aeterno patri Domini nostri Iesu Christi, quod & hunc protexit, & servat haclenus Ecclesiam: tamen bellatores confirmans magno in dolore sum. Cum cau- sam post homines natos pulcerrimam haberent Nostri, & omnium

bonorum

bonorum oculi in tota Europa in eos intuerentur: quantum sese deformarunt ipsi? Sed his exemplis ammonefacit nos Deus, ut caleste auxilium & petamus & expectemus. hac fide miserias nostras placidius feramus. Hic aiunt missos ex Marchia venisse Aldeburgum ad deliberationem de pace: qua de re si quid habes significa. Epistolas mitto, quas monstrare petes R D Pastori, & clarissimo viro D Pontano. Meministi & propheticas & graecas historias quae narrant Respublicas spe externorum auxiliorum deceptas, magnas sibi clades accersivisse. Nos vidimus mota bella spe Gallicorum auxiliorum, quae omnia tetros exitus habuerunt, Ac miror nostros tam cito oblivisci Italica[?] exemplum. Sed haec coram. Magnopere te oro ut hortaris Quaestorem Georgium Khaw ut tenuioribus Collegis aliquid corradatur. Bene Vale. 13 Feb. 1547. Philippus.

Eidem

S. Ἐνδύσασθε inquit Paulus, σπλάγχνα οἰκτιρμῶν. Hoc non dubito te misericordia affici & Ecclesiae & civium, & Collegarum nostrorum quorum egestas cum tibi nota sit, leviamus eis miserias, quantum possumus. Curabis igitur mox mitti pecuniam. Clavem Vitus mittet. & Paulo dat mandata; si viae nondum sunt ab hostibus occupatae, arbitror mox posse mitti. Sed vellem a Quaestore nostro nobis iam ex ploratum ac probatae fidei hominem his tabellariis addi. Scriptum Lipsicum vidi, quod τὰ σκληρὰ μαλθακῶς λέγει, ut ille in Tragoedia

Tragoedia inquit. Non armis tantum, sed quod tristius est oppo-
situs [?] [illegible] διχοστασίας oppugnamur. Nos confugiamus ad invoca-
tionem Dei, ut in psalmo inquit David: Ego autem orabam. Illig
alterum ex pastoribus Ecclesiae Naumburgensis statim coegit abdicare
functionem, quam alteri indocto mandavit, cuius contionem cum audiret
et populus, fremens discessit improbata vanitate. Bene vale. 8 Xb.
1546.

D. Georgio Maiori.

Ed.

S. D. Tuam lugubrem epistolam & ipse in luctu accepi, Nam ante bi-
duum mihi nunciatum est, Annam filiam meam in Prussia ex hac
vita evocatam esse. Quare si ex tua leniunt dolorem, Ego te societate luc-
tus & veris non simulatis lacrymis consolari studeo: Etsi vere hoc dicere
possum, Tuo etiam dolore me affici. Sed Deo obtemperemus: Non enim
in Democriti aut Epicuri schola versamur, sed in Ecclesia Dei: At vere
statuamus Deo nos curae esse & morientes evocari in aeternum Dei,
Christi, prophetarum & Apostolorum consuetudinem. Hac nos consolatione
sustentemus. De certis rebus de quibus scriptum est, in hoc tuo luctu
nihil agendum esse censui, & coram tecum colloqui velim: Nam &
[illegible] tui consilij scire me refert, & alia te Ecclesiae expediunt.
Bene vale. 29 febr. 1547. Philippus

Eidem.

Non ed.

S. Gratias ago Deo aeterno patri Domini nostri Iesu Christi, con-
ditori

ditori Ecclesiæ suæ, una cum filio coæterno D. N. I. C. crucifixo & nobis & resuscitato, & Spiritum sancto, quod hactenus tot annos repressit Diaboli furores incitantis Reges & principes contra Ecclesiam, in quibus vox Ecclesiæ sonat, quodque protexit Ducem Saxoniæ Iohannem Fridericum, & nunc docuit manus eius ad prælium, & nobili victoria eum ornavit. Credo magni momenti rem esse. Quispiam nuper mihi scripsit, in exercitu Cappadocis Lutheranum Ducem dixisse, effossuros se corpus Lutheri & ebriaturos canibus, & nominatim dixisse de trucidandis nobis, Reverendo D. doctore Pastore, te & me. Non dubito Diabolum insidiari nostræ vitæ: Sed custodiet nos Deus æternus pater Domini nostri Iesu Christi, qui est testis voluntatis nostræ erga Ecclesiam, quem oro, ut Electorem & exercitum eius gubernet, defendat & adiuvet. Ad utramque epistolam iudico respondendum esse Electori, & vel cras mittam vel ipse veniam. Nam hoc biduo & coniugis & filiolæ adversa valetudine retentus sum. B. V.

D. Paulo Ebero.

S. D. Quod concionibus tu Davidis erigis, valde laudo consilium & pietatem tuam. Nec enim frustra se Deus patefecit ex illa arcana sede prodiens, & edens testimonia in quibus affirmat se exaudituros esse nostros gemitus & opem nobis laturum in periculis. Credamus affirmanti Deo, nec Tridentinum decretum audiamus, quod iubet mentes Pyrrhoniorum more ἀπορεῖν. Revocat ad divina scripta nos & Paulus inquiens: ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασ-
καλίαν

καλιαν προσεχεάθη, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν. Non sunt haec inania θελκτήρια, ut philosophica παραμύθια, sed ἀλεξιφάρμακα quae nere ostendunt opem. Statuamus igitur quod res est Deum voce carminum illorum nos alloqui, & gemitus nostros respicere, & mitigaturum publicas & privatas calamitates. Mitto tibi versiculos de psalmi sententia expressos quos si placebunt dabis Typographo. Paginas dialecticas dedi Ioanni Aurifabro. placet consilium de editione in alia officina. Sed utinam Deus studijs doctrinae pacem restituat, nec sinat deleri res recte illustratas. D. Pilicardo coniugem honestissimam cum natis ex matre Centaurorum Philyra missam esse valde gaudeo. Deus liberet nos a Centaurorum illorum saevitia, & custodiat nostram Scriptam. M. Ioannes Schlosserus vocatus est ad ministerium Evangelij in oppido Freistadio, ubi Gigantis collega erit. Petit ut tuo more & pio ordinatione publico confirmari vocationem. id indicabis D. Pastori. Salutem opto omnibus Reverendis & clariss. d. doctoribus & collegis. B. V. 22 Ap. 1547. Zerbst.

Eidem.

S. Et Marchio mandata habuit ab Imperatore, & literas misit Cypriaeus non molliter scriptas de recipienda Sphynge: Et fuit acerrima contentio inter Marchionem & Ascanium περὶ τοῦ λειουργίου in qua tamen nihil aliud egit Marchio, nisi ut leniret mollitus

interpretibus

interpretationibus quaedam in Canone dicta. Adfuit & ipsius κόλαξ, cui obiecit Ascanius ueterem ab ipso editam constitutionem Canonis. Hic satis confidenter respondit, tunc cum illa uetera errata defenderentur de sacrificio pro peccato, opus fuisse restitutione, nunc remotis illis erroribus posse legi sine offensione uerba Canonis. His praestigijs respondere difficile est. Ceterum autem abijt Marchio & ὑλακόματος τοῦτον [illegible] secum abduxit: tamen nunc audio ijsdem de reb. deliberationes fore. Quae me curae excruciant non ignoras, Sed Deum aeternum patrem D N I C oro ut nos regat & Ecclesias ab omni sophistica liberet. Bene Vale. Haec leges Reuerendo Dno Pastori & D Grangero & ceteris amicis. Torgae. 1548. P M.

Clariss. Viro, eruditione & Virtute praest: D
Christophoro Pannonio, in Academia Francof.
ad Viadrum, amico suo carissimo.

ed. S D. Carissime Christophore, Multae causae sunt, cur Deus in hominum pectoribus semina magni amoris erga natos, q στοργαί dicuntur sparserit: Sed haec praecipua est ut hae στοργαί nos commonefaciant de amore patris aeterni erga filium Iesum Christum & erga nos. Rom. 8. Cogitemus igitur a Deo Stoicam torvitatem & uere ab eo diligi Filium & nos statuamus. Sciamus etiam placere ei in nobis similem affectum erga natos. Ideo fateor me ualde dilexisse filium & eo extincto magno in dolore esse, Tibiq gratiam habeo quod amici luctui adsciscis, quod quidem maxime conueniens est bonis naturis, iuxta illud Euripideum, ὅτι
συν

μὴ ὢν ἄνθρωπος ἀνθρώπου τύχαις ἐπαρκέσω οὐ φαύλῃ φρονῶ.
Colligo autem ad leniendum dolorem ea quae divinitus tradita sunt, Cumque
intelligam signa vera in filia pietatis erga Deum & erga maritum praeces-
sisse mortem, spero eam ad Ecclesiae caelestis societatem dulcissimam evoca-
tam esse. Saepe lacrymans Deo invocatam commendavi, et vota illa scio
non fuisse irrita. Tu quod facis, adiuvato nos & universam Ecclesiam
ardentibus votis, ut Deus publicas & privatas calamitates mitiget. Bene
& feliciter vale. Nonis April. 1547. Phil. M.

Joanni Gigantj.

Non ed.

S. Non tantum Halcyon dolet amisso coniuge, ut Theocriti versu utar
quantum ego doleo amissa filia mea Anna, Sabini coniuge, quae ex hac
mortali vita evocata est mense Februario. Hic mihi maeror ad alios
dolores accedit, quos publicae calamitates mihi ut multis aliis afferunt.
Sed Deum oremus ut mitiget & publicas & privatas miserias, ac in
ira misericordiae recordetur, qui non deserit Ecclesiam petentem ab
ipso auxilium veris gemitibus. Epistolam hanc dedi huic M. Joanni
Schlottero quem istuc misimus, ut postea statuatis de eo. Libenter
apud te serviret Ecclesiae vestrae: & scio tibi consuetudinem eius iucun-
dam fore. Nam & natura moderatus & placidus est, & in Philoso-
phia, & in doctrina Ecclesiae de filio Dei recte institutus est. Ideo ubi
eum audieris & probaveris, ut civibus tuis commendes. Tibi go
amanter

amanter eum commendo, teq. oro ut eum amplectare. Pollicetur se Concordiam Ecclesiae vestrae nulla in re turbaturum esse. Bene vale.

Consolatoria

Non ed. Impressit Deus hominum naturae ingentem vim amoris erga natos, ut agitemus quantum aeternus pater diligat filium suum D. N. I. C. & nos quos etiam nominat filios. Sed haec vis & magnitudo amoris maxime conspicitur cum aut eripiuntur nobis nati, aut in calamitates incidunt. Quare non dubito vos in magno dolore esse propter filiae desiderium, quam Deus hinc evocavit. At nolle quidem Deus nos dolere, sed praecipit etiam ut dolorem moderemur, & in hunc amorem consideratione cogitemus amorem aeterni patris erga filium & erga nos. Hac vos cogitatione a luctu abstrahite, & simul cogitate ceteras consolationes quas tradit doctrina Christiana. Scitis filiam ad laetissimam Dei consuetudinem translatam esse, ubi iam assidet in complexu Mariae matris Christi, Evae, Sarae & similium matronarum: Has etiam matres nominat, & earum sapientia dulcissima fruitur. Postremo & illud cogitate, Nulla posse homini tristiora morte accidere. Ideo hic dolor moderandus est. Bene valete. xi Aprilis.

Ex epistola ad Ambsdorfium.

Non ed. Certum est ingens bellum parari a Carolo Imp. contra Ducem Saxoniae Electorem & Landgravium. Iamq. magni exercitus congregati sunt in vicinia Geldriae, & expectantur copiae Italicae, quibus Pontifex dat stipendium: nec dissimulat Carolus se bellum Duci Saxoniae illaturum esse.

Causae belli:
- propter inobedientiam
- propter bona Ecclesiastica
- propter captivos duces Brunsw.

Nam Rokislona vocavit legatos civitatum & hortatus est civitates, ut Ducem Saxoniae iuvarent. Sed civitates honeste & constanter responderunt se non deserturas periculo communi principis. Haec de belli initio. Sicut autem Deus texit domum viduae Sareptanae: ita oro Deum ut defendat nostros principes, qui in gubernatione iusti sunt, & multis officijs iuvant Ecclesias & studia doctrinae. Vale. 25 Iunij. 1546.

D. Martino Luthero.

Vide Manl. pag. 118.

S. Heri dimisimus tabellarium satis bene oneratum literis, qui tamen si recte ratiocinor non antevertet hunc nuncium. Scripsi tibi quaestionem non de efficiente causa traditionum, sed de finali: Utrum possint eiusmodi observationes vel opera a sanctis electa sine certo mandato Dei cultus esse sive ut schola loquuntur λατρεία. Ut si Bernhardus iam recte sentiens eligat certum ieiunium vel ordinem hac opinione, ut per hoc opus agat Deo gratias: an recte iudicet? Ego sentio eum falli, Itaque quinta causa traditionum quam ego posui in charta ad te scripta non valet.

Mitto tibi quaestiones quas proposuit hodie nobis ὑπὸ τοῦ αὐλικοῦ τινος ἀδελφοῦ κατηχητοῦ, ita ut ad te perferrentur, de quibus expectatur tuum iudicium. Summo candore nobiscum actum est, καὶ ἡ δέσποινα δοκεῖ πᾶσιν εἶναι εὐσεβεστάτη. Respondebis igitur, ac te oro ut boni consulas literas in quibus sunt ζητήσεις, de quibus .n. alijs reb. potius ad te scribamus. Novi nihil habemus. Vale. V Cal. Aug. Philippus.

Eidem.

Non ed.

S. Ita me torsit expectatio literarum tuarum ad Landgrafium, ut interim scribere nihil potuerim. Rogavi enim te ut literas ad ipsum dares, ne se praecipitent in impiam causam τῶν κιμηλιοφορεῶν. Mirabiliter enim ea de re rixatur cum omnibus. Hodie mihi gravissime conquestus est Henricus Brunswicensis de Landgravij disputationibus in ea re, et rogat ut omni ratione demus operam ne a nobis avellatur. Miras insidias ei struunt Cingliani. Hic aperte jactitant se regnum invasuros esse. Tantus furor occupavit eorum animos. Ac tu videris multis vaticinatus in tuo libello de monetarij spiritu. Is agitat illam factionem haud dubie. Adversarij nostri triumphant tamquam plane nos vicerint. De Caesaris voluntate nihil adhuc divinare possumus. Certe nihil horum adhuc significat. Disputavit nobiscum absens προκαλεῖσθαι τὴν ἡμετέραν [illegible]. Sed hac conditione ἵνα μηδεμίαν ἔχοι συμμαχίαν. Credo adhuc falso suspicari quod nobiscum sit foedus. Advenit Caesar ante biduum. Erasmus periculose decumbit, et dicitur πατρίδα quandam μεταλλάξειν. Ego pene consumor miserrimis curis. Orabis igitur pro nobis Christum. Vale.

Eidem.

ed.

S. Spero te accepisse fasciculum literarum nostrarum in quibus significavi quid hic geratur. Nam nihil interim accidit quod relatu dignum sit. De causa nostra nihil adhuc decretum est, et vere

mihi

mihi videntur variare sententia. Interdum aliqui ad aequitatem dela-
buntur: quas tamen subito depravant rursus improborum calumniae.
postulatum est privatim a principibus ut deserant hanc causam. Nostri
hodie respondent, et exponunt Caesari prohiberi se religione quo minus
prodant hanc causam. Adversariorum confutatio nondum est
exhibita nobis. περὶ ζητήσεων amabo te respondeas mihi. Nam et
votorum causa in ea disputatione periclitatur. Quod si εὐχαριστίας
opus aliquod instituere liceat, licet eadem ratione vovere. Itaque conse-
quitur vota esse cultus seu λατρείας, ut vocant in scholis, et obser-
vationes meritum esse. De his rebus rixor interdum cum meis sodalibus:
Quare gratum facies nobis et aliis si responderis. Oecolampadius
scripsit contra me Dialogum, ut mihi videtur accuratius quam solet
alioqui: quem afferam, si quando Deus nos istuc reduxerit. Amabo
te rescribe de traditionibus. Reipsa experior vos habere ut Paulus
inquit, speciem sapientiae, et tamen interpretes sunt inanes. Atque
interim ista species veram conscientias. Vale feliciter.

Acta Conventus Spirensis Anno 1529.

Initio recitabatur Caesaris nomine mandatum, quo decretum factum
in Conventu Spirensi superiore abrogabatur, et proponebatur ut
Wormaciensi edicto parerent omnes, ac pro proscriptis sine ulteriori
declaratione haberentur omnes, si qui nollent parere. Haec tam

atrox

atrox dux praebebat occasionem pluribus ciuitatibus ut concursum fece-
runt ad Ducem Saxoniae & Landgrafium: Itaq. cum principes irent in
suffragia, Dux Saxoniae exposuit, vocatos esse principes ad hunc conuen-
tum, ut pax constitueretur: Non posse autem pacem existere si Worma-
tiense edictum seruandum sit. Dudum iam consultibus Norimber-
gensi & Spirensi indicatum esse, quod non prodesset ad pacem hoc edic-
tum, eamq. ob causam mitigatum esse: Hortabatur ut acerbitas
edicti iam quoq. mitigaretur. Placuit itaq. principibus ut mitigare-
tur. Post longum certamen hi articuli facti sunt, fere his verbis.
Primus articulus erat de concilio, quod cogi debeat intra tres annos:
Wir Churfürsten, Fürsten, unnd Stende, die biß anhero bey
dem Wormbser edict, oder bey den alten Ceremonien bleyben, söl-
len unnd wöllen auch dabey bleyben, biß zu dem Concilio.
Aber die andern, bey denen die andere Lehr erstanden, die weyll
die nicht mag abgethan werden, von wegen aufferhüren und
anderen ursachen: söll doch weyter neuerung, so vil menschen-
lich unnd muglich, verhüttet werden. Postea articulus de doc-
trina Zwingliana factus est, quod illa doctrina prohibita est do-
ceri: Item Anabaptistae condemnati, Item de Missa: An den orten
da die andere Lehr erstanden, söll niemand von der Meß, oder
zu der Meß gedrungen werden. Fuit additus articulus etiam
ut restitueretur kirchlicher Episcopis. Cum hi articuli in Senatu
Imperij legerentur, iterum Dux Saxoniae repetiit, ut mitigarentur,

pp

propter has causas, primum quod non possemus obligare alios, At primus articulus obligat alios: Sollen vnnd müssen. In secundo articulo disputauimus grauarj nos, quia possent propter seditionem mutari non posse: quia principes nostri propter conscientiam nollent mutare. De missis etiam grauari nos querebamur. Attigimus etiam articulum de Cœna Dominj. Diximus nos non probare Zwinglianam doctrinam: tamen foederj nobis ad pacem non esse utile, nunc de ea re aliquid dicere. De Anabaptistis diximus nobis placere eorum sententiam. Ciuitates statim subsecutae sunt nostram petitionem, idem petentes quod nos. Ibi Senatus Imperij iterum iussit, salua substantia articulorum, verba quaedam mitigarj. Hoc cum susciperetur non potuit de interpretatione conuenirj. Id ideo accidit. Nostri urgebant, ut articuli mitigarentur qui ad nos pertinebant: Pontificiae doctrinae defensores urgebant ut Zwinglianos condemnaremus. Nostri cum nulla interpretatio tolerabilis proponeretur, differebant: nec volebant statim a nobis diuellj Argentinenses: Ita non sunt correcti articulj. Tantum caput de Iurisdictione, quod erat intollerabile alijs principibus, deletum est. Reliqui articulj a Senatu Imperij approbati sunt & signatj: Nostri opposuerunt protestationem quae hic impressa est, nec habet quicquam acerbitatis. Aliquot ciuitates nostram protestationem subsequutae sunt suis verbis, nec obsignauerunt articulos factos. Postridie

die venerunt Marchio Badensis & Henricus Brunsuicensis tanquam arbitri, articulos interpretati sunt tolerabiliter. Hic nos etiam damnavimus Argentinenses, sed Rex nolebat recipere illam interpretationem, cum quidem Electores hortarentur ut susciperet. Id cum non obtinerent: tamen ad extremum effecerunt ut mutua fierent de pace servanda pacta: datae igitur utrinque ea de re literae. Habes totam historiam, quam quaeso apud te retineas, nec des describendam ulli. Scis enim quam facile haec in publicum emanent, et quaedam hic sunt quae reip. non prodest occultari, nec in vulgus spargi. Ego ex his comitiis maximum animi dolorem propter multas magnas causas reportavi. Utinam adversus Argentinenses non tam clementes fuissemus: Ex ea re in maximam perturbationem incidi. Serpit perniciosum dogma Zwinglianorum: itaque iam in manibus habeo scriptum in quo illis adversor. Articuli qui facti sunt Spirae nos non magnopere gravant: imo plus tuentur quam decretum superioris conventus, si recte intelligere volumus, et praestiterimus ne quas turbas ipsi concitemus. Bene vale. Philippus Melanch.

Cum haec epistola Philippi admodum memorabilis, nescio tamen ad quem scripta, conferri debet quae ad Camerarium est scripta eodem tempore: & legitur in opere Philippicarum ad ipsum pag. 124. cuius initium est: Non dubito quin magnopere mireris etc. Vide & epistolam alteram Philippi ad Ionam: quae extat in Ionlianis pag. 279: cuius initium est: Non dubito quin magnopere mireris etc. Nam & de hoc ipso negocio, & eodem tempore est scripta —.

Ad Vitum Theodorum:

de historia in Actis cap: 19, Unde colligunt nonnulli diversum fuisse Baptismum Ioannis à Baptismo Apostolorum: & Anabaptistae vaticinantur iterandum esse baptismum semel in infantia baptisatorum.

:: refer ad epistolas Vito scriptas quae supra leguntur ::

Etiamsi diverso modo significant Baptismus Ioannis & Baptismus Apostolorum: tamen & res easdem significant, & sunt efficaces ambo ad salutem recte credentibus. Iudico etiam fuisse singulare opus Dei inchoationem Baptismi, quam Deus à Ioanne fieri voluit qui missus est, ut esset huius novae Ecclesiae quasi praeparator. Nec de eius ceremonia sentiendum est tanquam de traditione humana, aut de ritu otioso, tantum significante nostram professionem coram hominibus sicut initio scripsit Zwinglius. + Reijcio etiam imaginationem eorum qui dicunt Ioannis Baptismum significasse quidem poenitentiam, sed non remissionem peccatorum, nec profuisse. Ac diligenter de hac re cogitate. Quid est enim praedicatio poenitentiae sine remissione? Talis poenitentia esset sine invocatione & res Ethnica, imo talis praedicatio tantum esset mortis, irae & blasphemiarum ministerium. Item Iohan. 1 aperte li-
it de remissione peccatorum: Hic est agnus Dei qui tollit peccata mundi. Item. Qui credit in filium, habet vitam aeternam. Item de Christo ipse

Osiander. Musculus.

ipse in Actis 19 clare dicit: Ioannes Baptisavit baptismo poenitentiae ut crederent in venturum. Et quamquam vocatur baptismus poenitentiae: tamen non est divellenda remissio. Quod vero Ioannes discernit se baptisantem & Christum: personae discernuntur. Unus est dator vitae aeternae filius baptisans spiritu & igni, id est, iudicans & salvans. Sed caeteri omnes, Ioannes & Apostoli sunt ministri verbi per quod Dominus est efficax. Neque vero hoc dici potest, quod aliqui dicunt Ioannis baptismum non fuisse integrum, quia non docuerit de Spiritu Sancto. Imo clare dicit Christum baptisaturum esse spiritu sancto. Tradit & totam doctrinam de patre, filio & SS patefactam cum Christus baptisaretur. Si quis glendat baptismum Ioannis tantum fuisse ceremoniam significantem poenitentiam & non remissionem, ut posuisse, & tantum somniant Ioannis doctrinam fuisse quandam humanam disciplinam, vide non recte sentit de tanto ministerio, & tanta vocatione. Meministi ineptias Erasmi qui scribit Ioannem concessisse bella, quia imperfectis praedicavit; Christum postea perfectiorem legem dedisse de non bellando. Sic de Ioannis vocatione & ministerio sentire intolerabilissimum est. Retineamus ergo hanc sententiam, Ioannis Baptismo significatum esse poenitentiam & remissionem, Et credentes vere consequutos esse remissionem: At si qui discesserunt ante praedicationem Christi, eos haud dubie fuisse haeredes vitae aeternae. Cur igitur Paulus baptisat eos qui ante a Ioanne

baptisati fuerant? Respondeo propter multos novos articulos fidei. Res easdem significant hi baptismi, sed dissimili modo. Ut igitur in modo emendaretur error, tales ab Aptis baptisandi fuerunt. Baptismus Joannis fuit testimonium venturi domini: sed Baptismus Apostolorum est testimonium Christi exhibiti, crucifixi, resuscitati, regnantis, inchoantis vitam aeternam dato Spu sancto. Haec oia minus explicata adhuc norant, adhuc expectabant multi Messiam daturum imperia Judaeis, domiturum gentes, perditurum pontifices. Est autem ministerij praecipua pars dra in qua cum iam quaedam essent patefacta quae prius non fuerunt patefacta, symbolum auctum quod comitari doctrinam debet. Hic damnatur prior baptismus ut Anabaptistae nunc damnant infantium baptismum: sed confirmatur emendato errore. Nunc enim testantur Apti ante factum esse qd hi a Ioanne baptisati sint, & qd ei crediderint, & testantur Xstum a Ioanne salutem iam exhibitam esse. Sed si nunc manerent illi in opinione, adhuc expectandum esse Messiam, polluerunt baptismum priorem huius erroris labe, quia etiam amitterent donatam reconciliationem, si nollent assentiri nova praedicationi Apostolorum. + Ergo ut intelligant iam exhibitam esse salutem accipiunt cum baptismo etiam manifesta dona SS, ut intelligant Messiam inchoasse

renatum

nouum et aeternum regnum, & deponant imaginationes de imperio mundano. Antea fide venturi domini credebant sibi remitti peccata: nunc agnoscunt ex manifestis donis SS salutem et remissionem peccatorum. Hanc iudico simplicissimam esse explicationem. Disserebam heri & cum Luthero de hac re, qui nolebat dici rebaptisationem: & dicebat utrumque baptisma fuisse tenendum propter diversos articulos: De venturo & exhibito christo. Vitabis tu quoque odiosum nomen rebaptisationis

P. M.

Reverendo Viro, eruditione et Virtute

praestanti, D Joanni Giganti, pastori Ecclesiae

Dei in oppido Freistadio. fratri suo carissimo.

Non ed

S D. Reverende Vir, & carissime frater: Vere hoc possum affirmare de mea conscientia, cum Deus ad hos docendi labores me vocaverit, magna me cura quaesivisse simplices explicationes, & vitasse quosdam labyrinthos, in quibus alij ostentant ingenia. Crebris etiam cordis gemitibus Deum oro ut me doceat. Ideo scio despici a quibusdam meas enarrationes, quas fateor esse leniores quam ut amplitudinem sapientiae divinae satis exponant. illud praecipuum ago ut adolescentes considerent gradum & ordinem disputationis: postea sententiam sumant ex fontibus. Sed qualiacunque sunt mea scripta: sine quod est meorum consiliorum & actionum, omnia illa & meipsum

Ecclesiæ iudicio subiicei semper: sed. oro ut sicubi hallucinari me
senties, me admoneas. Hanc ob causam tibi mitto meas pagellas
enarrationis epistolæ Paulinæ: Teg. & alios pios & doctos viros Censo,,
res esse uolo. Scribam plura per eum, quem mihi commendasti.
Narrare Romam Caplam esse a Duce Albano. Bene Vale.
die 29 octobr. 1556. Philippus.

Reuerendo Viro, eruditione & Virtute præstanti
d. Andreæ Miseno, docenti Euangelium in Ec,,
clesia Dej. in inclyta Vrbe Mysorum Alde,,
burg. fratri suo carissimo.

S.D. Reuerende vir & carissime frater, Sum pater, & non ἄστοργος,
& plus quam millies in magnis doloribus quos sensi propter fi,,
lios et filias, cogitauj ingentem vim amoris Dei erga nos esse, cum
talis sit; ac multo maior amor erga nos quam qualis est in nobis στοργή,,
erga natos. Eadem te cogitare non dubito. Sed erigas te hac
ipsa cogitatione: Curæ sunt Deo & viuunt nostri filij & filiæ, etiam
cum ex hac ærumnosa vita euocantur, & rursus complectemur
nos mutuo. Hac consolatione quæ tibi nota est, te erigas. In
mei filioli morte incidi in lectionem psalmi: IPSE FECIT NOS:
NON

Non ed.

NON IPSI NOS. Hac sententia lecta sensi in corde laetitiam acquies-
centem in Deo, & praesentiam Dei veram ineffabilem, ut postea etiam
Luthero dicebam. Erit tibi quoque levatio cogitare de praesentia Dei in
Ecclesia, & familijs pijs. De Calvino potes vere hoc dicere Martino,
neque ipsum neque alium illa verba de me audivisse quae narrant li-
terae ~~tuae~~, quas misisti. Nec legi quidem omnia Calvinj. Sed velim
pios & doctos de tota re colloqui, & relinquere posteritati sententiam,
& formas loquendi certas. Nuper huc Senatus Bremensis misit
legatos. Erat propositio his verbis scripta: PANIS EST ESSENTIALE COR-
PUS CHRISTI. Quis sic loquutus est? Dicimus: CUM PANE
SUMI CORPUS CHRISTI. Osiander dicebat: Hic panis est Deus.
Cur mihi homini scholastico illi Episcopi non praescribunt formam
loquendi? Sic nuper scripsi ad Ratisponensem Gallum. Sed
si quando conventus erit eruditorum, necesse erit hac de re loqui.
Nec mihi ignota est antiquitas, quantum omnino extat vete-
rum monumentorum, in quibus huius materiae fit mentio. Mo-
vent Flaciani nova certamina. Reprehenditur definitio Evan-
gelij, quod dixi Evangelium esse praedicationem poenitentiae, & pro-
missionem reconciliationis. Aiunt etiam filium Dei non dici λόγον
nisi in Apocalypsi: & praetereunt primum caput Ioannis. Quo
tandem

tandem eventum sapientia ostendet eventus. Ego Ecclesiam & me filio Dei commendo, Domino nostro Iesu Christo, quem oro ut te consoletur, & nos omnes gubernet. De initio Romani anni scito Livium in eo loco de initio consularis gubernationis tunc loquutum esse, non de usitato anni initio. Bene vale. Philippus.

Ad Ducem Megalburgensem, Io-
annem Albertum &c.

S. D. Illustrissime & clementissime princeps. Scio Celsitudini Vestrae notum esse veterem versum Principis est virtus maxima nosse suos: quem versum tamen recte Stigelius emendat hoc modo: Principis est virtus maxima nosse Deum. Postea non male additur, Principis est virtus altera nosse suos. Est autem in Academia nostra Simon Pauli natus in oppido Suerino ex honestis parentibus qui multos hic utiliter docet, & cum initia philosophiae tum vero Ecclesiae doctrinam recte tradit. Hic Simon cum intellexisset Celsitudinem V[m] flagitare ut aliquis istuc mittatur ad docendum idoneus, mihi exposuit se in hac tanta confusione usque vivere malle quam in patria, & sub tali principe in quo excellens sapientia cum iustitia & pietate coniuncta est, sed tamen optare se ut in Academia sibi locus docendi tribuatur, sicut vir doctissimus David significavit quosdam non concionatorem aulicum peti qui respectu in templo & in Academia doceat. Non dubito.

Non cd.

dubito C V^m huius Simonis eruditionem & iudicium, ubi eum audierit probaturam esse, Ideo C V reverenter oro ut eum cum & eruditus sit & doctrina instructus & modestus, clementer orat. Mitto C Vrae pagellas de Inquisitione Bavarica, quas non sine gemitu leget, & tamen utile est Pios considerare quanta sit in adversarijs rabies, ut cum videant manifesta idola stabiliri magis ament nostras Ecclesias & piam coniunctionem tueantur. Bene & feliciter valeat Celsitudo V. data die quinto Novemb. qui est Ebreis mensis Kislev celebratus in Zacharia & in Maccabeis. Est autem vera Etymologia vocabuli Kislev quasi dicas ἐς χείμερον. Ita sapiens vetustas nomina mensibus tribuit & sideribus. Aº 1558.

Celsitudinis Vae
Servus Philippus Mel.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti D
Valentino Cort, docenti Evangelium in Ecclesia dei
in inclyta urbium corona Lubeca, fratri suo cariss.

Non ed. S D Reverende vir & cariss. frater. Saepe cogito Deum collocasse Ecclesiam in urbes Aristocraticas in hac extrema senecta mundi, ut habeat hospitium aliquanto durabilius quam habitura videtur in principum regionibus in quibus fient magnae vastationes. Nam post haec intestina bella sequentur Turcicae irruptiones, ut Hiltenius praedixit anno 1600 Turcos in Germania & Italia grassaturos esse. Sed oremus filium dei,

ut

ut poenas leniat et non sinat deleri Ecclesiam suam, Nos etiam fovea-
mus nostrum coetum, quantum Deus concedet, communibus officiis. Ad-
huc Dei beneficio studia doctrinae hic mediocria sunt, quae utinam non
turbentur bello quod nunc seu fato seu propter alias causas exarsit.
Nunc vero eo ad te scribo. Vir clarissimus doctor Iacobus Bordingus
Medicus, qui nunc in Academia Rostochiana vivit, indicavit huic suo
amico Ioanni a Bart Wesaliensi Medico, desiderari Medicum phy-
sicum in urbe vestra Lubeca. Proficiscitur igitur hic Wesaliensis
istuc, et ut audiat an ibi expetatur Medicus physicus, et ut suam
voluntatem iis indicet, qui haec ad Senatum referunt. Etsi autem
haec negocia aliena sunt a tua functione, tamen in Ecclesia sem-
per fuit singularis coniunctio piorum gubernatorum et piorum Me-
dicorum. Et hic Wesaliensis ad artem Medicam adiungit cum a-
lias virtutes, tum vero invocationem Dei incorruptam. ac in Belgico
haberet loca non contemnenda, nisi mallet in nostris Ecclesiis vivere. Te
igitur oro, ut voluntatem eius exponas seu Consuli seu alicui ex Sena-
toribus. Offert vestrae urbi suam operam, et habet eruditionis et in-
dustriae honorifica testimonia. Vixit in Gallia et Germanicis Academiis, et
mihi diu notus est, et scio mores honestissimos esse. Bene vale. die X
Iulii. Mittam tibi post paucos dies scriptum de Mediatore

Philippus.

Den Erbarn, Weysen vnd Fürnehmen Herrn, Burgermeistern
vnd Rhat der Loblichen Stadt Rostock, meynen
günstigen Herrn.

Gottes genad durch seynen eingebornen Son Jesum Christum, vnsern
Heyland vnd warhafftigen Helffer, Erbare, weyse, fürneme, günstige
Herrn, Ewer weysheit schrifft belangend den achtbarn vnd hochgelarten
Herrn doctor Melchior Fendium, Legenten in der loblichen kunst der
Artzney, in der vniuersitet alhie, meynen Herrn vnnd gutten freundt,
hab Ich entpfangen, vnnd füge E. W. zuwissen, das war ist dz Jch
Ewer loblichen Stadt vnd vniuersitet in allen müglichen vnd gebür-
lichen sachen zu dienen willig bin, den Jch mit vilen Ehrlichen
gelarten Legenten in der vniuersitet Rostok alte gute freundschafft
habe, bey welchen ich selb gern meyn leben in ehrlicher arbeit vollenden
möcht, darumb Jch auch Ewer vniuersitet mit andern personen
zu zieren geneygt bin, so vil an mir ist. Es sind aber die Le-
genten alhie frey zu pleyben oder sich an ander ort zubegeben.
Wiewoll nu gedachter Herr Doctor ein gutt gefallen hatt an dem
Ehrlichen wesen der Stad vnd vniuersitet Rostok, vnnd E. W.
vleyssig dancket der vilfeltigen freundlichen erzeygungen ge-
gen Jhm: so ist doch war das Jhm swacheyt halben seyner eygen
leyber, vnnd seyner schwanger[illegible] hausfrawen vnbequem seyn

will, weyt zu reysen, vnnd eyne newe haußhaltung an frembden ort.,
ten anzurichten. So ist auch war, das diese vniuersitet zu
Wittenbergk, in welcher er lange zeyt trewlich vnd nutzlich gear.,
beit hat, sein bedarff, vnnd Ihn nicht gern von sich kommen last.
Darumb wolten E W dises von mir nit vnfreuntlich vorstehen,
das Ich nit bey Ihm angehalten das Er sich weg begeben sollt.
E Ew wolten auch mit Ihm selb gedult haben, das er in diser
betrachtung seyner swacheyt schwer hat verenderung seyner woh.,
nung vnnd gewohnlichen haußhaltung furzunehmen. Vnd wo Ich
Ewer loblichen Stad vnd vniuersitet dienen kann, darzu erbut
Ich mich willig. Der Allmechtig Gott vatter vnsers Heylands
Jhesu christi, wolle Ewer kirchen, Stadt vnd vniuersitet gne.,
diglich bewaren vnd regirn. Datum Witeberg Anno 1548. Die
13 februarij, an welchem tag vor 1712 Jaren Nicanor, der den tem.,
pel gottes zu Jerusalem zerstoren wolt, erschlagen ist. mit
welchem exempel gott seyne gegenwertigkeit bey der kirchen er.,
zeyget hat, vnnd damit vns erinnert, ob er vns gleich
strafft, das er dennoch alzeyt Ihm ein heuflin erhalten will.

Philippus Melanth.

Clarissimo viro, ingenij felicitate, eruditione et
virtute praestanti D Petro Vincentio, in urbe inclyta
Lubeca, doctrinae studia gubernanti, amico suo carissimo.

Non ed. S. D. Cariss. Petre. Non solum benevolentia tua erga me, quam facio plurimi, sed etiam literarum tuarum elegantia delector, tibique gratiam habeo, non solum propter privatam suavitatem, tuendi nostram coniunctionem, sed etiam propter publicam utilitatem. Quid pulchrius est & Ecclesiae honestius quam nostri ordinis consensus & amicitia? Hoc tantum decus utinam tueri omnes studerent, dissimulatis etiam quibusdam vel nevis vel incommodis, ac saepe doleo cum in illis minutis bestialis natura valeat, de quibus inquit versus: τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, καὶ μύρμακι μύρμαξ: in doctis non tantundem valere rationem & eruditionem. Sed non delector huius vulneris contrectatione, ac me conscientia piae voluntatis consolor, cum spero nostros labores Ecclesiae profuisse. De negocio Posnaniensi significabo quamprimum tuam voluntatem, & tui ingenii praestantiam iis qui mecum egerunt, & eorum literas tibi mittam. Credo libenter daturos ducentos aureos Hungaricos, praesertim cognita facultate ingenii tui. Malim quidem te nobiscum esse. Sed vides quibus fluctibus iactetur haec cymba nostra: et tamen spero deum daturum esse Europae quietem his Ecclesiis. Nam illi apparatus de quibus scribis, impedientur fatalibus causis. Sed haec omitto. Bene & feliciter vale. Nonis Febr.

Philippus Mel.

EIDEM.

S D Clarissime vir & cariss. frater. Postquam a nobis discesserunt collegae nostri, mandavit Rex Ferdinandus literis graviter et moderate scriptis ut tamen perTexatur inchoata doctrinae collatio. Nosque semper ostendimus nos non defuturos esse officio. Sed antagonistae, fortassis jureconsulto mortuo, non tum in colloquium redituros se esse responderunt. Expectamus igitur illorum responsionem, qua cognita sciemus, an mihi hic diutius haerendum sit. Casparum Nurenbergensium ad vos redire jubebo. Has lege & reverendo D. Pastori & alijs amicis. Salutem vobis omnibus opto. Bene vale. die Catharinae. 1557. Wormaciae

Philippus.

Non ed.

Clarissimo Viro, eruditione & virtute praestanti

D Casparo Lonero, pastori Ecclesiae

Nordlingiacensis, amico suo.

S D. Cum sciamus vere Dei dona esse pios & salutares doctores Ecclesiae, ut scriptum est, Alios quidem dedit doctores, alios pastores: veris et ardentibus votis à Deo petamus, ut felices gubernatores mittat, & missos regat: quo in numero te quoque colloco. Quare ut te Deus regat & adiuvet ex animo opto. Legi autem epistolam tuam, in qua duae quaerelae commemorantur, Altera de concionatoribus qui ante tuum adventum docuerunt Ecclesiam Nordlingiacensem, altera de vicinarum urbium doctoribus

Non ed.

doctoribus. Etsi autem bono studio haec a te scripta esse scio: tamen meam etiam opinionem tibi significandam esse duxi. Teque rogo ut non asper neris hominis amici & iam diu exercitati, ne nihil aliud dicam, admoni tionem. Scio felicem gubernationem opus Dei esse, sed nobis etiam mediocris diligentia & circumspectio adhibenda est, ut inquit Paulus: Videte ut ambu letis adhibita quadam diligentia. Prius autem de vicinarum Ecclesiarum doc toribus dicam. Novi Frechtium, Musculum, & alios multos, ac scio esse viros, doctos pios, prudentes, & in suo munere fideles: Quare velim te ab insectatione aut vicinarum Ecclesiarum, aut pastorum illorum ordinarij tuum ministerium. Offendit enim illa non necessaria reprehensio non modo vicinos, sed etiam tuos cives, qui illis non male volunt. Et quamquam minus ceremoniarum est in illis Ecclesijs: tamen doctrina pura est, nec eo odiose exagitandi sunt, quia fortassis ordo ille in interpre tandis sacris libris non servatur, quem nostri servant. Haec simili tudo non acerbe petulanda est. Neque poterit esse tranquillitas, si non aliquam aequitatem in tolerandis vitiis & dissimilibus, imo etiam in dissimulanda aliqua infirmitati adhibebimus. Mihi crede, quaedam etiam nobis illi condonant. Dabis igitur operam potius ut vicinos tibi adiungas, quam ut eos alienes. Quid dulcius est bonis mentibus, quam vicinarum Ecclesiarum concordia & coniunctio? Nec de Coena Domini

si

si dextre intelligantur, dissentiunt ab ea formula, de qua hic conveniunt. Et
si quid suspiceris incommodi, tamen fovenda est concordia. Nam si
accendantur odia, magis distrahuntur etiam opiniones. Multa aliquandiu
sanata sunt dum animos coniungere quadam benevolentia studemus. Quid
ad Germaniae pacem tam prodest quam concordia mediocris civitatum? Nec
possunt omnia tam turbulentis temporibus subito ad eam normam constitui,
quam illi ipsi desiderant, qui in illis locis regunt Ecclesias. Quanquam
quid de nostris temporibus dicam? Vide Ecclesias inde a Noe usque, quanta
his semper dissipatio fuit! Ideo gratias agamus Deo, quod mediocris
in Germania consensus est! quod doctrina pura lucet! Et concordiam nos
ipsi foveamus. Scio non omnes sic adfectos esse: Scio multos du-
cere praeclarum esse si audacter incurrant in omnes, si nemini parcant,
si bellum inferant amicis & inimicis. Sic nec ego sentio, nec te sentire
velim: nec sic sentire Paulum arbitror, qui parci infirmis, qui adiuvari
fratres iubet. Quare te propter Deum & filium eius Dominum nostrum
Iesum Christum oro & obtestor, ut non alienes voluntates vicinarum civi-
tatum, aut vicinorum concionatorum. Ad Brentium scribo, ac oro
ut tecum amicitiam contrahat: Et vos consilia conferre optarim. De
concionatoribus vestrae urbis, qui ante te ibi docuerunt, sic sentio. Ut

Egões

equus allatrantes canes praeterit tacitus: ita te, sine ulla mentione illorum, sine ulla significatione iracundiae, tuum cursum urgere debere. Vincit rerum bonitas, cum moderate & dilucide proponuntur, etiam sine rixis: quod in multis magnis rebus animadvertere licet. Hanc fabianam rationem & mihi et tibi & omnibus nobis sequendam & custodiendam censeo. Multi magni morbi, inquit Celsus, curantur abstinentia & quiete. Vidi multa exempla. Ideo te oro ut iracundiam frenes, & lenitate tua benevolentiam bonorum alas. Bene vale & rescribe. Cal: Aprilis.

Philippus Melanthon.

Clarissimo Viro, eruditione & θεοσεβείᾳ praestanti D. Ioanni Brentio, amico suo.

Xon Q- S. D. Charissime Ioannes: Bono studio & consilio civitati Norlingensi pastorem Ecclesiae misimus, non iuvenem sed virum iam natu grandem, qui te & me audivit, & multas Ecclesias rexit & eruditione praeclare instructus est: Sed fortassis paulo est iracundior. Huic te anghelli & vigori suo lim. Nec dicas mihi, nolle te in aliena republ. πολυπραγμονεῖν. Etsi est eius rei modus: tamen profecto saepe nos aliena ingenium & curare oportet. Etsi nihil est a piis alienum quod ad Ecclesiae concordiam utile est. Ille morosus senex seu tristis potius apud Terentium miratur, cur vicinus de operarum assiduitate interroget: Tantumne a re tua ocii est

est tibi. Nobis certe parum est ocij: sed tamen Ecclesiarum cura adfici animi. At multo grauiores & justiores causas habemus quam ille senex Teren tianus in res vicini inquirens. Obsecro te complectere virum illum & adiu ua. Nec Jethro dubitauit Mosi dare consilium. Sed scis quam multa de huius officij communicatione dici possint. Bene vale. die 28 Maij qui ante annos 5504 Adam conditus est: ante annos uero 1511. Chris tus crucifixus est.

Philippus Melanthon.

Clarissimo Viro, D Philippo Melanthoni, maiori suo in Christo obseruando.

S in Christo. Misisti hoc anno ad me crebras literas tuas plenas humanitatis: Nec hoc contentus, addidisti fere semper chartaceum ali quod ἀσπάσιον: quibus rebus animus meus varijs cogitationibus af flictus plurimum recreatus est. Quare ago tibi magnas gratias: & habes me hoc beneficio ita deuinctum, ut credam me absentem multo magis tecum esse, quam si semper tecum praesens vitam agerem. Nec dubito, quin una futuri simus in regno Christi: in quo tu tantis cu ris & sollicitudinibus, Ego a mea Stoicitate & vanissimis cogitatio nibus liberi delectabimur perpetuo, & fruemur dulcissimo illo colloquio Christi & omnium piorum. Judaei somniant in aduentu sui Messiae

cturos

esuros se de carnibus vasti illius tauri, a quo dicunt uno die centum millia-
ria depasci posse: Nobis cœlestia et perpetua bona in Christo parata sunt, quæ
ut certa, ita et magna spe expectamus. Comitia Spirensia nondum sunt
soluta. Tempore enim opus est, ut deliberetur, num Germania Gallo, an
Turcæ diripienda et devastanda obijciatur? Principes Germaniæ malunt
fortasse nos semel tantum quam semper miserè perire. Sed quid? Si isti no-
lunt conservare suum magistratum, Christus tamen conservabit suam Ecclesiam.
Hoc est nostrum perfugium, utut aliæ res ceciderint. Superiori hebdo-
made quam caram vocant, exhibuit nobis Spira pro nro Christo duos.
Carolus enim et Ferdinandus laverunt singuli, ut ipsis solenne est, pedes
duodecim pauperum. Et in die parasceues, multi Hispani, alij sua
sponte, alij precio conducti flagellis, spectante Carolo, ita se ceciderunt,
ut et sanguis emanarit, qui peccata sua expiarent: Et dicuntur jam
aliquot ex his mortui. His exemplis comitia protrahuntur. Hæc
spectacula Filius Dei diu perferre posset? Non feret. aq tanda pelp-
su tandem. Filius ministri tui, cui dedisti literas ad senatum urbis
nostræ, maluit suscipere scholasticam administrationem in oppido, est
autem Lauffen, quam literas tuas senatui dare. Adolescens alius Erhardus
Blancus, qui et ipse tuas literas ad me attulit servit nostræ scholæ.
Heri misit ad me tuas literas Caspar Loenerus, pastor Ecclesiæ Nordlingiacensis,

quum

quem certe meis officijs. quibus possum, adiuuabo, quod a te commendatus, quod Symmystes. quod vicinus, quod ante mihi cum adhuc in Marchionatu prae-dicaret Euangelium Christi, notus fuerit, quod et cives Nordlingiaci ad audi-endum meum de ipso testimonium, pristinum eum vocasent. Et intellexi iam ex literis eius, quod sit ipsi negocium cum Diacono Virgiliano, qui ab in-fantibus baptisandis non exigat confessionem symboli, nec exorciset eos pro more, propterea, quod profiteatur infantes non credere. De qua re scribam ad eum quam primum potero. Necessarium enim puto, ut parit sibi in sua Ecclesia autoritatem magis prudenti dissimulatione quam publica contentione. Scribit enim Diaconum niti potentia non postremorum civium. Ecclesia Nordling. videtur esse quod dici solet, scopae dissolutae: Quare opus est bona moderatione, ut reliquias colligat. Cuius Ecclesiae dissipatio accepta ferenda est Billicano. Sed audi iudicium Dei. Postquam Billica-nus maluit concubinae Electoris Palatinj quam sponsae Christi servire: sta-tim mortuo Electore captus est a novo Electore Friderico & abductus in arcem Dilsperg. Dicunt autem eum fuisse Cancellarium Concubinae, quod certe mihi ob veterem nostram amicitiam valde dolet: & tamen cogor cedere iudicio divino. Sed heri commemoravit mihi amicus quidam eum iterum carcere & vinculis liberatum: Quod si verum esse opto, ita precor Dominum, ut reducat eum in viam. His dictis

iussit

inusit me Hubernianus, se dixit Cives suos Augustanos emisse thesaurum graecorum codicum sexcentis ducatis. Credo enim te audivisse quod vestri superioribus annis coacti fuerint tradere Turcae duas urbes Graeciae: prius quam autem tradidissent eas, fecerunt copiam abeundi civibus quicunque vellent. Inter hos quidam auexit ad Venetias supellectilem plus quam centum graecorum librorum qui scripti erant in pergameno, magni et variarum disciplinarum. Sed nomina autorum Hubernianus mihi non potuit indicare. Cum igitur Romanus Pontifex sibi eos comparare vellet: per mercatores Augustanos ipsi quidem effectum est, ut suis civibus venderentur, et e Venetijs clam exportarentur. Hoc fuit mihi iucundum auditu, quod existimabis id genus libris communicatis fariam, reliquias Ecclesiae adhuc superesse in Graecia, et Christum servare Ecclesiam, etiamsi Ingenia non constent. Bene et feliciter vale. Ex Hala. 22 April. A° 1544.

Jo: Brentius tuus.

Rector, Magistri et Doctores scholae Witebergensis salutem dicunt omnibus lecturis has literas.

Veteris et utilis consuetudo fuit Ecclesiae ne quis sine testimonio ignotus ad alias Ecclesias transiret. Cum igitur vir doctus, honestus et pius, M. Casparus Lobarr ab honestissimo senatu Nordlingensi ad docendum Evangelium vocatus esset: a nobis testimonium de sua vita et doctrina petiuit, quia in his regionibus annos amplius quindecim versatus fuit.

praefuit. Rexit initio Ecclesiam Olsnicensem tanta pietate et diligentia
ut deinde ad docendum Euangelium in templo summi Collegij Harburgen-
sis accersitus sit. Comperimus autem semper mores eius fuisse honestos et
pios, et animum pacis studiosum. In doctrina vero, et graviter illius amplexus
est et constanter sequitur puram sententiam Catholicae Ecclesiae Christi
quam Dei beneficio, et nostra Ecclesia Witebergensis et nostra schola
profitentur, et abhorret ab omnibus fanaticis opinionibus damnatis iu-
dicio Catholicae Ecclesiae Christi. Eoque ad deligendum doctrinae genus plus
adhibuit prudentiae, et ad docendum maiorem adfert dexteritatem, quia
eruditione praeclare instructus est, et fontes doctrinae Ecclesiasticae in
lingua Ebraea et graeca consulere solet. Haec de Magistro Casparo
Lohnero bona fide testamur, eumque Ecclesiae Dei in Nordlingen Com-
mendamus. Ingens Dei donum est pius et salutaris doctor, ut ad-
firmat Paulus, cum hunc versiculum interpretatur. Ascendit, dat
dona hominibus: alios quidem prophetas, alios Apostolos, alios pastores,
alios doctores. Ex hoc numero eorum qui divinitus erudiuntur,
et reguntur, hunc quoque Casparum esse censemus. Exhortamur
Senatum Nordlingensem, ut eum amanter complectatur. Nam
et Deo gratissimum, et civitatibus maxime salutare est, pari studio
fovere Ecclesiam utraque gubernationes, Ecclesiasticas et politicas. Et Deus

liberaliter

liberaliter compensat beneficia collata in pios doctores, ut historia viduae Sareptanae testatur, Et Christus inquit: Si quis dederit vel potum aquae uni ex minimis meorum propter doctrinam, Amen dico vobis non perdet mercedem. Harum dulcissimarum promissionum cogitatione nos quoque ad Ecclesiae doctrinam ornandam & fovendos doctores excitemus. Datae Witebergae: die mirandae Conversionis Pauli Apostoli. Anno 1544.

Den Erbarn, Furnehmen und Weysen Herrn
Burgermeistern und Rhat zu Norlingen,
unsern gunstigen Herren

Gottes gnad durch seynen eyngebornen Sohn Jhesum Christum unsern Heyland zuvor. Erbare, Weyse, furnehme, gunstige Herren: Nach dem E. W. begehrt, das wir allerley von dem wirdigen Herrn Caspar Lohner predigern zur Naumburg berichten sollen; haben wir aus guten ursachen und guter meynung bedacht, das es forderlicher und nutzlicher sey, das er sich selb zu E. W. verfugt, Damit E. W. sein alter, form der lehr, seyne sitten, stimme, und gemuet der arbeyt und besoldung halben, und was E. W. ferner noch hierinn bedencken werden, selb in gegenwart erlernen, und also dest endlich mit Jhm schliessen mochten. So kan auch nicht viel grösser kosten daraus gehen, den so man so offt botten hin

und wider

vnd wird senden solt. Darumb bitten wir E. f. G. wolle Ir diser
vnser bedencken gefallen lassen, wie wir hoffen. Den so E. f. G.
den Mann sehen wirt, haben wir nicht zweyffel E. f. G. wird be-
finden, das wir es mit einer kirchen trewlich gemeynt, vnd nicht
Ihm alß eyn vbrige person auß dem landt geschafft: den Löner
Naumburg eynen ehrlichen dinst hat, vnd hatt nicht grosse vrsach ab-
zuziehen, den das Er darzu bewegt durch vnser anhalten, zu
Gottes lob in andern landen zu predigen, da die kirchen noch
zurstrewet, vnd in Christliche gleichheyt zu bringen, darzu Gott
seyne gnade verleyhen wölle. So auch E. f. G. ernstliche
meynung ist reyne Christliche lehr, zu gottes lob, vnd seligkeyt
vieler menschen zupflantzen vnd zuerhalten, wie ohn zweyffel
alle fursten schuldig sindt: so haben E. f. G. zu solchem werck eyne
tuchtige person an disem herrn Caspar Löner, der ein rechten
Christlichen verstandt hat, vnd guter sitten vnd fridlich ist. E.
wollen sich auch E. f. G. von pflantzung reyner Christlicher lehr nicht
abwenden lassen durch bedrawungen, oder durch solcher leuth reden,
die sich alß feynd der warheyt vernehmen lassen. Den
wer trewlich beyde lehre, die vnser vnd die gegenlehr gegen
eynander halten will: kan leichtlich richten vnd erkennen,
welche

welche die lanth zu Gott weise, mit rechter anrüffung und rechtem Gottesdinst, und welche von Gott zum heyligen dinst und viel äusserlicher heucheley bracht: dardurch Gottes Zorn und straff in der welt vermehrt werden. Darumb bitten wir E. G. und Gottes willen, Sie wollen Ihr alß die Gottes genad und wort thüen achten die kirchen threulich lassen befholen seyn, und bedenken, wie der Sohn Gottes gesprochen: Damit wirt mein Vater geehrt, daß Ihr vil früchte bringet, und werdet meine Jünger. Er wölle auch Ewr kirchen und Stadt genedyglich bewahren, und E. G. zu dienen sind wir willig. Datum Wittenberg.

12 Octob. 1543.

E. G.

Willige &c.

Egregia virtute praedito Iohanni Reinhardt Budissino. Norimbergae.

Non ed.

S. Si mihi his turbulentis temporibus contigisset in civitate bene morata in qua tamen & literarum & artium studia aliqua essent, ut sunt Noribergae, delitescere, vel mediocri conditione, bene mecum agi existimarem. Quare quantum possum te adhortor ut Spartam quam nactus es tueare, & ornare studeas. Potes apud homines doctissimos non minus proficere in omnibus disciplinis, quam si esses in Academia frequentissima omnis. Tua patria adhuc Dei beneficio, tranquilla est. Sed omnes hae regiones

nis propter res Pannonicas in magno motu sunt. Accidit nostris dum nimis segniter & tarde progrediuntur, quod inquit Hesiodus: αἰεὶ δ᾽ ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄταισι παλαίει. Deum oremus ut ipse reprimat hostes Christi. Bene vale. die 22 octob. Senem nostrum reverenter saluta

Philippus Melanthon.

Doctissimo viro M. Joanni Aurifabro, amico suo carissimo. Magdeburgae.

S. D. Doctissime M. Johannes, & amice carissime: Huic Iosepho audi-tori vestro tradidi Biblia Ebraea vobis reddenda. Simul autem peto, ut Magis-ter Vitus & vos hic cum M. Wilhelmo aut pastoribus agatis, ut vel in scho-la munus hypodidascali commendetur huic Iosepho, vel παιδαγωγία apud ci-vem aliquem. Bonum ingenium est adolescentis, & mores παρὰ ἡλικίαν in θεοσεβείᾳ. Bene valete. 1546.

Non ed.

EIDEM.

S. D. Carissime Joannes. Si spes tranquillitatis esset in his regionibus, Academia vastata citius colligi posset. Sed tu audisti ipse horribilem positum proximae Eclipsis: Etiam quintae reipubl. denunciaret tumultus. Nunc cum superiore anno mota & non sedata sit, quantum sit periculi facile existimare potes. Te valdissime esse ac fieri nos & iuventutem tuo ingenio optarim. Iussi etiam tibi stipendium Concionatoris in

Non ed.

templo

in templo arcis. Sed cum bruma impediat itinera, & nostras deliberationes expectare conventus Augustani exitum, ut cum consilium est, ita expectes literas nuntias. Idem arbiter scribere Eternum. Interea & tu ad nos scribito: & nos de respubl. significabimus ea quae habebimus ἀξιόλογα ἢ ἀκριβέστατα. In Dialecticis περὶ σωματικοῦ in loco causarum a me mutatum est. mutavi enim locum, etsi ac nunc quidem mihi aut tibi satisfactum est. Sed iam eo liptum, cum Aristoteles ea de re disputa- turus. In aliis partibus libelli etsi quaedam emendavi, tamen res non sine mutatae. Bene vale. 18 Novemb. quo ante annum ad nostram Sa- xoniam primum addictus sum socius exercitus, pro quo utcunque fortuna ta Deo gratias ago. Iterum vale. Mitto tibi carmen de proxima Eclipsi

Phil.

EIDEM.

Non ed.

Reverende vir & carissime frater. Etsi in hac confusione negociorum in quam nostra aetas incidit, saepe mutantur voluntates hominum: tamen vere hoc affirmare possum, meam erga te benevolentiam numquam mutatam esse. ac multa signa sunt veri amoris ex quibus intelligere potuisti me: am erga te benevolentiam non fictam fuisse. Spero autem fore ut in Deo in vita aeternitate verum simus. Nunc te oro, ut Sabinum Illus- trissimo principi commendes. Te enim scias eum & fuisse ornamento Aca- demiae Regiomontanae, & ei deinceps posse celebritatem addere: sis hor- tator

inter, ut Princeps Illustrissimus totis scriptis durationis ab eo ornatus
priore cum benevolentia complectatur, & stipendio suo in Academia cle-
menter foveat, ac praebeantur ei ea quae debentur. Scis a nobis non
esse ortum initium discordiarum Balthicarum: & quae mea fuerit mo-
deratio tu optime intelligis. Oro igitur ut Illustrissimus princeps bene-
ficam bonitatem erga nos quoque exerceat. Bene & feliciter vale. Ubi poteris
flectere animos ad concordiam inter nos studeto. Bene vale. 25 octobr.
Significat etiam se Salvisse arcanis Academicae marcas quinquaginta &
unam, quas non debuerit, & non converterit in usus suos. Eam pecuni-
am etiam reddi ei oro: ac totum Sabinum tibi commendo. Meministi
hoc Euripideum a me saepe recitatum: ἐν μὲν δὰρ ἔφυ ἄνθρωπος ἀν-
θρώπου τύχαις ὑπηρετήσω, ὃ φαύλως φρονεῖς. 1554.

EIDEM.

Reverende vir & carissime frater. In psalmo querela est Ecclesiae, ίκον ed.
quod exulet inter Mesech & Kedar. Id iam fit κατὰ ῥητόν. Mosch[i]
qui sunt Mesech Ecclesias vastant in Livonia. Mahometici qui sunt Ke-
dar, Arabum discipuli in Pannonia latrocinium exercent. Utinam vero
in Livonia nostri colonias suas tuerentur, sed πάλαι ποτ' ἦσαν
ἄλκιμοι Γερμάνιοι. Privatim vero opem feramus ubi possimus.

Hic

Hic doctor Iohannes Funck natus in urbe Sueuica Memmingen Iuriscon-
sultus habet coniugem in urbe Riga natam ex honestis ciuibus in urbe
Riga. Hunc ad se accersere decreuit, & dignitate mouetur, ut apud vos
uiuerum grauerat. Fuit in urbe Riga tanquam ciuis, sed ad deliberationes de
controuersijs ut Iurisconsultus ab aula saepe adhibitus est, & egit Nobi-
lium causas in iudicio camerae Imperij ut meminerant. Poterit & vo-
bis usui esse in aula, consistorijs, aut Academia. Vir honestus est, &
dignus bonorum beneuolentia. Quare te oro ut eum complectaris &
Illustrissimo principi commendes. Scis deo gratam pietatem esse, ho-
nestis exulibus benefacere, cum quidem & ipsi simus exules, & nobis
exilij aerumnas leniri optemus. Bene vale. Kal. May. 1559

Philipp. Mel.

EIDEM & Dauidi Chytraeo

propos. ζήτημα.

Non ed. — Usitate dicitur: Dato spiritu sancto, simul in homine sunt tres personae:
Pater aeternus, Filius & Spus Sanctus: quia personae sunt indiuisae, &
Pater ac Filius spirant spiritum sanctum. Et remouendae sunt ab hac
spiratione uel processione imaginationes de locali & physica distantia.
Haec etsi uere dicuntur, tamen non satis explicate dicuntur. Quaerendum
est enim quo ordine ibi sint, & an sit aliqua sua actio Filij? &
sua Spiritus sancti? Athanasius aliquoties dicit: In quolibet.

dicitur

dicitur vero spiritus sanctus, in eo est per verbum. Et loquitur de persona Filio Dei secundum divinitatem. Augustinus inquit 4 de Trinitate: Quotidie mittitur sapientia in corda credentium: Et loquitur περὶ λόγου, qui est persona seu ὑφισταμένου. Sed aliter mittitur ut sit homo: aliter ut sit cum homine. Videte ibi Augustinum. Et recitantur haec dist. quintadecima Primi sententiarum. Et Nazanzenus inquit: ἐκ φωτὸς πατρὸς καταλαμβάνομεν φῶς τὸν υἱὸν, φωτὶ ἁγίῳ πνεύματι. Recte igitur hic ordo agitatur. Cum verbo vocali simul persona λόγος mentem illuminat, & ostendit spiritum sanctum qui addit motus & laetitiam. Ut cum loquebatur in Paradiso filius, foris audiebatur verbum vocale, intus autem Adae mens movebatur τῷ λόγῳ & cogitabat Deum patrem dicere hanc consolationem per illum loquentem, & deinde sentiebat laetitiam & motus novos. Ita filius ostendit patrem, & lux quaedam praecedit laetitiam seu motus: quod etiam experientia ostendit. In mente mulieris concussae λόγος dicat, Deus pater remittit tibi peccata. Hic λόγος deinde ostendit spiritum sanctum, qui laetitiam & novos motus efficit. Ita hoc ordine simul sunt personae. Per λόγον ostenditur pater, & datur spiritus sanctus, qui facit laetam cor ipsota divinitate & impellit ad invocationem

cationem. Cum igitur describimus τὸν λόγον, etsi verissimum est, eum esse εἰκόνα totius patris, tamen attendum est esse imaginem nobis patefactā quo ad hoc beneficium de reconciliatione, monstrantem hanc voluntatem patris de reconciliatione, & ... in nobis ... hanc reconciliationis notitiam. Crebro cogitate de hac tanta re. Nec sunt haec Osiandrica, quia aliud est de actione, aliud de acceptatione loquj. Nec ipsi personas discernunt. Et necesse est hanc fidem pro... quod placeat persona propter Mediatorem Deum & hominem. Et quod fides sit fiducia misericordiae propter hunc Mediatorem promissa. Et plurimis facienda est obedientia quam filius patri praestat, quam alio in nobis. Crebro cogitate & re. scribite. Bene valete. 1552. Philippus Melanthon

Clarissimo viro, & egregia pietate & erudi
tione praedito D. Ioanni Hesso Doctori
Theologiae, amico suo carissimo.

Non ed. F. S. D. Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem humani generis & autorem dulcissimae societatis coniugum, quae fons est & propagatrix Ecclesiae aeternae oro ut faveat & adsit coniugio honestissimi & eruditissimi iuvenis Iohannis generi tui, & ...issimae filiae tuae Sarae. Tanta est ingenij suavitas in Iohanne, ut speram tibi iu-

cru̇dum generum fore. Nam mihi propter eruditionem, candorem, morum comitatem admodum familiaris diu fuit: Nec defutura sunt ei mea of-ficia, si qua in re ornare eum potero. Scripsi una versiculis de amore Vir-tutum &c. Nunc ut spero ludet in eo genere libentius, cum habet a quo vicissim amatur. Ego recens ex Coloniensi ditione redij, ubi Comites, Equestris ordo & Legati civitatum eius ditionis in conventu, magno consensu polliciti sunt se puram Evangelij doctrinam amplexuros esse. Et jam in aliquot urbibus sunt pij et eruditi concionatores, & inchoata est emendatio, & ecclesiae recte administrantur. De Turcicis rebus quaeso ut nobis significes omnia quae intelliges esse memoratu digna. Deum oremus communibus votis ut servet Ecclesiae suae reliquias. Bene vale. die 19 Augusti 1543. Phil. Melanth.

Clarissimo Viro, eruditione & Virtute praestanti, D. Petro Vincentio &c.

S. D. Carissime Petre: iubet reddi Hesiodus ut meministi, scripta multo αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον αἴκε δύναι. Hoc in genere multo es liberalior quam Ego. Pro meis ieiunis & brevibus epistolis, mittis & eleganter scriptas & copiosas. Itaque tibi gratiam habeo & pro hoc ipso officio

Epist. ad P. Vincent. Non edita

officio, & pro perpetuo tuo amore erga me. Aliquanto minus deformis
est Ecclesiae species, quam videtis esse existimare, donec multi nostri
ordinis coniunctionem suam tuentur. Nos qui & haec dulciora studia
amamus, & ornari doctrinam Ecclesiae cupimus, & non invocamus Deum,
non sinamus distrahi voluntates nostras propter morositatem aut φι-
λονεικίας quorundam qui plausus vulgi captant. Dei beneficio, stu-
dia in Academia mediocria sunt. Ex his pagellis quas mitto iudi-
cabis. Interpellabar ita multis modis, ut prolixiorem hanc epistolam non
potuerim. De conventu Augustano, cuius mentio dicebatur hoc
mense Iunio futurum esse, nunc quidem silentium est. Vitinus Epis-
copus qui tenebat Salinas mortuus est: Marchio filium in eam
stationem collocaturum se sperat. Sed has Imperiorum partitiones
& insulsas hominum cupiditates ne recitare quidem libet. Scribam
alias plura. Bene vale, & rescribe. 5 Iunij, die Leuctricae pugnae
a qua anni sunt ad hunc 1927, in qua praelio suis tyrannidis &
libidinum poenas dedisse Lacedemonios. Itaque non existimant omnes
ἀθλητὰς fore impunitas suas tyrannides & libidines. Oremus autem
tamen filium Dei, ut nos regat, & nobis adsit, & protegat coetus stu-
dia colentes. Ex Posnania nondum accepi literas, quia illa
populo magicum commentum. qui aliquandiu in Borussia com
mo

moratus est. Orationem tuam edi curabo. Philipp.

EIDEM

S. D. Clarissime vir & carissime frater. Est omnino excellens in Bir= gero natura & virtus, & hanc ornauit eruditione: Eum ego valde diligo, & spero Ecclesiae & Reip. utilem futurum esse. Etsi enim magnum vulnus mihi quoque fecit eius calamitas: tamen cum Deus eum mani feste servauerit: spero vitam eius tamen Ecclesiae utilem fore. Miles non irritatus ab ipso, fulmina globorum in eum eiaculatus est, quibus ita lata sunt sinistri brachij ossa, ut praecidi partem brachij oportuerit. Oro filium Dei ut leniat publ. & privatas calami tates. De filio D. Valentini scribo ad patrem. Natura bona est & recte discit optimas artes, & mediocriter carmen scribit. Si patrem offendat sumptuum magnitudo: fecit enim non necessarios sumptus: utile esset adolescenti in schola aliqua docere, ubi cogeret eum officij ratio praestare assiduitatem. Plura nunc scribere non potui. Cras ut Valentini deferi me curabis. Mitto vobis pagellas. Nu= per Camerarius prolixe mecum de tuo ingenio, & virtutis praestantia loquebatur. Nescio an videris Epithalamia Davidi missa: ideo exem mitto. Bene vale carissime frater. prid. Cal. febrvar. 1554

Philippus.

Non ed.

EIDEM.

S.D. Carissime Petre. τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμαξ δὲ μύρμακι. Nosti enim versum Theocriti. Hanc suam societatem cum illa minima insecta tueantur, quanto magis nos talem coniunctionem nostram oportebat, qui conditi sumus ad communicationem sapientiae & multorum officiorum: & scimus Dei voluntatem esse, ut pectora inuicta sint vera beneuolentia. Erit igitur inter nos aeterna amicitia: Te nostri gregis pars hic quoque est M. Bartolomaeus Lasanus Sygnaeus, honesti viri filius, qui istuc expatiatus est, ut et ἀριστοκρατίαν vestram videat, & cum doctis colloquatur. Te volo ei ad ceteros πρόξενον esse. Doctori Ioanni Aurifabro notus est. Bene & feliciter vale. 25 Martij

Philippus Melanthon

EIDEM.

S.D. Carissime frater. Egone de silentio tuo tuo queri possim! Cum viderim me multo ante in illo tuo carmine duraturo, tam amanter ornatum esse, tametsi scio me ab his laudib. procul abesse, & agnosco me esse miserum ἔκτρωμα, ut se Paulus quoque nominat, & quotidie oro filium Dei, ut me faciat σκεῦος ἐλέους. Sed tamen beneuolentia tua valde delector, tibique gratias debeo & habeo. De libera

bera tua publicorum studiorum causa lector, talia ubi scripta, quia
his exemplis & invitatur iuventus ad doctrinae amorem & studium,
aliquorum etiam senum honestiorum alitur benevolentia erga literas:
Et tales panegyrici continent multas historias, quarum consideratio
& senes delectat, & utilis est iuventuti. Quare & consilium tuum &
carmen, & vitis pictorum laudo: Cogitato etiam ut a me ἀντίδωρον +
habeas. Nunc mitto Valentino editionem secundam locorum commu-
nium theol. germanicam: nam plura exempla vehere equites
non poterant. Hanc a te velim inspici, et iudicari. Cum viveret
Collega meus σταυροφόρος, habebam & συμφράδμονα & monito-
rem: Nunc cum multorum colloquia expectam in controversijs
multis & intricatis, paene solus sum. Sed oro filium Dei ut nos re-
gat. Optarem tamen saepe tecum & cum alijs qui iudicare possunt
deliberare. Quotidie inquit Euripides τέχνας ἔτεκε. Plura cum
scriberem nullam properantibus vectis, non potui addere quae praecipue
volebam. Bene & feliciter vale. Anno 1553. die 25 Martij; quo
ante annos 5516 ut scribitur conditi sunt Adam & Eva

Philippus

EIDEM

S. D. Clarissime vir & carissime frater. Exiguo intervallo =
haec

haec nostra regio duos principes amisit, qui habuerunt & vitae & gu-
bernationis brevia & inquieta spacia: qui si concordes fuissent, con-
iunctio eorum, patriae, ipsis, Ecclesiae, & universae Germaniae salutaris
fuisset. At saepe dolui ante decennium cum discordiae semina spargi
viderem, ex quibus tragoedia orta est, cuius finem nondum videmus.
Sed haec postrema & delira aetas mundi talium confusionum plena est:
Nos precemur filium Dei ut inter has imperiorum ruinas servet & gubernet
Ecclesiam suam, & nostram coniunctionem, Deo iuvante tueamur. Mitto tibi
orationem de Ascanio principe, qui & de tuo ingenio praeclare sentiebat,
quam & Valentino ostendes: Nam exempla hic plura non erant venalia.
Melius pinxit ipse Ascanius sese in suis scriptis quam in hac tenui oratione
nostra describitur. Sed tamen hae commemorationes prosunt iunioribus
ad quos utinam plus virium afferre possem, Sed senecta me spaciis na-
turae concessis onustis, Ingenij vires exhaustasque reddit. Consumor etiam
maeroribus, & temporis nihil conceditur ad longiora scripta: Sed omitto
has querelas. Adolescenti de quo scribis non est in aedibus Pauli locus:
Sed cum venerit, curabimus ut hospitium habeat mediocre, & studia in-
spiciemus. Valentini filius nunc & assiduitatem in discendo confert,
& modestus, frugalis ac temperans est. Ostendit mihi his diebus
Carmen, quod iussi eum edere. Vena est grandis, sed aetas aliquid
Limabit

limabit de vena & de moribus. Quaeremus ei locum in aliqua vi-
cina schola. De Anglicis calamitatibus scribuntur ad me tristis-
sima tragoediae, quas in Deus leniat opto. Inter duces Saxoniae Au-
gustum & filios Ducis Ioannis Friderici transactio facta est, quam uti-
nam sit firma, & pacem huic regioni adferat. Sed Coniunctio Saturni
& Martis quae fuit hoc Martio, minatur terribiles motus. Oro
filium Dei, ut nos tegat, gubernet & protegat. Bene Vale. die
resuscitati in vitam Lazari, ante annos 1520. Valentino & ceteris
amicis salutem opto. Philippus.

EIDEM

SD. Carissime frater. Ex itinere ad Hyperdum suscepto me quaedam
necessariae causae retraxerunt. Paulus nuper ostendit tuam epistolam,
in qua extant illustria testimonia tuae erga me perpetuae benevolen-
tiae, quae mihi gratissima est, & vicissim te a me vere diligi propter
multas tuas virtutes intelligere te non dubito. Nam excellens virtus
non potest non diligi a naturis mediocribus. Mitto tibi & Valen-
tino tabulas Palaestinae, in quibus quorundam vocabulorum interpretatio-
nes fortassis magis concinnae essent, si tenuissem & inchoatam
explicationem prolixiore poliissem. Vidisti nos nuper responsionem
simplicissimam de Osiandri ἐξηγητικῇ dixisse. Vestrum expecto +
iudicium

iudicium mihi significari velim: Prodest enim audire Ecclesiam. Oro autem Filium Dei λόγον ἀιδίου πατρὸς ut sua luce nos omnes regat, & flectat multorum voluntates ad amorem tuenda in Ecclesijs concordiae. Vides quale sit saeculum! nunc, ut Homerus inquit, οὐκ ὅσιη [illegible] [illegible] [illegible] ἀλλήλοισι. Maior igitur cura consensum aliqui moderationes tueantur. A te literas audidi expecto, & pro nostra amicitia flagito. De bello nihil libet scribere: sed filium Dei oremus ut custodiat Ecclesias & earum hospitia. Audio Colloquuturos esse Regem Ferdinandum, filium Maximilianum & Electorem Sax. die 4 April. Sed tota res est ἐν γούνασι θεῶν. Vale die Martij 23

Phil. Mel.

EIDEM.

S. D. Eruditissime & carissime Petre: Staphylo Posnanienses mandata ad me dederunt, & per hunc eis significauj meum de tua eruditione & virtute iudicium: Expecto igitur quotidie literas. Pagellas carminum Sigismundi accepimus, quarum exemplum manuscriptum Sigismundus & antea miserat. Amo eius ingenium: & propter studia & candorem animi valde eum diligo. Nulli apparatus bellorum sunt in his regionibus: sed tyrann[illegible] non desinit irritare vicinam urbem Brunswigam. Oro ut rescribas & si quid habebis ἀξιόλογον περὶ [illegible] [illegible] ἐν [illegible] πόλει significa. Bene

ne vale. die 4 Aprilis.   Philippus Melanth.

EIDEM.

S. D. Clarissime vir & carissime frater: Magno in dolore sumus Ego & colle-
gae nostri in hac Academia propter infelix iter tuum, ac filium Dei custodē
Ecclesiae suae veris gemitibus oramus ut curis curationem adiuvet, & tibi
animi & corporis vires augeat. Cum re alia absentes ostendere benevolen-
tiam nostram possimus? ac speramus istic tibi non deesse Medicos. Scri-
bebat Bordingus vir optimus & de illo tristi casu tuo & spem ostendebat
felicis curationis, de qua ut nobis scribas valde te oro. Bene & feliciter
vale. die 18 Aprilis.   Philippus.

EIDEM

S. D. Clarissime vir, & carissime frater. Cum te ad fontem Hame-
linum: vtar enim hoc nomine donec aliud habebimus illustrius: profectum
esse audirem & optavi ut curatio felix esset, & cogitavi te virum doctum
multa de natura fontis inquisiturum esse. Si vera sunt quae narrantur
dignior hic fons est laude quam fons Solis prope Cyrenen, a quo & nomen est
Cyr id est urbs: & Ene fontis.   Hac igitur lege a te descriptionem
peto, vicissim ut promissam picturam mittas & itinerarium. Cometa quem
iam altero mense fere quotidie cernimus, qui è regione Solis, Saturni,
Martis

Martis, Veneris & Mercurij accentus primum rapido motu ad Arcton aucus sit: inde flexit iter ad ortum solstitialem ut trahi a Sole, Saturno & Mar ti [illegible] . Hic non tantum ut in [illegible] dicitur, [illegible] mortalibus aegris, sed etiam maiores religionum confusiones denunciat. [illegible] graus ut Filius Dei nos gubernet & reliquias verae Ecclesiae servet assiduis gemitibus eum oro. Francofordia sito iam adferri Latinam interpretatio nem Albumarj. de cometis non libet scribere. In Pannonia sperantur in ducias cum Turcico Tyranno, quia dicitur Rex Ferdinandus velens cedere de ea parte quam Filius Iohannis [illegible] . Oro Deum ut nos gubernet & servet. Valentino & Falconi salutem opto. Nunc plura scribere non potui. die 7 April. Philippus

EIDEM

S D. Clarissime vir & carissime frater. Tua consilia de qui bus mi per scripsisti; opto ut regat Filius Dei magni consilij Angelus. Si vna vi, nunc aliquando liceret convenire: & multis bonis ac doctis viris grata mihi tua consuetudo, & mihi leniret aerumnas meas non leviter. Mea [illegible] tata precatio est, qua saepe & alios tibi inbeo. [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Mit to tibi carmen de viro optimo principe Georgio Anhaltino, quem & tuis [illegible] sis aliquando celebrari velim. Bene & f. V. die Conversionis Pauli

EIDEM.

S. D. Clarissime vir, et carissime frater: Non ad alium conventum acerbiores plures adversarij sophistam instructi quam ad hunc. Bolgae enim attracti sunt, quorum sunt notae praestigiatrices. Itaque filium Dei oro, ut sit noster βραβευτὴς καὶ σύμβουλος, et tribuat nostro coetui concordiam. Video autem omnium nostrorum συμμάχων congruere et sententias et voluntates πλὴν τῶν μεθωναίων, qui sua quaedam προβουλεύματα proponent, a quibus audio caeteros omnes abhorrere. Nondum autem ulli publici aut privati congressus facti sunt. Tantum audio primam σύρραξιν cum Papistis fore de nomine Ecclesiae, quod Cri. Gorgonum opponunt adversarij Regibus et populo. Tuas literas heri exhibuerunt nobis Zacharias et Trinarius, qui et a Doctore Maiore literas attulerunt. Utrique gratiam habeo, et doctori Georgio et tibi. Gratum est et officium quod orationes de Erasmo misisti. Expecto et alteram de Sara Megapolensi. Scribes ad nos quo hic petis. Crastinis ad te scribam, cum Francofordensem Bibliopolam nanciscar. Bene vale. Salutem vobis omnibus opto. Commendo tibi meam familiam. Data Calendis Sept. in urbe Vangionum. 1557. Nominatim salutem opto Reverendo Domino pastori Doctori Pomerano.

Phil. Mel.

EIDEM

= S. D. Clarissime vir, et carissime frater. Quaero equidem remedia doloris quem propter coniugis mortem affectus, sed subinde ita irrumpunt [illegible] pene ut opprimar. Optavi eam diutius frui contubernio liberorum: Et filias habere matrem rectricem. Sed Deo obtemperandum est. In tantis publicis miserijs cogitemus nos quoque ferre debere τὸ ἐπιβάλλον μέρος. Lutetiae iam duo viri, et una matrona nobilis cremati sunt: et publice confirmata est crudelitas hac voce praeconis: Tales etiam a Lutheranis adfici supplicijs. O rem miseram! Confirmari talibus iudicijs iniustam saevitiam. Precemur filium Dei, ut opem ferat Ecclesiae. Salutem opto Esromo, cui dicas Ioachimum nobiscum fuisse Heidelbergae, ubi omnes viri docti consuetudine et sermonibus eius delectati sunt. Bene vale. Heidelbergae. pridie Cal. Novemb.

Philippus

EIDEM.

= S. D. Clarissime vir et carissime frater. Post huius itum senatus Epperiensis misit huc literas quibus te vocat ad gubernationem suae Ecclesiae et ipsi libenter [illegible]. Iussimus Andream ad te in urbem Vratislaviam accedere. Etsi [illegible] dissuasor si adesses, non solum propter vicinas Turcicarum irruptiones, sed multo magis propter theologica bella,

quae

quae tractatam non sunt ignota. Sed non sumo mihi authoritatem
aliquid statuendi, sicut etiam ad Senatum Eperiensem scripsi. Mira-
tus sum etiam tuum Nuncium sine literis Sigismundi Geloi ad me venisse,
cum quidem domi fuerit. Sed oro filium Dei ut Ecclesias utrasque et tua
Consilia gubernet. Scribo brevius quia magnus concursus erat occu-
pationum. Bene vale. die 6 Aprilis 1560 Philippus.

EIDEM.

S D Carissime frater: Cum Politianus suam praefationem in Homerum
quae extat, Florentiae in magna frequentia recitaret, et magna fuisset
admiratio eorum qui non legerant eandem olim a Plutarcho scriptam:
Argyropilus publice interpellat eum inter laudatores: An non pudeat eum
se venditare furtis, quia tota oratio Plutarchi esset. Ille contra, Mirari
se inquit hominis graeci et eruditi stultitiam qui non cogitaret admi-
rationem excitandam esse etiam furtis. Si haberem versus melio-
res de Homero quos addere possem libris tuis Eustathii quam
meos, profecto illos adderem: ac optarim mihi a te factos habere: Mittes
igitur aut tuos aut meos si habes. Bene vale Philippus

EIDEM DECANO.

S. D Clarissime Domine Decane: Hic Caspar Gotman Wittsto-
kiensis.

berensis fuit hic triennium: antea in Academia Rostochiensi audiuit Bucaeum-
dit et nunc primum a suis literas de gradu accepit. Ideo tardius venit ad dom
dum nemini: petit tamen adiungi ceteris: et censeo adiungendum esse.
die nap. Sapido. Philippus.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti D.
Joanni Draconitae, doctori Theologiae, Rectori inclytae
Academiae Rostochianae, amico suo veteri et cariss.

Non ed.

S. D. Reverende vir et magnifice Domine Rector: Agnatio minus de-
formis est Ecclesiae, domus in Academijs earum regionum et vox doctrinae
sonat eadem, et mutua est docentium benevolentia. Hanc coniunctionem cum
sic tu pro tua gravitate et prudentia libenter et studiose tuearis, Ego cum
propter excellentem eruditionem tuam, tum vero etiam propter hanc ipsam in
tuenda consociatione diligentiam valde diligo. Cum autem iam istuc ad ope-
ras grammaticas accersitus sit Andreas Weslingus: perspexi tibi commen-
dandum esse eum. Etiam et ipse tuam amicitiam maxime expetit, cum
sciat te et Ecclesiae doctrinam recte intelligere, et excellere cognitione linguae
Hebraeae: et sperat sibi tua colloquia multum ad pietatem et eruditionem
profutura esse. In bonis viris magnum vinculum est mutuae benevolen-
tiae studiorum similitudo, et iudiciorum collatio. Animadvertes autem hunc
Andream honestum virum esse et communis concordiae amantem et alienum
ab

ab obtrectatione: Quare te oro ut eum complectaris, et amicis tuis reges. Spe-
ro eius familiaritatem tibi non iniucundam fore. Decreui ad vos Dysphaliam
cum primum potero, ut de grauissimis controversiarum quaestionibus tecum et cum alijs
eruditis collegis [conferam]. Bene et feliciter vale. die 29 Maij
Philippus.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti
D. Dauidi Chytraeo, in inclyta Academia
Rostochiana, fratri suo carissimo.

S. D. Doctissime vir, et carissime frater. Misit Senatus Norinbergensis   non edita
ad Doctorem Joannem Aurifabrum tuae Nurbinum, et eum accersit ut com-
mendetur ei inspectio Ecclesiarum suae urbis. Etsi quid facere velit nescio,
quia ipsius deliberationi: tamen si Academia vestra eum non volet, magis
optarim eum esse in illa honesta urbe Noriberga quae est domicilium Culturae
et artium quae sunt digna laude quam in terra hyperborea, quamvis Pindarus
ait ibi nec biles nec morbos esse. Scripsi ad te recens et mihi Episto-
lam Zeltlicij: et tuas literas flagito et expecto. Tuo ministro proficiscenti
ad manum fratrem literas dedi. Bene vale et rescribe. Epithalamij argu-
mentum iam dedi Willebrochio: Et spero vos libenter lecturos esse. Vellem te
mihi scribere quo in loco natus sis. Nam et meam patriam intelligere
cupio, cuius scis me laudes libenter praedicare, quamuis Sanctior. Iterum
vale: die natali Mariae Virginis Matris, quam scribit Kicgsbergy
vixisse.

vixit annos ~~quinquaginta novem~~ quinquaginta ~~novem~~ [corrected above: 3 / 4]   Philippus.

Clarissimo Viro, eruditione & Virtute
praestanti D. Chiliano Goldstein,
doctori Iuris, amico suo.

Non ed. S. D. Eam orationem quam habuit Lateranensis lipsiae, cum renunciaretur doctor, edidit noster Ioachimus, ac in fine versiculos dulcissimos addidit, quibus reddidit psalmum Ecce quam bonum. Exempla lipsica si habuissem, tibi misissem, sed curabo ut amici e lipsia ad te mittant. Ego interea versus tibi descripsi, & ad verbum grammatice interpretatus sum. Quid enim utilius est quam nos omnes, qui in aliqua parte gubernationis vitae versamur, agitare has concordiae laudes, ac indelere animos ut eam mediocriter tueamur? Scio tibi voluptati fore lectionem horum versiculorum. Ideo dedi meo genero, ut tibi exhiberet. Bene vale die Paschatos anni 1554, a primo paschate quod celebratum est discessuris Israelitis ex Aegypto: anno 3055.   Philippus.

Clarissimo Viro, eruditione & Virtute praestanti
D. Davidi Voit, in inclyta Academia
Ienensi: fratri suo carissimo.

Non ed. - S. D. Clarissime vir, & carissime frater. Coniugium humanae divinae Academiae vitae est, ut in dulcissimo Stigelij carmine scriptum est. Nam & commonefactio est de Deo multipliciter, & exercitium

phi

plurimarum virtutum. Testantur metae coniugij, Deum mentem castam
esse, & hoc ipsum foedus praecipuum vinculum est universae conso-
ciationis hominum: Et miranda conservatio societatis, procreatio
et defensio sobolis ostendunt praesentiam Dei in genere humano. Denique
amplissima sapientia est in toto hoc consilio Dei de coniugij ordine &
legibus, quod significatur cum scriptum est, Dixit Deus: idest immen-
sa sapientia & bonitate sanxit coniugium. Quam caeca audacia est
pontificiorum & aliorum, qui contra dicunt, contemnendum esse hunc
vitae ordinem, & aspernandas esse metas divinitus nobis circumdatas.
Tua vero pietas Deo grata est, quod, ut ipsi obtemperes, in coniugio +
casto vivere maluisti, quam in periculis vitae caelibis. Tecum au-
tem, & cum pudicissima sponsa tua oro Deum conditorem generis
humani, amantem castitatis, aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi,
ut faciat, ut coniugium tuum sit faustum & felix. Oro etiam ut
effundat super domum David spiritum gratiae & precum. Sic nos
sententijs, voto, et benevolentia non fucata coniunctos esse & fore in
tota aeternitate, sicut his versibus saepe opto: In Christo semper nos
Una Ecclesia simus: Una fides iungat pectora & unus amor. Quare
et libenter ad vos accederem si possem. Vota mea vobiscum con-
iungo, & mitto γαμήλιον quod honestissimae sponsae exhibebis
& addes

et addes ἄξιον φίλημα. Bene vale. Salutem opto patri tuo Seni venerando, & Socero, & fratri Socerj, & toti familiae. Item D Sueppio & D Stigelio die 12 feb. 1553. Phil. Mel.

EIDEM.

Doctissime vir, & carissime frater: Saepissime hos versus in precatione recito: συμβουλὴν ἀγαθὴν, καὶ ἀφορμὰς εὐτυχίας με : συμβουλεύετε ἐμοὶ δοῦ πατρὸς ἀΐδιε. Hunc filium Dei, Dominum nostrum Jesum Christum, magni consilij Angelum oro, ut & tuas deliberationes gubernet, & praebeat eventus felices. Cum tua castissima coniunx tua jam vicina sit partui, nec potest quidem subito transvehi. Rectissimum igitur fuerit, te ex lipsico mercatu, cum Borussiacis ad Regium montem proficisci, sine familia, & ibi coram cum principe de functione & stipendio & viatico loqui. Nec dubito te impetraturum esse, Deo juvante, praesentem plura quam si prius cum principe te absente ageremus. Adhibebis istic amicos viros optimos; & scribam ad principem & ad amicos diligenter. Existimo etiam te hoc indicare debere principi, velle te usque ad veris initium manere in Regio monte, & ordiri operas officij tui. Postea, Deo iuvante commode transvehes Coniugem. Hoc consilium videtur mihi rectissimum esse: Nam ante proximum mercatum literae nostrae, etiam si nunc mitterem, de viatico & stipendio, perferri

in

in Borussiam mix possunt. De viatico mandata cuidam francofurdia-
no mercatori data sunt. Sed existimo Ionam, qui nunc abest apud
Megalburgensem principem, ea ad se transtulisse. Non disputabo proli-
xius, sed te oro ut animum erigas, iuvante Deo, et ex dubitationibus
electoris, quibus impeditur consilium. Ut nunc sunt res Germani-
ca: tranquillitatem in Borussiacis Ecclesijs maiorem esse iudico, quam
alibi. Nec desinet ἡ βλαχεία ἀττ. maiores distractiones esse
arc: in quibus ut nos gubernet filius Dej, toto enim pectore oro: Etiam
oro etiam, ut franciscum ex Anglia reducat laetum ad coniugem
honestissimam. Bene vale. die 4 Sept. De Rostochiano nego-
cio res adhuc integra est. Sed Borussiam antefero.

EIDEM.

S. D. Doctissime vir, et carissime frater: Cum tibi in Salinis spes
facta sit de gubernatione Scholae, et longiores peregrinationes formi-
des: quid possum dare consilij, nisi ut expectes eventum in Salinis?
Interea si quem locum commodiorem Deus ostendet: tamen eo uti poteris.
Ecclesia in monte Mariae in Mysorum regione vicina friburgo ad-
huc desiderat pastorem. Is locus commodius esset: Sed aditus Illus-
trissimi Ducis Saxoniae Electoris expectandus est. Nondum etiam
abijcio consilium de Borussia. Sunt in Academia Regiomontana

duo

non ed.

duo viri integerrimi & concordes, Doctor Joannes Aurifaber & Petrus Sickius. Horum tibi consuetudo dulcissima esset, ac recens accepi literas a principe, in quibus petit mitti lectorem. Mihi in ea loca migratio non molesta esset propter spem tranquillitatis, praesertim cum ibi sit Joannes Aurifaber Wratislauiensis, de quo nuper dicebat ad me vir honestissimus exul Anglicus, se non vidisse in omni vita sua virum meliorem. Etsi amo in laudando mediocritatem: tamen hic sermo significat magnam esse integritatem in illo Aurifabro Wratislauiensi, dissimillimo Aurifabro Wimariensi, cuius nuper atrocissimi sermones mihi recitati sunt. Sed commendo nos filio Dei, Domino nostro Jesu Christo, quem toto pectore oro, ut nos gubernet & protegat. Te adhortor, ut, cum conscientia tua prorsus non sit saucia, erigas te ijs consolationibus, quas Deus nobis proposuit, & sis memor dicti: Jacta curam tuam in Deum & ipse te enutriet. Bene vale. die 15 Augusti

Philippus Melanthon.

Petiuit & Dux Megalburgensis mitti pastorem pro Rostochianis. Hanc functionem si voles, certo te habere posse existimo. Rostochij is qui pastor erit, simul erit lector Theologicus. Responde de Rostochiano negotio.

EIDEM.

S. D. Carissime frater. Magno dolore afficior, & propter captiuos

tinos, quos scio esse viros recte sentientes, & Deum recte invocantes, & multis Dei donis ornatos, et propter pias matronas, eorum coniuges & familias. Nec tamen dubito, quin Deus filius Dei latum exitum his armis daturus sit: & ut det toto animo pectore precor. Francofurdiani non expectatis nostris literis alium receperunt, quod mihi significarunt. Sed aliud consilium habeo: de quo ad te scribam. Scribam etiam πρὸς τὸν πε-τερον ὑμετέρου δεσπότου, καὶ πρὸς ἄλλους τίνας. Oro filium Dei, ut in his Ecclesiis det piam concordiam, & tranquillitatem studiis utilem. Salutem opto vobis omnibus. Bene vale. die 21 Maii. Salutem Ursino meis verbis dicito.

Philippus.

EIDEM.

Non ed.

S. D. Silentium nostrum ostendit nos et pacis & concordiae publicae cupidos esse, etsi indoctos clamores inimicorum non probamus. Interea tamen Ecclesia, videlicet pii & eruditi iudicant, quae sint verae sententiae? & quae sint Erynnies quae dissidia incendunt. Ac Deo me commendo. Francofordianis Senatus ad me scripsit de mittendo Concionatore: Ea de re scribes mihi, nisi ipse Lipsiam in mercatu venies. Bene vale. die 9 Aprilis

Philippus

EIDEM

Non ed.

S. D. Clarissime vir, & carissime frater. Pectus est, affici nos

desiderio

desiderio Francisci, viri et amici integerrimi: Sed dolorem leniant nobis cum illae consolationes quas Deus tradidit, sicut scriptum est: Beati mortui, qui in domino moriuntur. tum vero et hac ex communibus vitae aerumnis exempta. Valetudo aliquot annos ita afflicta fuit, ut vitam ei insuavem valde molestam fuerit. Multa etiam in negocijs vidit quae ei maestitiam auxerunt. Nunc laetus fruitur Dei et Domini nostri Iesu Christi conspectu, et prophetarum colloquijs, et est in Ecclesia plena sapientia et suavitate. ad quam et ipse mox accedere cupio. Nos iam de nostrae militiae laboribus cogitemus. Diem disputationi, Deo iuvante, constituimus tibi quartum decimum Mensis Martij: ut sequente septimana mox fieri gradus renunciatio possit die 19 Martij. Si serius haec fieri voles, tempus eligito tuo arbitrio: et ad nos venias cum voles, et hospitio nostro utaris. Bene vale. die Conversionis Pauli 1560. Phil. Mel.

EIDEM

Non cd. S D Doctissime et carissime David. Nuncius quem miseramus ad Eringium de Ecclesia Kittingensi, redijt sine ipsius literis, quia procul abfuit a sua familia Eringius. Nondum igitur de Kittingensi Ecclesia decrevimus. Adhuc et Slebensis Ecclesia pastorem desiderat. Ego a Borussia non abhorrerem, etiamsi longinquitas viae

molesta est: Sed affectus tuorum te retinere cogito. Nunc de Salinis quod agis, faciat Deus ut impetres quod petis. Scripsi ad duos, ad quos necesse est rem deferri: ac mearum epistolarum mestitia ostendit quam limide scripserim. Suadeo autem vt & ipse ad Salinas proficiscaris, & coram literis exhibitis petas, vt & Senatui exponant illi tuam petitionem, & te sua suffragatione adiuuent. Scripsi ad D Franciscum, ut & ipse ad eosdem, & ad Senatum scribat. Scio enim ipsius literas gratiores fore meis: Et meas non obsignaui, quia volo eas prius à vobis legi: postea si placebunt, obsignentur sigillo Domini Francisci. Post iter ad Salinas, aut significabis quid impetraueris, aut huc venias. Bene vale. die solstitij aestiui

Philippus.

EIDEM. Dauidi Bendeo

S D. Clarissime vir, & carissime frater. Vocat illustrissimus Dux Borussiae virum doctissimum & integerrimum Victorinum. Hic siue volet proficisci in Borussiam, siue non volet: tibi locus in ea Academia & Ecclesia aliqua eius vrbis esse potest. Literas ad me scriptas adferet Ionas ad vos, stipendium Doctoris Ionae. Et loci commoditas non est aspernanda: Nec metuas ibi disputationes Osiandrinas. Gubernat Ecclesias vir excellens eruditione & modestia

Non ed.

Doctor

Doctor Ioannes Aurifaber, qui Veritatem, & pacem, & concordiam Ecclesiarum & amat & tuetur, ut scribam Domino Victorino. Sed si magis in meam patriam proficisci voles: scribam ad viros integerrimos, quorum praecipua est autoritas, & ad ipsum principem Electorem. Deus tibi hospitium non incommode dabit: Nec mea officia tibi deerunt. Cras dixissimo Ionam ad vos profecturum esse. Erat ante biduum ingressus iter, si scribere potuissem. Bene vale. Salutem opto vobis omnibus. pridie Cal. Martij. Oratio Sigelij plena eruditionis, multis bonis & doctis viris hic placet.

EIDEM Phil. Mel.

Non ed. S. D. Clarissime vir, & cariss. frater. In his regionibus nihil novi accidit post tuum iter, quod sit ἀξιόλογον, nisi quod hic collega & amico insigni orbati sumus, Iacobo Milichio, qui cum magna parte aestatis aegrotavit, nuper mortuus est. Ex Anglia Comes Volradus rediit: Franciscum nondum audio redijsse: Et retineri morbo timeo. Urbs Treuirica circumsessa est ab Episcopo, quam si liberare vicini principes conabuntur: hoc bellum metuo fore Epilogum tragoediae horum triginta annorum. haec narrabis ipsi D. Petro, & rescribes. Mitto vobis schedas lectionum & disputationis, quas amicis distribuas, & doctori Ioanni dicas me ipsius iudicium flagi

gitare. Bene vale. die 29 Novemb, quo hodie mane meo Ge-
nero natus est. Dei beneficio filius   Philippus Mel.

Venerando Viro, eximia pietate & gravitate
prædito Dno Ioanni Voit, pastori Ecclesiæ
in Burgel, amico suo colendo.

S D Venerande vir. Testis est filius tuus, nec doctrinam veterem, nec
ritus in Ecclesia nostra mutatos esse: Et calumnias iterum refutabo,
edito iam violentiore scripto in Vicina parthenope. Cum autem nobis
ita consilii simus, retinere nos eandem vobiscum doctrinam, cum quidem
in maioribus periculis & miseriis simus quam illi qui se abdiderunt in arces
munitissimas: te oro ut benevolentiam erga nos tuam non deponas. Filio
libenter doctrinae testimonium tribuimus, & Scholastici agminis coniunctio-
nem & consensum maxime tueri cupimus. Oro autem filium Dei toto
pectore, ut nos omnes regat. Bene & feliciter vale. die 15 febr.
Philippus Melanthon.

nined.

EIDEM.

Reverende vir & amice colende: Scriptum est, Generationi rectorum
benedicetur. Cum ergo fideliter servias iam annos quadraginta Ec-
clesiæ Dei, non dubito filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum,
crucifixum pro nobis & resuscitatum, custodem Ecclesiæ suæ, etiam
tuæ familiæ benedicturum esse. Eruditio et virtus egregia est
in Davide

non ed.

xxx

in Davide filio, ac gaudeo tua causa, in hac tua senecta videre te filij virtutem: & oro Deum, ut & te & tuam domesticam Ecclesiam totam gubernet & servet. Hanc epistolam dedi Davidi, ut sit testimonium & nostrae amicitiae, quâ etiam in caelesti Ecclesia fruemur, & familiaritatis cum Davide, quem propter eruditionem, ubique gravitatem, pios mores, & in omni officio diligentiam diligo. Bene vale. die x Maij

Philippus Mel.

Clarissimo Viro, ingenij praestantia, eruditione & virtute excellenti. D. Ioanni Stigelio: τῷ θεῷ καὶ ταῖς μούσαις φιλτάτῳ fratri suo carissimo.

S. D. Clarissime Vir, & carissime frater: libenter ad te, quocunque vocabis accedam: Nec mea causa fabellas Sycophantarum metuo, quas tamen te vitare velim. Et existimo minus fore sermonum, si ad Ioachimum Anhaltinum excurreris in arcem Dessauensem: Ego ad te excurram, sicut tuis, tui principis literis vocatus. Scio principi voluptati fore tua colloquia. In Salinis & Naoburgo homines curiosi statim fingerent nugaces rumusculos. Lipsiae in mercatu etiam non incommodos congressus esse arbitror. Sed quocunque vocabis, Deo iuvante, veniam. De publicis negocijs teneamus hanc veram con

sola,

solationem, filium Dei τὸν λόγον καὶ εἰκόνα ἀϊδίου πατρὸς ae-
ternum servaturum Ecclesiam suam, & in ea nos Argonautas, etiam inter Symple-
gadas. Davidem virum doctum et integrum, & amantem publicae
tranquillitatis & diligo ipse, & a te diligi scio: tibique gratiam habeo quod
ei tradere honestum locum studes, & ut consiliis tuis obtemperet suasi.
Oro autem ut inchoatum beneficium, Deo iuvante, perficias. Bene
vale. die qua celebratur memoria Augustini, qui mortuus est
anno 76 aetatis suae: Anno a natali Christi 430: cum quidem decen-
nio ante mortuus esset Hieronymus, anno a natali Christi 420.
anno aetatis suae nonagesimo primo. Hos etiam in tanta senecta
allatrarunt Sycophantae. De Flacianis calumniis respondere de-
crevi, etsi video majora certamina secutura esse. Sed oro filium Dei
Dominum nostrum Iesum Christum, ut me gubernet & adiuvet: sit
βραβευτὴς meus & παραστάτης. Philippus.

Reverendo viro, Eruditione & virtute praestanti
D. Ioanni Aurifabro, doctori Theologiae,
fratri suo carissimo & συνδίκῳ

S. D. Reverende vir & carissime frater: Memini praestantem vi-
rum Pirkamerum ὃς πολλὰ παλαιὰ τε ἤδη perdiscere cup- Non d.

tionem

tionem gentium Scythicarum in mediam Europam: quod quidem de
Turcis tunc intelligebamus, qui fortassis et Tartaros adducerent. Sed
ille praeter Turcica bella, etiam aliarum gentium migrationes futuras
esse existimabat. Si Moscovitae qui à nostris Moscovij nominantur
Livoniam occupabunt: in totum littus Arctoum illa barbaries influet.
Etsi autem haec patris cura sunt: tamen ego optarim nostros bella-
tores potius illam barbariem reprimere, quam stipendia Gallica aut Belgica
appetere. Sed haec Deo commendemus, et speremus Ecclesiae reliquias inter
has gentium confusiones servaturum esse, et petamus ut nostras familias
in Ecclesia servet et protegat, cum quidem sciamus hanc senectam man-
sionem non leves tumultus habituram esse. Haec ad eam partem tuae
epistolae, in qua mentionem facis Livonici belli, respondere volui, ut
scias me accepisse literas traditas munere Erasmi Saluldensis. de
ceteris negocijs alias respondebo. Nunc tibi commendo hunc Magis-
trum Petrum Sickinum, virum honestum, eruditum, et pacis amantem,
ac recte sentientem de tota Ecclesiae doctrina: de quo et ad principem
scripsi. Nam in literis quas Illustrissimus princeps ad Ionam sua
manu scriptis petitum est, ut indicarem virum idoneum ad lectionem
Theologicam, in Academia vestra. Eram indicaturus Erhardum
Sneppinum: sed mors eum nobis eripuit. Postea et hoc Petro

cogi-

cogitavi, cuius modestiam statim agnosces & aliquot dierum consuetudine: et vere eum sentire de tota Ecclesiae doctrina iudico. Hic enim & Theologica docuit & philosophica. Affirmavit hoc quoque se non discessisse unum iota a tuis sententiis: quod principi scripsi. Nunc te oro ut eum & illustrissimo principi commendes, & tuo suffragio adiuves: cum propter ipsius virtutem, tum vero propter meam amicitiam, quae mihi tecum est sincera, et quam volo mihi tecum esse aeternam: qua et dulcius fruemur in coelesti consuetudine, quam hic frui possumus. Sed tamen donec in hac militia sumus, declaremus mutuam benevolentiam officiis quae praestari possunt, in quibus etiam Ecclesiae prodesse studeamus. Bene vale carissime frater. die 14 Novembris, qui est Ebraeis Kislew: id est ὠρίωνος. 1558.

Philippus Mel.

Clarissimo viro, eruditione, prudentia & virtute praestanti, Iacobo a Barthen Doctori Iuris, fratri suo carissimo.

S. D. Clarissime d. doctor, & carissime frater. Scio te patriae excellenti prudentia & virtute saepe cogitare, & cum Deus hospitalia officia honestis hominibus, in tantis aerumnis generis humani exsulantibus; & libenter praestare. Ideo te oro ut huic Magistro Davido Voit, honesto & docto

et docto viro, proficiscenti ad Illustrissimum ducem Borussiae, ut in Academia doceat, levias tam longi itineris molestias, & si qua re ei opus erit, non desis. Adfinis est Francisci Winariensis Cancellarij, quem scis diu mecum vixisse ut filium. Et in Academia Jenensi fideliter docuit. Sed propter optimi viri Victorini amicitiam, quaerit ibi docendi locum. Cura, ne ei desis. Bene vale. die 24 octob. 1559

Philippus Melanthon.

Venerando viro, eruditione & virtute praestanti Domino Victorino, docenti caelestem doctrinam in Academia Erfordiana: amico suo.

Non ed.

S. D. Cum nuper in excipiendo Cantiunculo adeo fueris officiosus, vel pius potius, etsi ipse verecunde amicorum benignitate in hoc genere uti studeo, tamen nunc & hunc adolescentem in urbem Jeran mitto, teque oro ut quaeras ei victulum aliquem apud cives vel scholasticos: quod ut facias, non mea tantum commendatione adduci te velim, sed patris potius viri optimi merstitia & luctu. Nam huic Davidi pater est senilis, & vere devotissimus Evangelij pastor, qui diu Ecclesiam Ciro-nensem docuit. Nunc exul cum honestissima coniuge, & tribus parvis filijs exulat. Duos a se filios dimisit, ut ne essent oneri tui, vel ut alicubi ad inchoata studia redirent. Leniumque

quo

grasso mestitiam & miseriam parentibus, cum quidem sciamus severissime a Deo praecipi, ut piorum doctorum familijs, quantum quisque potest, opem feramus. Et adolescens David virtute tuebitur nostras commendationes, ac docere literas potest. Bene vale. idib. Septemb. 1547

Phil. Mel.

Clariss. viro, eruditione & virtute praestanti
D. Ioanni Sagero: docenti linguam latinam
et graecam in inclyta urbe Vratislavia: amico suo.

N in cd.

S. D. Carissime Sagere. Ludit Erasmus scribens Cadmum inventorem literarum sparsisse dentes draconis in terram, id est literas. Inde dicitur nata seges armatorum inter se dimicantium. Etsi magna sunt literatorum certamina: tamen te hortor ut taceas potius si quis te reprehendat, quam ut moveas certamen, unde dissidia & odia oriri posse videbuntur. Multa sunt publicae tranquillitati condonanda. Et saepe, ut Pindarus inquit, parva scintilla magnam sylvam comburit. Ego usitatum sermonem amo, nec omnia ex poetarum dictis transferenda sunt ad communem sermonem. Illud autem: Perago vibice cruentus: existimo dictum esse forensi more, ut, perago publicum ore reus. Ut vibice pertineat ad cruentus: & perago sit positum absolute. Perago, ut verum dicimus peragi: ac sic perago ut sim vibice cruentus.

cruentus. Hanc syntaxin & enarrationem Ego iudico molliorem esse: nec contendo, si quis dissentit: teq. hac de re contentione omittere volo. Ptolemeus in Homero maluit legere σιον, cum Grammatici legerent ἴον: nec credo propterea Grammaticos seditionem movisse. Obsecro ut concordiam & tranquillitatem communem privatis affectibus anteferatis. Bene vale. die 23 Martij

Philippus Melanthon.

Clarissimo Viro, eruditione & virtute praestanti D
Hermanno Bono, gubernanti Ecclesiam Dei in
urbe Lubeca, amico suo carissimo.

Non ed. - S D. Eadem hora duas ad te epistolas scripsi, sed argumentis vulgaribus. Commendo enim in altera quendam Naetingerum, in hac vero Mauricium natum Lubecae, cui honorificum testimonium vitae Heidelbergensis tribuit, quod inveni huic epistolae. Necesse est nos propter iuventutem, ut aditum ad seniores habeat, hoc genus literarum scribere. Sed longe malim tecum de nostris studijs, de Ecclesiae doctrina, de optimis artibus quae literis doctorum continentur colloqui. Nec deessent argumenta, de quibus profecto libenter etiam ... ~~alloquerer~~ commentarer. Et si mihi licebit ad filiam in Prussiam proficisci, te in eo itinere alloquar. Nunc ut hunc Mauritium complectare te rogo. Bene & feliciter vale. die 6 Septembris

Philippus Melanthon

Josiae Menio

Charissime Josia. Non mihi plus sapientiae & judicij sumo, quam quantum fuit in Quintiliano, de quo scriptum est, Quintiliane vagae moderator summe juventae. Is vult adolescentes grammaticas regulas ita discere ut intelligant, quid recte dictum sit, aut non recte dictum. Non dubito viros sapientes D. Hieronimum & Joachimum idem sentire. Quare valde te hortor, ut assiduitatem in regulis grammaticis inculcandis et repetendis praestes. In Belgico dicunt, Si est bonus Grammaticus est haereticus: quia sciunt Grammaticos legere fontes & amare proprietatem & veritatem. Saepe iocari soleo, Nostros non venire in suspicionem haereseos propter grammaticae cognitionem. Utinam plurimi fierent & boni & sani Grammatici. Bene vale.

Philippus Melanthon.

non ed.

Clarissimo viro, nobilitate, prudentia & virtute praestanti, Dno Quirino Schlaher, Schemnitensi Consuli: patrono suo colendo.

non ed.

S. D. Clarissime vir. Quotidie cum mane precationes dico, cumq. mentem & oculos versus orientem dirigo, cogitans ubi se Deus patefecerit, & ubi filius Dei factus sit victima, Pannonias etiam aspicere videor, cuius ruinae etiam ceteris regnis minitantur, magnoq. cum dolore has calamitates deploro: Sed multo majore

moestitia

mestitiae causas mecum reputo. Nulla sunt perpetua imperia in hac homi-
num vitiosa natura: ex qua tamen excerpit Deus aeternam Ecclesiam. In hanc
nos, ut in diluvio Noha pauci se in arcam includebant, recipiamus. Et hanc
sciamus mansuram esse, etiamsi varie Imperiorum mutationes & vices erunt.
Servavit enim Deus reliquias Ecclesiae suae, & eis aliqua hospitia attribuet
tum in Pannonijs, tum alibi. Quare non frangamur animis, sed speremus
aliquam ad posteros mansuram esse doctrinae & studiorum sedem, & hac
spe pia studia colamus & adiuvemus. Narrat autem hic adolescens
Martinus cum significatione gratitudinis non obscura, se benigne a te ad-
iuvari, suamque gratitudinem a me tibi exponi voluit. Ego vero non de
hoc tantum scribendum esse duxi, sed illud etiam adijcio bene collocatum
esse abs te hoc beneficium, quia adolescens feliciter discit latinam et
graecam linguam, et radia philosophiae & doctrinae Ecclesiasticae. Erit
igitur, Deo iuvante, usui Ecclesiae Dei, ac filius Dei memor erit dicti, in quo
ait, Si quis vel aquae potum dederit meis propter doctrinam mercedem ha-
bebit, vicissim tibi pro hac liberalitate benefaciet. Oro igitur ut ali-
quanto diutius hunc Martinum adiuves, ut confirmare iudicium de re-
bus necessarijs possit, nec desperatione abijciamus studia literarum. Nam

etiamsi

etiamsi impendent nobis et universo orbi mutationes Imperiorum: tamen Deus
nec Ecclesiam nec eius hospitia funditus deleri sinet. Hac vera consola-
tione nos ubique sustentemus, quia profecto nusquam certa est aut diuturna
tranquillitas. Et tamen deo curae erit ut aliqua templa sua, et doctrinae
domicilia servet. Bene et feliciter vale. die xvi februarij, quo an-
num quinquagesimum ingredior, qui utinam faustus et felix sit mihi et reipub.
1546.

Philippus Melanthon.

Docto et pio Viro, D. Hieronymo Wittig
Bregentis Ecclesiae Concionatori suo amico

S. Spero tibi meum animum nuper in nostro congressu satis perspectum   non ed.
et probatum esse. Non abhorrebam ab illa moderatione de Coena Domini
quae extat in vestro scripto: itaque contulebam ut hic excude-
retur. Sed ecce post tuum discessum afferuntur huc literae, vestro-
quorum, sane contra te duriter scriptae, quibus etiamsi ego non mo-
vebar, tamen pugnandum mihi contra aliorum authoritates non duxi.
Voluerunt nostri Doctores potius excudi hic scriptum Silesiacum.
Dissimulabunt armaij Sacramentarij adversus nos, qui defendimus Lutheri
sententiam

sententiam, de Cœna. Curae boni consules, quod tibi scriptum remissius. Scripsi eadem de re ad principem: sed tu me ipsi magis excusato: Nam tibi satis me purgatum esse confido. Constat enim me non belligerari cum illa moderatione quae est in tuo scripto. Bene vale et rescribe. Cupio enim inter nos quandam institutam amicitiam conservari: nec propter alienum [illegible] labefactari. Iterum vale. Mense Iu[illegible]. 1535

Philippus Melanchthon.

Dem durchleuchtigsten hochgebornen fürsten
und herrn, herrn Friderichen in Slesien
fürsten zu Lignitz und Brig etc.
meynem gnedigen herrn.

Durchleuchtigster hochgeborner furst und herr: E F G seind meyne willige dienst in unterthenigkeyt zuvorn. G. f. und herr Ich und andere alhie sind erfrewet das E F G die christliche werck furgenommen, den Widertauff und andere verachtung der Sacrament ernstlich zu wehren, und bitt Gott, er wolle gnediglich seyn Ehr und erkentnuss, und christliche seligkeyt durch E F G

fürdern, Denn warlich man sihet es sey eyne grosse verwüstunge und
verstörunge in pfarren: Dis [illegible] dz E f G ihr furstlich
ampt hierinn erzeyge, und die pfarren mit tuchtigen
lere und Sacrament [illegible] nicht lassen. Wir haben
auch unsers geringen vermügens dohalben E f G ersucht
herrn [illegible] zu [illegible]. Gott verleyhe seyne gnade
dazue, und befehle mich E f G in unterthenigkeit, als
yrem armen diener. Christus bewahre E f G allezeyt gnediglich
zue seynem und unsers herrn Jesu Christi erkentnus und ehre
und zue friden und wolfart landen und leuthen. Datum
Wittemberg Donnerstag nach Johannis Baptiste 1533

E f G

untertheniger diener

Philippus Melanthon

Nobilitate generis & doctrina Virtuteq. praestanti
D Wolfgango Bock

S D Non habeo exemplum sententiae Bucerj: & convenit ut nondum edatur, quia nihil adhuc de concordia pacti sumus: Sed

non ed.

Sed referenda res est ad plures in utraque parte. Illud potestis significare Illustrissimo principi, spem bonam esse concordiae, et quod Bucerus declaraverint eam sententiam, quam antea scripsit in libello ad Monasterienses, quam etiam in Silesia quidam deinde secuti sunt. Verbum Revocationis vitandum censeo, et multae sunt graves causae, Nec principis vestri animum velim vos temere perturbare. Spero ipsi principi placituram esse declarationem Buceri: Christus faciat ut Ecclesiae in concordiam piam et firmam redigantur. De Anglicis rebus si quid ei significare vultis, [illegible] Reginam posteriorem, propter adulterium proximo mense Maio, cum nescio quot aliis decollatam esse. Bene valete.

Philippus.

Phil. Mel.

Quisquis es, qui veritatis Evangelicae studio teneris, adesto sub horam nonam ad templum S. Crucis extra moenia oppidi nostri, ubi pro veteri more, et Apostolico instituto impii pontificiarum constitutionum & theologiae scholasticae libri cremabuntur, quandoquidem eo processit audacia adversariorum Evangelii ut pios ac Evangelicos Lutheri libros exusserint. Age pia ac studiosa iuventus adesto ad hoc pium ac religiosum spectaculum. Fortasse nunc tempus est, quo revelari Antichristum oportet.

D. Martin.

Exterminasti veritatem Dei. Exterminet ergo te Dominus. In nomine domini. Amen.

Act. X decemb. Anno XX.

ZZZ

91